




A. GELLII

NOCTIVM ATTICARVM

LIBRI XX

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

MARTINI HERTZ.

VOLVMEN PRIVS.

BEROLINI
IMPENSIS WILH. HERTZ (LIBRARIAE BESSERIANAE)
MDCCCLXXXIII.

OTTONI ET WILHELMO

FRATRIBVS VNICIS

PRAEFATIO.

De A. Gellii noctium Atticarum codicibus quae olim exposui nunt. acad. Berol. menstr. a. 1847 d. IV m. Nov., ed. Gellii Lips. a. 1853 I p. IIII sq. (cf. Baehrii HLR III[4] p. 372, ubi cod. Palatinus perperam numero XXV signatur), ea etiamnunc ita comparata esse censeo, ut interim hoc volumen sine ampliore praefatione emitti possit, accuratiore librorum mss. descriptione una cum universa horum librorum historia critica alteri huius editionis volumini mox, ut spero, prodituro reservata. Nunc conspectum notarum a me in adnotatione adhibitarum, quae interpretatione aliqua egent, proposuisse satis habeo. Sunt autem hae:

I. Per libros N. A. I—VII.

A = cod. palimpsest. Vat.-Palat. XXIV, membr., saec. fere V.
V = cod. Vat. 3452, membr., saec. XIII.
P = cod. bibl. nat. Parisinus, olim Regius, 5765, membr., saec. XIII.
R = cod. acad. Lugd. Bat. Gron., olim Rottendorffianus, 21, membr., saec. XII.

II. Per libros IX—XX.

Q = cod. bibl. nat. Parisinus 8664, membr., saec. XIII.
Z = cod. acad. Lugd. Bat. Voss. F 7 (Voss. maior), membr., saec. XIV.
B = fragmentum cod. Bern. 404, membr., saec. XII.

*B*ᵘ = continuatio eiusdem codicis Vltratraiectina.

O = cod. Christinae in Vat. I (Danielinus) 597, membr., saec. X.

X = cod. acad. Lugd. Bat. Voss. F 112 (Voss. minor), membr., saec. X.

Π = cod. Christ. in Vat. II (Petavianus) 1646, membr., saec. XII.

N = cod. bibl. Magliabecch., olim S. Marci, Florent. 329, chart., saec. XV.

Litt. min. *avprqzboxπn* significant horum codd. manus alteras.

III. Per libros omnes.

T = anthol. Gellio-Valeriana Thuanea (cod. Paris. 4952, olim Colbert, membr., saec. XII.)

Y = eadem Ursiniana (cod. Vat. 3307, membr., saec. XII.)

β = lectiones ex cod. Buslidiano olim excerptae.

σ = Casp. Scioppii excerpta (φ eorundem apographa Wouweriana, ν Lindenbrogiana).

ς = codd. recentiores. Quod si accuratiore quadam significatione non addita semel tantum in adnotatione aliqua legitur, ς a me collatos aut aliunde notos plerosque s. omnes (hoc interdum ubi ex re videbatur ω notavi), si saepius in eadem adn. adhibetur, partem aliquam horum librorum singulis locis denotat; ubi ex Dresselii potissimum silentio in codd. ab eo collatis dubitatio subnascebatur, id s. parenthesi s. interrogationis signo s. add. vocc. *ex Dress.* (s. *Dr.*) *sil.* significatum est (*Vrb.* = cod. Vat. Vrb. 309; *w* = cod. *Vat.* 1532; *Guelf.* = cod. Lionis Guelferbytanus; in adn. ad lemmata libri VIII *a* = cod. Laur. LIV 28; *d* = cod. Laur., olim eccl. Flor., 188; *f* = cod. Par. S. Germ. 643; *n* = cod. Par. S. Germ. 1185; *s* = cod. Sozomeni Par. la Vall. 110; *u* = *Vrb.*).

e = cdd. veteres s. omnes s. pleraeque.

ϰ = Lud. Carrio (nude positum = ed. Paris. ap. HStephanum a. 1585; ϰν Carrionis castigationes et notae ad lib. I c. 1—25, 8).

g = IFGronovius.

i = IGronovius.

c = AGCramerus (si nihil ad litt. *c* additur = Crameri adn. ms.).

λ = Alb. Lion.

m = Lud. Mercklin (nude positum = eius 'die Citiermethode u. Quellenbenutzung des A. G. in den N. A.' ann. phil. suppl. III 635 sqq.; m^a eiusdem adn. ms.).

k = Iul. Kretzschmeri diss. Gryph. a. 1860 de A. Gellii fontibus part. I.

μ = INMadvigius (nude positum = eius advers. crit. II lib. IX c. I p. 583 sqq.).

τ = Theodorus Mommsenius (nude positum = eius adn. ms.).

h = MHertz (h^e = ed. Lipsiensis; h^v = vindiciae Gell. Gryph. a. 1858; h^r I et II = rament. Gell. mantissae Vrat. a. 1868 et 1869; h^{va} = vindiciae Gell. alterae Lips. 1873 et in ann. phil. suppl. VII et seorsum expressae).

= = sic etiam (inprimis ei libri, qui praeter codd. in adn. aliqua non allatos, cum lectione recepta conspirant).

Nulla nota lectioni in altera adnotationis alicuius parte post colon positae adiecta significatur, eam lectionem in omnibus codd. inveniri, quorum in priore adnotationis parte mentio non facta est.

Quibus iam nihil aliud addo nisi id, me, cum in priore editione apparatu critico destituta 'librorum manuscriptorum imaginem, ubicumque aliquatenus saltem liceret, expressurus fuerim' (I p. IIII), quod non satis a viris nonnullis doctis observatum est, qui iniquius de editione illa iudicium tulerunt, nunc, cum varietas lectionis universa praeter minutias aliquot orthographicas inspici et examinari possit, non tantum librorum Gellianorum recensionem propositurum, sed etiam emendationem

pro viribus promoturum fuisse. Gratias debitas multis, qui studia mea adiuverunt, olim acturus, iam nunc reticere nec debeo nec volo, strenua ac sollerti opera in emendandis plagulis mihi affuisse Adamum Eussnerum, professorem Virceburgensem, quem fidissimum et prudentissimum socium expertus sum.

Scr. Vratislaviae d. VII m. Aug. a. MDCCCLXXXIII.

A. GELLII
NOCTIVM ATTICARVM LIBER DECIMVS.

I.

Tertiumne consul an tertio dici oporteat; et quonam modo Cn. Pompeius, cum in theatro, quod erat dedicaturus, honores suos scriberet, quaestionem ancipitem istius verbi de consilio Ciceronis vitaverit.

Familiari meo cuipiam litteras Athenis Romam misi. In his 1.2
scriptum fuit, me illi iam 'tertium' scripsisse. Is ad me rescripsit 3
petivitque, ut rationem dicerem, cur 'tertium' ac non 'tertio' scripsissem. Id etiam adscripsit, ut eadem, quid super illo quoque mihi videretur, facerem se certiorem, 'tertium'ne 'consul' et 'quartum' an 'tertio' et 'quarto' dicendum esset, quoniam Romae doctum virum dicere audisset 'tertio' et 'quarto consul', non 'tertium quartum'que; idque in principio lib. III Coelium

---

QZBXOΠN

LIB. X Cap. I. (*lemm.*) 2 consulan *Z* ‖ Cn.] *om. QZB* .g͞n. *O* g͞n. *Π* ‖ ponpei' *et hic et identidem infra Q* ‖ 3 honore *Z* ‖ suos] *om. O* ‖ inscriberet *OΠN* ‖ (§ 1) 5 litteris *X pr.* ‖ romani missi *Q* ‖ (§ 2) hiis *Z* ‖ 6 illum *X* ỉ illi *sup. lin. x* ‖ (§ 3) me] *sup. lin. add. n* ‖ 7 petuitq. *X pr.* ‖ diceret *ZB pr.* ‖ ac] an *X* ‖ 8 qđ *X* quidem *Z* ‖ *llo *Z* ‖ 10 quom *N* ‖ 12 quartū que *X* ‖ *Coel. Ant. bell. Pun. alt. hist. inc. sed. fr.* 59 *p.* 164 (107[2]) *P.* ‖ lib. III] *OMeltzer de L. Coelio Antipatro Lips. a.* 1867 *p.* 16 *cf. p.* 11; *Guil. Sieglin die Fragm. d. L. Coel. Ant. lib.* III *fr.* 29 *ann. phil. suppl.* 11, 84 = *Gell. fr.* 2 *p.* 22 *sq. cf. p.* 51 *sq.; GFUnger phil.* 40, 184 *sq.* (*ad a. sc. a. C. n.* 214 *h. l. referentes; itidem a.* 209 *intellegens OGilbert ann. phil. suppl.* 10, 374 *sqq.; nunt. phil.* 10, 395): libri *libri* (*Peterus*)*; numerum excidisse censebat* i *cf. Groen v. Prinsterer de L. Coel. Ant. p.* 38 *sq.; de* I *cum aliis vel de* II *vel de* IV *vel de* V *cogitavit Nauta de L. Coel. Ant. p.* 19 *sq.;* 'quarti ?' (*et ipse h. l. ad a.* 214 *referens*) *CLRoth HVRR p.* 318 ‖ cẹlium *X* celium *QΠ* ‖

scripsisse et Quintum Claudium in libro undevicesimo C. Marium creatum 'septimo' consulem dixisse.

4 Ad haec ego rescripsi nihil amplius quam verba M. Varronis, hominis, opinor, quam fuit Claudius cum Coelio doctioris, quibus verbis utrumque, de quo ad me scripserat,
5 decideretur: nam et Varro satis aperte, quid dici oporteret, edocuit et ego adversus eum, qui doctus esse dicebatur, litem meam facere absens nolui.

6 Verba M. Varronis ex libro disciplinarum quinto haec sunt: Aliud est 'quarto' praetorem fieri et aliud 'quartum'; quod 'quarto' locum adsignificat ac tres ante factos, 'quartum' tempus adsignificat et ter ante factum. Igitur Ennius recte, quod scripsit:

'Quintus pater quartum fit consul'

et Pompeius timide, quod in theatro, ne adscriberet 'consul tertium' aut 'tertio', extremas litteras non scripsit.

QZBXOΠN

13 et] *om. Q* ‖ *Q. Claudii Quadr. ann. lib.* XIX *fr.* 82 *p.* 234 (150ᵃ) *P.* ‖ duodevigesimo *'annotatum in margine Scriveriani codicis ex Ms.' teste Thysio, ex cod. Pal. teste i* ‖ 14 C.] *om. QZBX* ‖ creatum consulem septimo consulem *X* ‖ creatum septimo] creatum consulem septimo σ ‖ consulem septimo *Π* ‖ (§ 4) 15 Nil *X* .Nichil *Π* ‖ quam] *om. Z* ‖ ubrā narronis *Z* ‖ M.] *om. Q* ‖ 16 celio *X* celio *QBΠ* ‖ 17 doctoris *X pr.* ‖ verbis] = *O:* uerbum *O m. rec.* ‖ 18 desideretur *Z* deiceretur *X* ‖ (§ 5) fatis *B* ‖ opteret *B* ‖ 20 uolui *B* ‖ (§ 6) 21 uerbū uarronis *QZB* ‖ *Varr. disciplin. lib.* V *fr. p.* 202 *Bip. cf. Ritschl. opusc.* III 362; *hausisse inde Nonium p.* 435, 8 *M. s. v.* quartum *et* quarto *idem fragm. usque ad vocc.* fit consul *exhibentem probabiliter et Mercerus censuit et Ritschelius* ‖ IIII. x, *at cf. i et Ritschelium l. l. p.* 368 ‖ 22 praetore *X* ‖ et aliud quartum praetorem fieri *Nonii Harl. pr., Paris.* 7667 ‖ et aliud] *B, Quicheratius ap. Non. cf. adn. praec.:* et *rell.; om. Non. Leid.* aliud *Nonii Harl. m. alt. et codd. rell. ut vid.* ‖ 23 quartum] *om. Non. Leid.* ‖ quod quarto] et (?) quarto *Leid.* et quartum *Non. Harl. m. alt. et vg.* quartum *Non. Par.* ‖ ad significat *Z* significat *Nonius* ‖ ac— adsignificat] *post* adsignificat *om. Z* ‖ ac] et *Non. Harl. m. alt. et vg. om. Non. Harl. pr. P* (*'deleto* et' *Quich.*)*L* ‖ 24 quarto *Non. Harl. et vg.* ‖ templum *XΠ* ‖ significat *Nonius* ‖ et] = *Non. Harl., vg.:* om. *Non. PL* ‖ 25 Igitur—scripsit] Ennius recte *Nonius* ‖ Ennius—scripsit] *bis deinceps in Z* ‖ *Enn. ann. lib.* VIII *fr.* XIX *v.* 293 *V.* ‖ 26 Quintus] quintum *Non. PL* ‖ 28 tertio aut tertium *Π* ‖ 29 .] *om. Z* ‖

Quod de Pompeio Varro breviter et subobscure dixit, Tiro Tullius, Ciceronis libertus, in epistula quadam enarratius scripsit ad hunc ferme modum: Cum Pompeius, inquit, aedem Victoriae dedicaturus foret, cuius gradus vicem theatri essent, nomenque eius et honores scriberentur, quaeri coeptum est, utrum 'consul tertio' inscribendum esset an 'tertium'. Eam rem Pompeius exquisitissime rettulit ad doctissimos civitatis, cumque dissentiretur et pars 'tertio', alii 'tertium' scribendum contenderent, rogavit, inquit, Ciceronem Pompeius, ut quod ei rectius videretur scribi iuberet. Tum Ciceronem iudicare de viris doctis veritum esse, ne, quorum opinionem inprobasset, ipsos videretur inprobasse. Persuasit igitur Pompeio, ut neque 'tertium' neque 'tertio' scriberetur, sed ad secundum usque t fierent litterae, ut verbo non perscripto res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret. 7

Id autem, quod et Varro et Tiro dixerunt, in eodem nunc theatro non est ita scriptum. 8 Nam cum multis annis postea scaena, quae prociderat, refecta esset, numerus tertii consulatus non uti initio primoribus litteris, sed tribus tantum liniolis incisis significatus est. 9

In M. autem Catonis quarta origine ita perscriptum est: 10

QZBXOΠN

(§ 7) 30 Quod—scripsit] *post* scripsit *om.* *Π* || quodq; de *Z* || tyro *QZB* || 31 *M. Tullii Tiron. epp. fr.* 6 *p.* 12 *Lion Tiron. et Maecenat.*[2] || 32 Ad *Π* || adhūc *Z* || modum cum *Π* || *post* inquit] ** *aut* *** *O* || 33 Victoriae] Minervae *l. Plin. n. h.* VII 27 [§ 97] σ || uice *Π* || 34 inscriberentur *XΠNo* || 35 consul tertio] = *q:* consul teríí *Q* consultíí *Z* || 36 .] *om.* *B* || rem] *om.* *B* || exquisiturus '*in Scriverii cod. annotatum*' *teste Thysio* || 40 Tu *X* || cicero *X pr.* || 42 improbasse persuasit. Igitur *Q pr.* || 43 usque t] = *X pr. ut vid.*: usq. *x* usq; terciū *QZB* || 44 fierent. *Z* || perscriptores (perscri|tores *X*) quidem *ZXΠ* p scriptores quid ē *Q* || (§ 8) 47 tyro *ZXΠ* || dixerē *Z* || (§ 9) 48 cum] *om.* *X* || 49 refecta] *in mg. iteravit O* || numerus—M. autem] *om.* *B, in mg. add. b cf. v. l.* || ut ī īicio *b* || 50 liniolis] = *O:* liniol: *in mg. o* lineolis *QX* liniosis *b* || (§ 10) 52 in mautem *Z* || ÷ mautem cato *b* (Catonis *in ord. verb. adest in B*) || *Catonis orig. lib.* IV *fr.* 84 *p.* 77 (57[2]) *P. cf. G.* V 4, 5 *cum adn.; Non. s. v.* duo(de)vicesimo *p.* 100, 11 *M.* || quarto *O pr.* || scriptum *XOΠ* ||

Carthaginienses sextum de foedere decessere. Id verbum significat, quinquiens ante eos fecisse contra foedus et tum sextum.
11 Graeci quoque in significandis huiuscemodi rerum numeris 'τρίτον καὶ τέταρτον' dicunt, quod congruit cum eo, quod Latine dicitur: 'tertium quartumque'.

II.

Quid Aristoteles de numero puerperii memoriae mandaverit.

1 Aristoteles philosophus memoriae tradidit, mulierem in Aegypto uno partu quinque pueros enixam, eumque esse finem dixit multiiugae hominum partionis neque plures umquam simul

---

QZBXOΠNTY

53 defe∗dere (n) *X* ‖ 54 quinquiens] *O pr. Π:* quinquies ‖ cum *X* ‖ .] *om. BX* ‖ (§ 11) 55 quoque] *om. Z* ‖ huiusmodi (huiuscemodi *x*) huiuscemodi *X* ‖ τρίτον καὶ τέταρτον] *om. X pr.* ‖ tpiton *QZB* triton *Π* TPTON *x* ‖ 56 καὶ] *om. Q* 7 *ZBΠ* ‖ tetapton *QB* teapton *Z* tetrarton *Π* ‖

II. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 Quit *B* ‖ (§ 1) 3 ∗ristoteles *O pr.* ‖ philoph' *Y* ‖ *H. l., quantum video, neque a VRose neque ab Aem. Heitz inter fragmenta Aristotelia receptus est; mihi tamen merito sic significari videtur ab A de Gutschmid ann. phil. suppl.* 2, 182 *sq.*, 6. *Nam si accurate, ut assolet, G. Aristotelem excerpsit, alienus est h. l. ab hist. an.* VII 4 *p.* 584[b] *Bk.* (τὸ μὲν γὰρ πλεῖστον καὶ περὶ τοῖς πλείστοις ἓν τίκτουσιν αἱ γυναῖκες, πολλάκις δὲ καὶ πολλαχοῦ δίδυμα, οἷον καὶ περὶ Αἴγυπτον. τίκτουσι δὲ καὶ τρία καὶ τέτταρα.. πλεῖστα δὲ τίκτεται πέντε τὸν ἀριθμόν· ἤδη γὰρ ὦπται τοῦτο καὶ ἐπὶ πλειόνων συμβεβηκός.), *quo cum viri illi docti videntur referre, multo magis vero abest ab h. l. de anim. generat.* IV 4 *p.* 770[a] (διὸ ἐν ἀνθρώπῳ ἧττον· ὡς γὰρ ἐπὶ πολὺ μονοτόκον ἐςὶ καὶ τελειογόνον, ἐπεὶ καὶ τούτων ἐν οἷς τόποις πολύγονοι αἱ γυναῖκές εἰσι, τοῦτο συμβαίνει μᾶλλον, οἷον περὶ Αἴγυπτον). *Denique h. l. ab eo quoque l. Aristotelio cum Gutschmidio videtur secernendus, quem Strabo affert* XV 1, 22 *p.* 695 *C, et ipse ab illis fragmentorum editoribus in ordinem non receptus*, Τάς τε γυναῖκας ἔσθ' ὅτε καὶ τετράδυμα τίκτειν τὰς Αἰγυπτίας· Ἀριστοτέλης δέ τινα καὶ ἑπτάδυμα ἱστορεῖ τετοκέναι, καὶ αὐτὸς πολύγονον καλῶν τὸν Νεῖλον καὶ τρόφιμον, *ubi fuerunt qui* πεντάδυμα *corrigere vellent recte refragante Kramero; nam numerus ille septenus ab Aristotele certe tamquam fonte primario derivandus et apud Plinium redit n. h.* VII § 34 *atque inde ap. Solin.* I 51, *qui Trogum auctorem afferunt, et ap. Iul. Paulum Dig.* V 4, 3, *qui* 'non leves auctores' *nominat; Gutschmidio potius assentiaris, qui Strabonem et Trogum corruptis Aristotelis codicibus usos esse opinatur* ‖ 4 uno] *lac. rel. om. Z;* exortā *inseruit m. rec.* ‖ eamque *X teste i* (?)*; ad Lincoln. male rettulit* λ ‖ 5 multi iugae *T* ‖ partioni∗ (u ?) *Q* partit(c *B*)ionis *BT* portationis *X* particionis *Y* ‖ pleres *T* ‖

genitos compertum, hunc autem esse numerum ait rarissimum. Sed et divo Augusto imperante, qui temporum eius historiam scripserunt ancillam Caesaris Augusti in agro Laurente peperisse quinque pueros dicunt eosque pauculos dies vixisse: matrem quoque eorum, non multo postquam peperit, mortuam monumentumque ei factum iussu Augusti in via Laurentina, inque eo scriptum esse numerum puerperii eius, de quo diximus. 2

III.

Locorum quorundam inlustrium conlatio contentioque facta ex orationibus C. Gracchi et M. Ciceronis et M. Catonis.

Fortis ac vehemens orator existimatur esse C. Gracchus. Nemo id negat. Sed quod nonnullis videtur severior, acrior, ampliorque esse M. Tullio, ferri id qui potest? Legebamus adeo nuper orationem Gracchi de legibus promulgatis, in qua M. Marium et quosdam ex municipiis Italicis honestos viros virgis per iniuriam caesos a magistratibus populi Romani quanta maxima invidia potest conqueritur. 1 2

Verba haec sunt, quae super ea re fecit: Nuper Teanum Sidicinum consul venit. Vxor eius dixit, se in balneis 3

QZBXOΠNTY

6 hunc nūm ait.ēe.aū *B* huc (hunc *z*) numerū ait ēe autem *Z* Nunc (aū *sup. lin. add.*) ī numerū ait . ēe. *Q* ‖ (§ 2) 7 duo *P* ‖ 9 dies] *om. Q* ‖ 10 *fort.* pepererit ‖ 11 monu mentv̄q. *x* monu mentaq. *X* ‖ que] *om. Z* ‖ ei] *om. B* eius *X* ‖ augustini uia *Z* ‖ 12 inq. *T* ‖ eos *QZ* ‖ puerpuerii *X pr.* puerii *O pr.* ‖ eius] *om. B* ‖ qua *X* ‖

III. (*lemm.*) 3 C.] *om. QZB* ‖ grachi et in ciceronis; in catonis Jta ēet petulantius *tribus extremis verbis voc.* va cat *subscripto deletis Z* ‖ (§ 1) 4 C.] *om. QZB* ‖ 5 non nllis *Z* nullis *X* ‖ seuior acriorq; ampliorq; *Z* ‖ 6 ēe—m tullio *Z* ēem. tullio *B* ‖ M.] * *Q* ‖ fri *Z* ferat *q* ‖ qui] qď *O pr.* ‖ p.ᵗ *Z* ‖ (§ 2) 7 oroe *B* in oratione *Z* ‖ 8 M.] *om. QB* in *Z* ‖ Italicis] *om. B;* alicis *QZ* ‖ 10 potest maxima inuidia *Π* ‖ (§ 3) *C. Gracchi de legibus a se promulgatis or. fr.: HMeyer ORF² p.* 235 *sq.* ‖ 11 ea reficit nup *Z* ‖ fet; Nupteanū *X* ‖ 12 uxor,e dixit se *O* ‖ eius dixit se] *q:* eius dixisse *Q* (*ubi* is *in ras.*) *ZB* edixit se *Π* dixit se *N* edixit *X* ‖

virilibus lavari velle. Quaestori Sidicino M. Mario datum est negotium, uti balneis exigerentur qui lavabantur. Vxor renuntiat viro, parum cito sibi balneas traditas esse et parum lautas fuisse. Idcirco palus destitutus est in foro eoque adductus suae civitatis nobilissimus homo M. Marius. Vestimenta detracta sunt, virgis caesus est. Caleni, ubi id audierunt, edixerunt, ne quis in balneis lavisse vellet, cum magistratus Romanus ibi esset. Ferentini ob eandem causam praetor noster quaestores arripi iussit; alter se de muro deiecit, alter prensus et virgis caesus est.

4 In tam atroci re ac tam misera atque maesta iniuriae publicae contestatione, ecquid est, quod aut ampliter insigniterque aut lacrimose atque miseranter aut multa copiosaque invidia gravique et penetrabili querimonia dixerit? brevitas sane et venustas et mundities orationis est, qualis haberi ferme in comoediarum festivitatibus solet.

5 Item Gracchus alio in loco ita dicit: Quanta libido quantaque intemperantia sit hominum adulescentium, unum exemplum vobis ostendam. His annis paucis ex Asia missus est qui per id tempus magistratum non

---

QZBXOΠN

13 uiribus *Π* ‖ Quaestori] *om. B* ‖ Sidicino M.] τ *praeeunte fere i:* sidicinā *QZB* sidicino a m. *ΠN O m. rec. e vg.* sidicioni a m. *O* sidici oni .a. m. *x* sidici omi .a. m. *X* ‖ 14 exirent *q* ‖ que lauabantur uxore·nunciat *Z* ‖ 16 ẹtarditas *X* ‖ latas *Z pr.* ‖ 17 paulus *QZB* ‖ '*V. C.* destitus' σ ‖ deductus *Π* ‖ 18 me marius *Q* memarius *ZB* ‖ 19 *post* caesus est] *sqq.* Caleni—caesus est *lin.* 23 *om. QZB* ‖ calenilibi id *XOΠ* ‖ ịaudierunt *Π* ‖ 21 '*Scal.* Ferenti' σ ‖ 22 questoris *X pr. o* ‖ 23 pensus *X* ‖ est in tam *ZB* ‖ (§ 4) 24 Int͂*a (r) *X* ‖ r*e *X* ‖ ac] *om. X & sup. lin. add. x* ‖ ac tam] *om. Π* acta *Z* ‖ mestaq; *Π* ‖ 26 miserante *X* ‖ grauītq; *Q* grauitq; *Z* ‖ grauioq; et penetralia *X* ‖ 27 dixerit breuitas *ZB* ‖ 28 munditiaes (*ex gemina lect. ortum*) orationes *X pr.* ‖ comedạriarum *X* ‖ (§ 5) 30 in] *sup. lin. add. Z* ‖ *CGracchi or. l. fr. ap. Meyerum l. l. p.* 236 ‖ 31 qăn qtaq; *X* ‖ que] *om. B* ‖ 32 hiis *Z* ‖ ex Asia] *libri, quod explicare studet* τ *RStR.*[2] II 662, 1: in Asiam *ILipsius Elect.* I 19 *obloquente IScheffero de re vehic. vett.* II 5 *p.* 88 *sq. ed. Francof. a.* 1671 Venusiam *HIordan Herm.* 6, 495 *sq.* ex sc. in Asiam *h*[e] ‖

ceperat, homo adulescens pro legato. Is in lectica ferebatur. Ei obviam bubulcus de plebe Venusina advenit et per iocum, cum ignoraret qui ferretur, rogavit, num mortuum ferrent. Vbi id audivit, lecticam iussit deponi, struppis, quibus lectica deligata erat, usque adeo verberari iussit, dum animam efflavit.

Haec quidem oratio super tam violento atque crudeli facinore 6
nihil profecto abest a cotidianis sermonibus. At cum in simili 7
causa aput M. Tullium cives Romani, innocentes viri, contra ius
contraque leges virgis caeduntur aut supplicio extremo necantur,
quae ibi tunc miseratio? quae conploratio? quae totius rei sub
oculos subiectio? quod et quale invidiae atque acerbitatis fretum
effervescit? animum hercle meum, cum illa M. Ciceronis lego, 8
imago quaedam et sonus verberum et vocum et eiulationum circum-
plectitur; velut sunt ista, quae de C. Verre dicit, quae nos, ut 9
in praesens potuimus, quantum memoria subpeditabat, adscripsimus:
Ipse inflammatus scelere et furore in forum venit. Ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat. Exspectabant omnes, quo tandem progressurus aut quidnam acturus esset, cum repente hominem proripi

---

QZBXOΠN

34 coeperat *O* ‖ lectita *X pr.* leticia *B* ‖ 36 io∗cum *X* ‖ quid *Π* ‖ feretur *X* ‖ 37 num] *sic certe voluit etiam q, quae m. ex* ñ *fecit* ñ,ᵛ : non *X pr.* = ñ *Q* dum *ZB* ‖ 38 deponis *distinctione inseq. om. Z* ‖ struppis] '*Vitruv.* [X 8, 6 *p.* 254, 18 *R-MS, ubi nunc legitur* strophis] *et Isid.* [*Orig.* XIX 4, 9] struppis' σ; *Lambecius prodr. p.* 74; *Henr. Valesius:* stuppis *QZXOΠN* suppis *B* ‖ (§ 7) 41 .At] ad *ZB* ‖ At cum] altum *O* ‖ 42 M.] *om. QZB* ‖ innotescentes *X pr.* ‖ 43 extimo '*in MS*' *teste Lambecio l. l. p.* 75, *at cf. i* ‖ 44 rei .p. *Π* ‖ 45 oclos *O* oculis *Πq* ‖ acerbuitatis (*ex gemin. lect.* rb *et* ru *ortum*) *B* acebuitatis *Z* ‖ cretum *Q pr. ZB* ‖ 46 efferuesci | ∗animū *Q* efferuescit | animus *q* efferuesci lanimū *B* efferuescillani | *Z* ‖ (§ 8) erde *X* ‖ meus *q* ‖ illam ciceronis *Z* ‖ 47 verberum] *O* (*ex sil.*), *i tacite,* λ: uerborum ‖ heiulationum *OΠN* ieiulationum *Z* ieiulationē *B* ‖ circumpletitur *X* circumflectitur *QZB* ‖ (§ 9) 48 decuerre *B* decuere *Z* ‖ dicit] *om. QZB* ‖ 49 praesenti *Π* ‖ *Cic. in Verr.* II V 62, 161 ‖ 50 inflammatur *QZ* ‖ ac *Cic. cod. Lagom.* 29 ‖ 51 crudelitatis *ZB; cod. Mon. Quint.* IX 2, 40 ‖ emicabat *Ambros. m. alt. Mon. Quint. l. l.* ‖ 52 homines *codd. aliquot Cic.* ‖ qui *Cic. Lag.* 29 ‖ pḡsurus *B* ‖ aut] ut *O pr.* ‖ 53 quid nam *Z* ‖ proripi] = *q:* proripiat *ZB* proripi∗∗∗ (tur *ut vid.*) *Q* ‖

atque in foro medio nudari ac deligari et virgas expe-
10 diri iubet. Iam haec medius fidius sola verba: nudari ac
deligari et virgas expediri iubet tanti motus horrorisque
sunt, ut non narrari quae gesta sunt, sed rem geri prosus videas.
11 Gracchus autem non querentis neque implorantis, sed
nuntiantis vicem: palus, inquit, in foro destitutus est,
12 vestimenta detracta sunt, virgis caesus est. Sed enim
M. Cicero praeclare, cum diutina repraesentatione, non 'caesus
est', sed: caedebatur, inquit, virgis in medio foro Messa-
nae civis Romanus, cum interea nullus gemitus, nulla
vox illius miseri inter dolorem strepitumque plagarum
audiebatur, nisi haec 'civis Romanus sum'. Hac com-
memoratione civitatis omnia verbera depulsurum cru-
13 ciatumque a corpore deiecturum arbitrabatur. Comploratio-
nem deinde tam acerbae rei et odium in Verrem detestatio-
nemque aput civis Romanos inpense atque acriter atque inflam-
manter facit, cum haec dicit: O nomen dulce libertatis! o
ius eximium nostrae civitatis! o lex Porcia legesque

QZBXOΠN

54 denudari *Cic. Lag.* 29 ‖ delegari *Q* deligare *X pr.* ‖ uirgis *QB* uirges *Z* ‖ expedire *Harl. et Par.* 7667 *Non. s. v.* expedire *p.* 297, 7 *M.* ‖ (§ 10) 55 Iam haec—iubet] *post* iubet *om. Π* ‖ 56 deligari] *ex* denudari *corr. X* delegari *Q* ‖ uirgis *Q* uirga *ZB* ‖ hor|risque *X pr.* horroresq; *Π* ‖ 57 prosus] *X:* prorsus ‖ (§ 11) 58 non] *om. Z* ‖ 59 vicem] *spat. rel. om. Z* ‖ pallus *X pr.* paulus *QZB* ‖ destitus σ ‖ (§ 12) *Cic. l. l.* § 162 ‖ 61 pleclare *Π* ‖ non] *om. B* ‖ 63 ciues *X pr.* ‖ Romanus, indices, cum *Cic.* ‖ intra *Q* ‖ 64 vox alia illius *Cic.* ‖ istius *codd. Cic. dett.* ‖ strepitumque] *Q, Mart. Cap.* V § 517 (*qui cum ibidem paulo ante* - § 512 - *duo exempla ex eadem or. petita Ciceronis nomine non addito proferat huc recte relatus est*), '*quod haud scio an rectius sit*' *CAIordan ad Cic. l. l.:* screpitumq; *ZB* crepitumque *rell. cum codd. Cic.* ‖ 65 ciues *X pr.* ‖ sum. Hac] sum a *QB* sũ|ma *Z* ‖ hęc *X* Hac se *Cicero* ‖ 67 deiecturum] *SGerm.* 643; *Vat.* 3452 *ex Dress. sil.; ς cum Cic.:* diiecturum *ZOΠN* duecturũ *B* uecturũ *Q* di∗|iecturus (s?) *X* ‖ (§ 13) cũ plorationem *X* ‖ 69 que] = *Q ut vid.* (q∗∗, *ubi* ue *litt. erasas agnoscere mihi videbar*) *et* ; *spscr.* = *q* ‖ ciues *Q* (*ex sil.*) ‖ impense] *QZB; coni. assecutus erat v. d. in nota ms. ad ed. Ascens. adscripta teste i et Thysius:* incense *XOΠN* intente *HStephanus spec. emend. p.* 160 ‖ acrite *ZB* ‖ *Cic. l. l.* § 163 ‖ 70 oius *ut vid. ante corr. X* olus *x* ɔius *Q* ‖ 71 eximiaũ *X* eximię *Π* ‖ c∗∗lex (um) *Q* = c̃ lex *q* ‖ leges Porciae *Quint.* IX 2, 38, *ubi cf. v. l. ap. Halm.* ‖ portia *QZB Cic. Lag.* 29 ‖

Semproniae! o graviter desiderata et aliquando reddita plebi Romanae tribunicia potestas! Hucine tandem haec omnia reciderunt, ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido foederatorum, ab eo, qui beneficio populi Romani fasces ac secures haberet, deligatus in foro virgis caederetur? Quid? cum ignes ardentesque laminae ceterique cruciatus admovebantur, si te illius acerba inploratio et vox miserabilis non leniebat, ne civium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu gemituque maximo commovebare?

Haec M. Tullius atrociter, graviter, apte copioseque mise- 14
ratus est. Sed si quis est tam agresti aure ac tam hispida, quem 15
lux ista et amoenitas orationis verborumque modificatio parum delectat, amat autem priora idcirco, quod incompta et brevia et non operosa, sed nativa quadam suavitate sunt quodque in his umbra et color quasi opacae vetustatis est, is, si quid iudicii habet, consideret in causa pari M. Catonis, antiquioris hominis, orationem, ad cuius vim et copiam Gracchus nec adspiravit.

QZBXOΠN

72 et aliquando reddita] *om.* *Π* ‖ 73 tribunitia *QZ* (*h^e^ cum inscr.* 3146 *Or., at cf. meliorem eiusdem recensionem ab Henzenio propositam n.* 6005) ‖ Hucine] *Cic.:* huccine *Q* huicine *BOΠ* huiccine *N* huine *Cic. Lag.* 29 ‖ huic in eandem *Z* huicme autem *X* ‖ 74 haec] *om. libri Cic.* ‖ reciderunt] = *codd. Cic.:* recciderunt *O* (*h^e*) rectidert *Z* rectiderit *B* ‖ Romanus] *om. QZB* ‖ prouinctia *Z* ‖ 75 populi Romani, in] appun *Q* appin *BZ* ‖ opido *Q pr. Z* ‖ abeq. *X* abeq^ue^ *x* ‖ 76 populi Romani] p *QZB* ‖ fasses *B* falces *Q* ‖ ac] et *Cic.* ‖ secures] = *Cic.:* securis *BO* ‖ habere *QZB* ‖ 77 Quid?] qd *compendiis quibusdam obscuris suprascriptis Q* ‖ 78 candentesque *v. l. dubiae auctoritatis ap. Cic. cf. Halmii in ed. Orell. alt. adn.* ‖ laminae] = *libri Cic.:* lamminae *OΠ* (*h^e*) lammine *X* ‖ 7 mouebantur *QZ* et admouebantur *b* ‖ 79 siteti(*in* l *corr.*)lius *X* ‖ 80 non inhibebat *libri Cic.* ‖ nec *Π* ‖ 81 et gemitu *libri Cic.* ‖ (§ 14) 82 adtrociter *Z* ‖ grauiterque apte *BX* ‖ copiose apteque *Π* ‖ (§ 15) 83 ac] *om. B* ‖ hispidã *X pr.* ‖ quam *XΠ* ‖ 84 modifatio *z* estiodifatio *Z* ‖ 85 incõ pita *X* ‖ 86 sanitate *Z pr.* ‖ hiis 7 umbra 7 *Z* ‖ 87 'umbra et quasi squalor v. e. ἀρχαῖος πῖνος καὶ χνοῦς (*i. e.* χνοῦς ἀρχαιοπινής)' *RB*[*entley*] *class. journ.* XVII *N.* 33 *p.* 16 ‖ opicae *Ier. Markland ep. crit. ad Fr. Hare* (*Cantabr.* 1723) *p.* 153; *v. d. misc. obss.* IV (1734) *p.* 437 ‖ estis si *Z* .estis si *B* ęstis .si *Π* ‖ is] *om.* *X* ‖ 88 parimcatonis *Z* ‖ 89 at *ZB* ‖

16 Intelleget, opinor, Catonem contentum eloquentia aetatis suae non fuisse et id iam tum facere voluisse, quod Cicero postea
17 perfecit. In eo namque libro, qui de falsis pugnis inscriptus est, ita de Q. Thermo conquestus est: Dixit a decemviris parum bene sibi cibaria curata esse. Iussit vestimenta detrahi atque flagro caedi. Decemviros Bruttiani verberavere, videre multi mortales. Quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc servitutem ferre potest? Nemo hoc rex ausus est facere; eane fieri bonis, bono genere gnatis, boni consultis? ubi societas? ubi fides maiorum? Insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam contumeliam, inspectantibus popularibus suis atque multis mortalibus, te facere ausum esse? Sed quantum luctum, quantum gemitum, quid lacrimarum, quantum fletum factum audivi? Servi iniurias nimias aegre ferunt: quid illos, bono genere

---

QZBXOΠN

(§ 16) 90 contemptum *O pr.* ‖ suae] *om. Q* ‖ 91 cum facere uoluisset *X* ‖ (§ 17) *M. Porcii Catonis or. de falsis pugnis contra Thermum fr. ORF² p.* 44 *sq. HMeyer; in QMinucium Thermum de falsis pugnis p.* 41 *sq. Iord.* ‖ 93 ita] *om. X* ‖ dequeīmo *B* de quȩ ter m. *X* de quaternío *Z* d∗(e) quatternio *X* ‖ termo *Π* ‖ dixis *N* ‖ ad *B* ‖ ade cē uiris *Q pr.* a decū a uiris *Z* ‖ 94 sibi bene *XN* ‖ curata] *in mg. add. X* ‖ esset *Z* ‖ 95 brut∗∗tiani *X* brutiani *Π* Brettiani '*perpetuo*' *h. l. cod. ISchegki* (*v. eius observ. et emend. praemess. ep.* VI, *lamp. Grut.* IV 899) ‖ 96 uerba ue *Q pr.* uerbau *Z* uerbera∗∗uere *X* ‖ moriales *ZB* ‖ mortale s; quis *Q pr.* ‖ 98 ea ne *Q* ‖ 99 gene regnatis *X pr.* ‖ gnatis] = *Π* (*falsus est Iord.*): ignatis *ZB* natis *q* ‖ consultis] *libri fere omnes; 'fortasse uerum' iam dixit Iordan:* c̄ fultis *X* consulitis *e vg.* consuetis τ *ap. Iord.* ‖ ubi societas—inspectantibus] *lin.* 102 *ex h. l.* (*v. ann. phil.* 85, 718) *descriptum ap. Non. s. v.* vibices *p.* 187, 27 *M.* ‖ 100 maiorem signitas *Non. Leid.* ‖ iniuriam *codd. Non.* ‖ 101 eis *libri Noniani* (= *Nic. Perottus in app. cornucopiae col.* 11-*immo* 12-95 *ed. Ald. a.* 1513) ,vis, *Perotto, si Meyero et Iordano fides, auctore ap. Non.* '*vulgati*', *prob. Mercero* ‖ carnificans *et* carnificas *libri Noniani* ‖ 102 contumuliam *O pr.* ‖ 104 esses et *QZB* esse ? et *q* ‖ 105 quantum tum luctum τ *ap. Iord.* ‖ 106 nimias] τ *ap. Iord.* μ: nimis ‖ egere *Z pr.* ‖

gnatos, magna virtute praeditos, opinamini animi habuisse atque habituros dum vivent?

Quod Cato dixit: Bruttiani verberavere, ne qui fortasse 18 de 'Bruttianis' requirat, id significat: Cum Hannibal Poenus cum 19 exercitu in Italia esset et aliquot pugnas populus Romanus adversas pugnavisset, primi totius Italiae Bruttii ad Hannibalem desciverunt. Id Romani aegre passi, postquam Hannibal Italia decessit superatique Poeni sunt, Bruttios ignominiae causa non milites scribebant nec pro sociis habebant, sed magistratibus in provincias euntibus parere et praeministrare servorum vicem iusserunt. Itaque hi sequebantur magistratus, tamquam in scaenicis fabulis qui dicebantur 'lorarii', et quos erant iussi vinciebant aut verberabant; quod autem ex Bruttiis erant, appellati sunt 'Bruttiani'.

IV.

Quod P. Nigidius argutissime docuit, nomina non positiva esse, sed naturalia.

Nomina verbaque non positu fortuito, sed quadam vi et ratione 1 naturae facta esse, P. Nigidius in grammaticis commentariis docet, rem sane in philosophiae disceptationibus celebrem.

QZBXOΠN

107 gnatos] *Π cf. lin.* 99: natos ‖ animi] *om. Π* ‖ 108 vivent] = *x:* uiuerent *S. Germ.* 643 *Vat.* 3452 ϰ ‖ (§ 18) 109 quo *X* ‖ brutiani *QΠ* brutinianiș *Z* ‖ uerbera uere *Q pr. Z* ‖ .neq; (neque *Z*) fortasse *QZ* ne quis forte *Π* ‖ 110 brutinianis *Z* ‖ (§ 19) 111 ali∗quot *X* aliqđ (i superscr.) (*sic*) *Z* ‖ 112 pugna∗uisset (s) *X* ‖ primi∗∗|totius (to) *X* ‖ brutii *QΠ* ‖ hannibaliē *Q* ‖ 113 ạitalia *B* ‖ 114 penis *Z* ‖ brutios *ZΠ* bruttios∗ *X* ‖ ∗causę *X* ‖ 116 prouinciam *N pr.* ‖ euentibus *O pr.* abeuntibus *Π* ‖ 117 itaque insequebantur *X* ‖ hii *Q pr. Z* ‖ caenicis *O pr.* ‖ 118 fabulisq; dicebantur *X* ‖ lolarii *QZB* ‖ uincebant *Z* ‖ 119 autem] ante *Z* ‖ brutiis *Z et ut vid. ante corr. Q:* britiis *q* ‖ erant] *om. B* ‖ 120 brutiani *Q* ‖

IV. (*lemm.*) 2 pnigidius *B* pingidius *QZ* ‖ (§ 1) 4 posita *B* ‖ 5 pnigidius *QB* pingidius *Z* ‖ 6 philosophee *B* ‖ disceptationibus] *m^a h:* discertat(c *Q*)ionibus *QBOΠN h^c* (discertatio *nusquam, quod sciam, legitur,* discertare *verbum non nisi not. Tir. auctoritate nititur; ap. Plaut. sane Men.* V 2, 58 *v.* 809 discertatis *ex Vat. m. pr. ac novicio Lipsiensi recepit Ritschelius, sed* dissertatis *ex utroque Palat. cum correctore Vat. restituit Vahlenus v.* 800) discretationibus *Z* diserationib; *X* dissertationibus

2 Quaeri enim solitum aput philosophos, 'φύσει' τὰ ὀνόματα sint ἢ
3 'θέσει'. In eam rem multa argumenta dicit, cur videri possint verba esse naturalia magis quam arbitraria. Ex quibus hoc visum
4 est lepidum et festivum: 'Vos', inquit, cum dicimus, motu quodam oris conveniente cum ipsius verbi demonstratione utimur et labeas sensim primores emovemus ac spiritum atque animam porro versum et ad eos, quibuscum sermocinamur, intendimus. At contra cum dicimus 'nos', neque profuso intentoque flatu vocis neque proiectis labris pronuntiamus, sed et spiritum et labeas quasi intra nosmetipsos coereemus. Hoc idem fit et in eo, quod dicimus 'tu', 'ego' et 'tibi' et 'mihi'. Nam sicuti, cum adnuimus et abnuimus, motus quidam ille vel capitis vel oculorum a natura rei, quam significat, non abhorret, ita iam his vocibus quasi gestus quidam oris et spiritus naturalis est. Eadem ratio est in Graecis quoque vocibus, quam esse in nostris animadvertimus.

V.

Avarus simplexne vocabulum sit an compositum et duplex, sicut P. Nigidio videtur.

1 'Avarus' non simplex vocabulum, sed iunctum copulatumque esse P. Nigidius dicit in commentariorum undetricesimo.

QZBXOΠN

o vg. ‖ (§ 2) 7 enim queri *Z* ‖ φύσει—θέσει] *ON:* fisthitasnomata sint ethesei *Π* GR. Nominata sunt. GR. *Q Graeca om. X, add. x* ‖ ΦΥCΘΙ *x* ‖ TAO. Nominata sint (sunt. *Z*) HTECEI (H TCECI *Z*) *BZ* ‖ (§ 3) 8 dicit, cur] dr̄ *Z* dr̄. *B* dn̄r *Q* dicit, ut *i* ‖ uiderine *q* ‖ posint *B* possunt *X* ‖ 9 natura alia *BZq* natu|alia *Q* ‖ quam] q; *X pr.* ‖ . Ex—quodam] hoc quibusdam *X* ‖ 10 est] *om. Z* ‖ festiuam uos *Z* ‖ *P. Nigidii comm. gramm. inc. lib. fr.* VI *p.* 266 *Rutgers. var. lect.* III 16 ‖ (§ 4) inquit] enim *Π* ‖ 11 qd|amoris *Q* ‖ 12 labeas] = *b* (*omnes lin.* 17): labias *B* labas *XON* labras *O m. rec.* labra * (s *semiras.*) *x* ‖ sensum *Z* ‖ 13 hac *X* ‖ 14 quibus con(c̄ *B*)sermocinamur *Bςx* quib; cumsermocinamur *Z* quib; sermocinamur *X* ‖ ad *X pr. O pr.* ‖ 16 laboris *Zb* ‖ 17 cohercemus *QXO pr. Π* ‖ 18 fit in *B* ‖ tu] *om. Z;* tū *QB* tu et *N* ‖ 21 ita iam his] *h:* id iam his (hiis *Z*) *QZ* id iābis *B* ita in his *XOΠNvg.* ‖ 22 * oris (h) *Q* ‖

V. *Exstat in TY* (*lemm.*) 2 sicuti *ΠN* ‖ pnigidio *QB* pingidio *Z* ‖ (§ 1) 4 Varus *litt. init. spat. rel. z* QVarus *Z* ‖ 5 pnigidius *Q:* nigidius ‖ *P. Ni-*

Avarus enim, inquit, appellatur qui avidus aeris est.
Sed in ea copula e littera, inquit, detrita est. Item 2
'locupletem' dictum ait ex conpositis vocibus, qui 'pleraque loca',
hoc est qui multas possessiones teneret.
Sed probabilius id firmiusque est, quod de 'locuplete' dixit. 3
Nam de 'avaro' ambigitur: cur enim non videri possit ab uno
solum verbo inclinatum, quod est 'aveo', eademque esse fictura,
qua est 'amarus', de quo nihil dici potest, quin duplex non sit?

VI.

Multam dictam esse ab aedilibus plebei Appi Caeci filiae, mulieri nobili quod locuta esset petulantius.

Non in facta modo, sed in voces etiam petulantiores publice 1
vindicatum est; ita enim debere esse visa est Romanae disciplinae
dignitas inviolabilis. Appi namque illius Caeci filia, a ludis quos 2
spectaverat exiens, turba undique confluentis fluctuantisque populi
iactata est. Atque inde egressa, cum se male habitam diceret,
'quid me nunc factum esset', inquit, 'quantoque artius pressiusque
conflictata essem, si P. Claudius, frater meus, navali proelio classem
navium cum ingenti civium numero non perdidisset? certe quidem
maiore nunc copia populi oppressa intercidissem. Sed utinam',
inquit, 'reviviscat frater aliamque classem in Siciliam ducat atque
istam multitudinem perditum eat, quae me nunc male miseram

QZBXOΠNTY

gidii comm. gramm. lib. XXIX *fr. p.* 265 *Rutg. l. modo l.* || 6 inquid *X* || appellatus *ON* || 7 e] *om. QZB* || (§ 2) 8 locupletum *X* || pluraq; *Z* || (§ 3) 10 dicit *B*(*ex sil.*) ς || 11 uaro *Q pr.* || 12 solo *Y* || aveo] *edd.*: abeo (*et* ab eo) *ZBXOΠN* auet *Q* habeo *TY* || 13 aqua *Q pr.* || dici nichil *Y* || dici∗(t) *X* || potest|∗∗∗∗ (test *ut vid.*) *X* ||

VI. *Exstat in TY* || (*lemm.*) 2 ẹdibus *Π* || plebi *ΠN* || appii *Πq* || Caeci filiae] Cecilie *QZB* || filiae] *om. Π* || mulier inobili *Π* || (§ 1) 4 ĩfacta *q* ĩf∗∗∗cta *Q* || plublice∗ *X* || 5 debebere *Z* || est] 7 *Z* || 6 dignitas—ludis] *om. Π* || (§ 2) Appii *QZBOT* Apii *XY* || quospectauerat *X* || 7 fluc∗tuantisq; *X* || 8 iacta *X pr.* || inde egressa se *Y* || 9 quit *B* || me] *sup. lin. add. X* $\overset{IM}{\text{me}}$ *Q* || p̄ss'|q; *Q* || 10 P.] *om. QZB* || 11 nauem *X* || pdisset *B* || nunc quidem maiore *P* || quidem] qđ *Z* || 12 interdissem *Y* || 13 reuiuescat *ZB* || frat̄∗∗(en) *Q* || aliaq. *ZB* || 14 eat] erat *Q* || male nunc *X* ||

3 **convexavit!' Ob haec mulieris verba tam inproba ac tam incivilia C. Fundanius et Ti. Sempronius, aediles plebei, multam dixerunt**
4 **ei aeris gravis viginti quinque milia. Id factum esse dicit Capito Ateius in commentario de iudiciis publicis, bello Poenico primo, Fabio Licino et Otacilio Crasso consulibus.**

VII.

Fluminum, quae ultra imperium Romanum fluunt, prima magnitudine esse Nilum, secunda Histrum, proxima Rodanum, sicuti M. Varronem memini scribere.

1 **Omnium fluminum, quae in maria, qua imperium Romanum est, fluunt, quam Graeci 'τὴν εἴσω θάλασσαν' appellant, maximum esse Nilum consentitur. Proxima magnitudine esse Histrum scripsit**
2 **Sallustius. Varro autem cum de parte orbis, quae Europa dicitur, dissereret, in tribus primis eius terrae fluminibus Rodanum**

QZBXOΠNTY

(§ 3) 15 mulieres *X pr.* ‖ uerbatam *Q* ‖ inproba] = *o:* proba *O* ‖ actam *Q pr. Π* ‖ incivilia C.] = *x:* inciuili ac *Z* inciuilia ac *B* inciuilli ac *X* ‖ 16 .Gn. *T* .gn. *Y* ‖ fudanius *B* fudatius *Q* ‖ tiberius *QXOTY* tyberius *ZBΠ* ‖ plebe ī *QZB* plebe *O*(*Π?*)*N* pleb *q* ‖ plebemultā *X* ‖ mulctam *t* ‖ multa īdixerunt *B* ‖ dixerunt *Q* ‖ 17 uinginti *T* ‖ (§ 4) 18 at eius *T* adei' *B* ad eius(= ei' *Q*)*QZ lineola subducta del. indic. q* ‖ pu∗|blicis *Q* puplicis *Z* ‖ *C. Atei Capitonis coniectaneor.* (*lib.* IX *v.* IV 14, 1) *fr.* 2 *IA*[4] *p.* 115 *sq. Huschk.* ‖ ∗poenico *X* punico *q* ‖ 19 licinio *QZBXΠTY* ‖ Otacilio] *x*: T. (*s.* .T. *s.* t.) acilio *ΠNTY* t̄. acilio *O* t̄ acilio *ZB* t̄acilio *X* = teracilio *Q* ‖ grasso *Y* & crasso *X* ‖

VII. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 ultra] intra *ab Ascensio in schol. reiectum IMercerus ad Non. s. v.* intra *p.* 530, 12 *obloquentibus Thysio et i* ‖ 3 Rodanum] *ZB cf. v. l. lin.* 9 *et lemm.* VI 3 *adn.*: rhodanum ‖ M.] *om. Q* in *Z* ‖ (§ 1) 6 fluut *Z* ‖ quam—appellant] *om. TY* ‖ *Graeca spat. vac. rel. om. X, inseruit x* GR *Q* teneisothallassan *Π* ‖ THEN *N* ‖ EICO *ZB* ‖ ΘΑΛΑΑCCΑΝ *B* ΘΑΛΛΑCCΑΝ *ON* ΘΑΛΑCCΑ *X* ‖ 7 multitudine *X* ‖ hystrum *ZT* ‖ 8 *Sallust. hist.* III 56 *Kr.* 10 *D.* ‖ (§ 2) *Varron. opp. inc. fr. p.* 366 *Bip. cf. k* 45, 1; *ad disciplinarum lib.* IV *de geometria rettulit Ritschl de Varr. disc. libris p.* 42 = *opusc.* III 390; *ant. rer. hum. lib.* XIII *inseruit PMirsch de M. Ter. V. ant. rer. hum. libris* XXV *fr.* VI *p.* 116 ‖ 9 ''tribus'' primis terrae eius *Π* ‖ ∗eius *T* ‖ terrae] *om. TY* ‖ Rodanum] *QZB et ut vid. X pr. cf. lin.* 3: rhodanum ‖

esse ponit, per quod videtur eum facere Histro aemulum. Histros enim quoque in Europa fluit.

VIII.

Inter ignominias militares, quibus milites coercebantur, fuisse sanguinis dimissionem; et quaenam esse videatur causa huiuscemodi castigationis.

Fuit haec quoque antiquitus militaris animadversio, iubere 1
ignominiae causa militi venam solvi et sanguinem dimitti. Cuius 2
rei ratio in litteris veteribus, quas equidem invenire potui, non exstat; sed opinor factum hoc primitus in militibus stupentis animi et a naturali habitu declinatis, ut non tam poena quam medicina
videretur. Postea tamen ob pleraque alia delicta idem factitatum 3
esse credo per consuetudinem, quasi minus sani viderentur omnes, qui delinquerent.

IX.

Quibus modis quoque habitu acies Romana instrui solita sit, quaeque earum instructionum sint vocabula.

Vocabula sunt militaria, quibus instructa certo modo acies 1
appellari solet, 'frons', 'subsidia', 'cuneus', 'orbis', 'globus', 'forfices',
'serra', 'alae', 'turres'. Haec et quaedam item alia invenire est 2
in libris eorum, qui de militari disciplina scripserunt.

QZBXOΠNTY

10 hystro *TZ* ‖ hystros *Z* histrus *XOΠN* hystrus *TY* ‖ 11 europ *B* ‖ fuit *ZX* ‖

VIII. *Exstat in TY; totum tamquam Plinianum immutatum fere descripsit Io. Sarisb. Polycrat.* VI 12 *p.* 28 *Gil.* ‖ (*lemm.*) 2 coercebantur] *ZXONTY:* cohercebantur *Π* corcebantur *B* exercebantur *Q* ‖ 3 dimissionem] *Z cf. lin.* 5: demissionem ‖ (§ 1) 4 Fuid *Z* ‖ 5 ueniam *ZBXpr.* ‖ dimitti] *mei omnes, Sarisb. cf. lin.* 3 ‖ (§ 2) 6 in litteris in litteris *X* ‖ se quidē *ZB* ‖ 7 primū *T* primo *Io. Sarisb.* ‖ stupentib; *Q pr.* '*non pauci*' *i* (?) stupendis *X* ‖ 8 a] = *Sarisb.*: *om. Q* ‖ declinantis *QNYo Sarisb.* ‖ non] = *sup. lin. add.* *Υ* ‖ 9 uidetur *Z* ‖ (§ 3) *ante* Postea *voc.* VIIII *in mg. x* ‖ post et am̃ *ut vid. X pr.* ‖ ob pluraq; *Z* oppleraq; *X* ‖ delicta – alia] *c.* 9, 2 *lin.* 6 *post* alia *om. X* ‖ facti** *Q pr.* factita tum *Z* ‖ 11 qui contra officium delinquerent *Sarisb.* ‖

IX. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 Quibus] *litt. init. Q spat. vac. rel. Z* ‖ (§ 1) 5 appellari solet] appellať. *T* ‖ fron*s *Q* ‖ forfices. glob'. *Y* ‖ 6 aletur|res *Z* aletarres *T* ‖ (§ 2) item] ita *Q* ‖ 7 in libris] = *q:* imbris (?) *Q* ‖ melitari *Q pr.* ‖

[redacted]

3 **Tralata autem sunt ab ipsis rebus, quae ita proprie nominantur, earumque rerum in acie instruenda sui cuiusque vocabuli imagines ostenduntur.**

X.

Quae eius rei causa sit, quod et Graeci veteres et Romani anulum hoc digito gestaverint, qui est in manu sinistra minimo proximus.

1 **Veteres Graecos anulum habuisse in digito accepimus sinistrae manus, qui minimo est proximus. Romanos quoque homines aiunt**
2 **sic plerumque anulis usitatos. Causam esse huius rei Apion in libris Aegyptiacis hanc dicit, quod insectis apertisque humanis corporibus, ut mos in Aegypto fuit, quas Graeci 'ἀνατομὰς' appellant, repertum est, nervum quendam tenuissimum ab eo uno digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere ac pervenire; propterea non inscitum visum esse, eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens et quasi conexus esse cum principatu cordis videretur.**

XI.

Verbum 'mature' quid significet quaeque vocis eius ratio sit; et quod eo verbo volgus hominum inproprie utatur; atque inibi, quod 'praecox' declinatum 'praecocis' faciat, non 'praecoquis'.

1 **'Mature' nunc significat 'propere' et 'cito' contra ipsius verbi sententiam; aliud enim est 'mature' quam dicitur. Propterea**

QZBXOΠNTY

(§ 3) 8 translata *ZBTqx* tranlata *Y* ‖ propria‿enominantur *X* ‖ 9 in] *om. T* ‖ acię *X pr.* ‖

X. *Exstat in TY; adhibuit Macr. Sat.* VII 13, 7 *sq.; descripsit fere Io. Sarisb. Polycr.* VI 12 *p.* 28 *Gil.* ‖ (*lemm.*) 2 anulo *Z* ‖ hoc] *QZB:* in eo ‖ 3 quę *Π* ‖ est|est *Z* ‖ in] *om. B* ‖ (§ 1) 4 accepimus] *Qo:* accipimus ‖ 5 manus] m *X pr.* ‖ in imo *O* mimo *o* ‖ 6 pleriq. *ZB* ‖ (§ 2) *ẽe (?˜) *X* ‖ appion *B* ‖ *Apion. Aegyptiac. lib. inc. fr.* 7 *FHG* III 511ᵃ *M.* ‖ 7 egyptiatis *Z* ‖ quid *O pr.* ‖ 8 corporibus] opibus *X pr.* ‖ nos *Y pr.* ‖ in Aegypto] *om. Sarisb.* ‖ quas— appellant] *om. TY* ‖ ἀνατομὰς] *lac. rel. om. X* aNaMaC *sup.* M *litt.* TO *add. x* anatomas *Π* ‖ apellant *X* ‖ 9 apertum *et* compertum '*aliter*' *Thysius; sunt vv. ll. ap. Sarisb.* ‖ 11 non] nunc *ex corr. ut vid. X* ‖ in**itũ *X* institutum *xς* ‖ eum] cum *Q pr.* ‖ 12 decorarandũ *Q* ‖ **et (et *ut vid.*) *X* ‖ quasi et quasi *ON* ‖ connexus *BNz* ‖ princippatu *X* ‖

XI. *Adhibuit Non.* 51, 23 *M.* (*v. ann. phil.* 85, 713) *et Gellio Nigidioque nominatim allatis Serv. plenior q. f. ad Verg. G.* I 260, *Nigidianis*

P. Nigidius, homo in omnium bonarum artium disciplinis egre- 2
gius, 'mature', inquit, est quod neque citius est neque
serius, sed medium quiddam et temperatum est.
Bene atque proprie P. Nigidius. Nam et in frugibus et 3
in pomis 'matura' dicuntur, quae neque cruda et inmitia sunt
neque caduca et decocta, sed tempore suo adulta maturataque.
Quoniam autem id, quod non segniter fiebat, 'mature' fieri dice- 4
batur, progressa plurimum verbi significatione non iam, quod non
segnius, sed quod festinantius fit, id fieri 'mature' dicitur, quando
ea, quae praeter sui temporis modum properata sunt, 'inmatura'
verius dicantur.
Illud vero Nigidianum rei atque verbi temperamentum divos 5
Augustus duobus Graecis verbis elegantissime exprimebat. Nam
et dicere in sermonibus et scribere in epistulis solitum esse
aiunt 'σπεῦδε βραδέως', per quod monebat, ut ad rem agendam
simul adhiberetur et industriae celeritas et diligentiae tarditas, ex
quibus duobus contrariis fit 'maturitas'. Vergilius quoque, si 6

QZBXOΠN

male Gelliana agglutinans (*cf. k p.* 28 *et Thilo quaest. Serv. p.* 14 *sq., cuius tamen sententiae equidem adstipulari nequeo*); *totum fere, additamentis quibusdam ad* § 6 *amplificatum, descripsit Macr. Sat.* VI 8, 7—13 ‖ (*lemm.*) 2 Verbum —eius] *in ras. z* ‖ qđ *z* ‖ significi *z* ‖ et] ut *Q* ‖ 3 utatur] *h:* utitur ‖ 4 praecocis] p̄cosis *Π* ‖ facit *Z* ‖ (§ 1) 5 ature *litt. init. spat. rel. Q* Nature *q* M∗ature *X* maturae *O pr.* ‖ prospere et scito *ut vid. X pr.* ‖ contra ipsius] *om. X* ‖ 6 est enim *Π* ‖ maturae *O pr.* ‖ qm̃ (*i. e.* quoniam) *Z* ‖ dicitur propterea. P. *N* ‖ (§ 2) 7 pnigidius *B* pingidius *Z* puidius *Q* puidius *compendiis quibusdam non satis dilucidis* (nig?) *spscr. q* ‖ *P. Nigidii comm. gramm. ut vid. fr. var. lect.* III 16 *p.* 269 *Rutgers.* ‖ om̃ı∗ũ∗∗ bonarum *X* ‖ eggregius *Z* ‖ 8 inquid *O pr.* ‖ *alt.* est] *om. Macr.* ‖ 9 .Quiddam *Z* ‖ ∗temperatum *X* ‖ est bene *Z* ‖ (§ 3) 10 propriae *X* ‖ p. nigius *X pr.* pnigidius *Q* nigidius *ZBO* ‖ 11 im *X* ‖ maturata *ut vid. X pr.* ‖ ininitia *Q post* n *alt.* ∠ *spscr. q* ‖ 12 et nimium cocta *Macr.* ‖ adulta maturataque] temperate adulta *Macr.* ‖ (§ 4) 13 quom *N* ‖ maturę *X* ‖ 14 uerbis *X* uerba *ZB* ‖ significatione non] *Qi:* significatio stet non *B et sic certe Z* significatio∗∗ et non *z* ‖ non] *om. Z* ‖ 15 festinatius *Q pr. ut vid. XON* ‖ quando] quamvis *s.* quum μ, *at v. h*[ra] *p.* 63 ‖ 16 ∗p̃t *X* ‖ ppati *B* p̄parata *Z* ‖ (§ 5) 18 diuus *XOΠNq* ∗∗∗∗s *Q* ‖ 19 gretis *X* ‖ verbis] *om. Π* ‖ 21 σπεῦδε βραδέως] = *x: lac. rel. om. X* ‖ CTIEΥΔE *Z* CΓIEΥΔE *B* ‖ BPaΔEωC(. *Z*) *ZB* ‖ 22 industria ce∗∗leritatis *X* ‖ sceleritas *Q pr.* ‖ 23 '*Potuit dicere* duabus' *i* ‖

quis animum adtendat, duo ista verba ‘properare’ et ‘maturare’ tamquam plane contraria scitissime separavit in hisce versibus:

Frigidus agricolam si quando continet imber,
Multa, forent quae mox caelo properanda sereno,
Maturare datur.

7 Elegantissime duo verba ista divisit; namque in praeparatu rei rusticae per tempestates pluvias, quoniam otium est, ‘maturari’ potest, per serenas, quoniam tempus instat, ‘properari’ necessum est.

8 Cum significandum autem est, coactius quid factum et festinantius, tum rectius ‘praemature’ factum id dicitur quam ‘mature’, sicuti Afranius dixit in togata, cui Titulus nomen est:

'Adpetis dominátum demens praématurę praécocem,

9 in quo versu animadvertendum est, quod praecocem inquit, non ‘praecoquem’; est enim casus eius rectus non ‘praecoquis’, sed ‘praecox’.

QZBXOΠN

(§ 6) 24 ista duo uerba *O* ‖ 25 *post* maturare *sqq.* tamquam—maturare] *om. Z*, *sed in mg. add. z cf. v. l. lin.* 28 ‖ cotraria *B* ‖ hisce] insee *Z* ‖ uer (sib; *sup. lin. add.*) *X* ‖ *Verg. G.* I 259 *sqq.* ‖ 26 agricolas *Macr.* ‖ 27 mox** *X* POST *Verg. Med.* ‖ 28 mature *z* ‖ datur elecantissime *B* ‖ (§ 7) 29 eligantissime *O* ‖ ꝑparatur ei rustice *Π* ‖ 30 rei] = *x*: **ei *X* ‖ tempestatis *Z* ‖ quoniam] = *O*: quom *N* quādo *o* ‖ motium *ZB* in ocium *Q* ex necessitate otium *Macr.* ‖ 31 potest] p (t *sup.*) *ZB* ‖ serenas. *QZB* serena*. *q* ‖ quom *N* ‖ necessum] = *Q ut vid.*: necesse *q* ‖ est cum *Z* ‖ (§ 8) 32 coactus *Z* ‖ festinatius *ZXOΠN* ‖ 33 praematurae *O pr.* ‖ id factum *Π* ‖ id] *om. B* ‖ maturae *Z* ‖ 34 sicut *O* ‖ affranius *Z* ‖ *Afranii Tituli fr. un. v.* 335 *CRF p.* 208 *Ribb.*[2] ‖ Titulus nomen] ϰ: titulus nomen *libri tantum non omnes:* titulos nomen *O pr.* titulus νόμος (*s.* Νόμος) *Macr. P exhibere dicebatur* (*non affert Eyssenhardtius*); *Ascensius in schol. et ed. Paris. a.* 1536 titulus Omen *L de Ian. ad Macr. l. l.* § 13; *Th. Bergk ann. phil.* 101, 846 (*opusc. phil.* I 410), *at cf. ipsius Ianii l. l. et Ribbeckii adnott. cum huius corollario l. l. p.* LXXVII ‖ 35 Appetis *BΠ* ‖ demens] v&eris *Macr. P*, '*ut* Veneris *subesse suspicari possis*' (*Ribb.*) petens *rell. fere codd. Macr. ap. Ian.* (*unus in ras.*) ‖ praematurae *O pr.* ‖ p̄coccem *B* ‖ (§ 9) 36 uersū *B pr.* ‖ amaduertendum *Π* ‖ p̄coccem *ZB* ‖ 37 cas' ei' casusis (rectus *sup.*) rectus ñ *B* ‖ praecoquis] *e*: prae(*s.* p̄)cocis ‖

XII.

De portentis fabularum, quae Plinius Secundus indignissime in Democritum philosophum confert; et ibidem de simulacro volucri columbae.

Librum esse Democriti, nobilissimi philosophorum, de vi 1
et natura chamaeleontis eumque se legisse Plinius Secundus in naturalis historiae vicesimo octavo refert,
multaque vana atque intoleranda auribus deinde quasi a Democrito scripta tradit, ex quibus pauca haec inviti meminimus, quia
pertaesum est: accipitrem avium rapidissimum a chamaeleonte 2
humi reptante, si eum forte supervolet, detrahi et cadere vi quadam in terram ceterisque avibus laniandum sponte sua obicere
sese et dedere. Item aliud ultra humanam fidem: caput et collum 3
chamaeleontis si uratur ligno, quod appellatur 'robur', imbres et tonitrus fieri derepente, idque ipsum usu venire, si iecur eiusdem
animalis in summis tegulis uratur. Item aliud, quod hercle an 4
ponerem dubitavi, ita est deridiculae vanitatis, nisi idcirco plane posui, quod oportuit nos dicere, quid de istiusmodi admirationum fallaci inlecebra sentiremus, qua plerumque capiuntur et ad perniciem elabuntur ingenia maxime sollertia, eaque potissimum, quae

---

QZBXOΠNTY

singulos *inserendum esse ci. PEHuschke Multa u. Sacramentum p.* 26, 47 || tunc] = *sup. lin. add. X* || multāq. *QZΠ* Multam quae *O* multaque *qx* multoquę *X* multamque quae σ || suprema instituta. *Π* || 13 instrutam *X* || dies singulos] *QZB* singulos dies *XOΠN* (*cf. Niebuhrius RG* II[3] 342, 694; *Schweglerus RG* II 612, 3): singulos x singulos viros *Cuiacius recitatt. in libros* IV *priores cod. Iustin.* LIV (*append. ed. Fabrot. Lut. Par.* 1658) *p.* 606 res singulas *Fr. Hotoman de re numaria ap. R.* (*s. l.* 1585) *p.* 77 singulos reos *g* singulas vices *i* singulos homines λ; *del. h. l. Huschkius cf. lin.* 12 || bouum *XON* || 14 pq. (˘) *Q* || poenuria *Xon* || 15 dictus *Q pr.* || adigebantur] *sic XOΠN* (*cf. Huschkius l. l. p.* 113, 301 *coll. eod. osk. u. sab. Sprachdenkmäler p.* 69; 164): adiebantur *QZB* adigebant *x* adiebant *q* addicebantur *g* (*RStintzing krit. Zeitschr. f. d. ges. Rechtswsch.* 3, 353 *sq.*) abigebantur μ || 16 ouesq. **alias *X* || alii *B* || alias] = *B* || 17 punitionem *Q* penitionem *ZB* pensionem *ECAOtho* || patnia *X* || 18 *eris (a) *Q* exis *Z* aries *X* || eris *Zq* aries *X* || centeni] scient enī (= .H. *Z*) *QZB* || (§ 3) 19 *alt.* multa] ita *QZB* || huius *X* || 20 ultra quem] '*ita antiquior ms. al.* quam' σ quā *X* || multa *QZB* || dies singulos] *h. l. omnes* (*cf. adn. lin.* 12 *et* 13) || 21 appellantur *X* appellentur *x* || .Id *B* || id est] .Idē *Z* || 22 maxima quando *B* || (§ 4) 23 magistra| *X* (tib' *in mg. add. x*) || 25 *Varr. rer. hum. lib. inc. fr. p.* 212 *Bip. cf. Non. s. v.* oves *p.* 216, 21, *qui num ex G. hoc exemplum hauserit non liquet v. ann. phil.* 85, 784; *ad. lib.* XXI § 5 *l. h. quoque l. probabiliter rettulit k p.* 45, *ad lib.* XXIII (*fr.* II *p.* 141) *PMirsch.* ||

M. Terentio, quando citatus neque respondit neque
excusatus est, ego ei unum ovem multam dico; ac nisi
eo genere diceretur, negaverunt iustam videri multam.
Vocabulum autem ipsum 'multae' idem M. Varro in uno 5
vicesimo rerum humanarum non Latinum, sed Sabinum esse
dicit, idque ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium,
qui sunt a Sabinis orti. Sed turba grammaticorum novicia κατ'
ἀντίφρασιν, ut quaedam alia, hoc quoque dici tradiderunt.
Cum autem usus et mos sermonum is sit, ut ita et nunc 6
loquamur, ut plerique veterum locuti sunt, 'multam dixit' et 'multa
dicta est', non esse abs re putavi, notare, quod M. Cato aliter
dixit. Nam in quarto originum verba haec sunt: Imperator
noster, si quis extra ordinem depugnatum ivit, ei
multam facit. Potest autem videri consulta elegantia mutasse 7
verbum, cum in castris et in exercitu multa fieret, non in comitio,
nec ad populum diceretur.

II.

Quod 'elegantia' aput antiquiores non de amoeniore ingenio, sed de nitidiore cultu atque victu dicebatur, eaque in vitio ponebatur.

'Elegans' homo non dicebatur cum laude, set id fere verbum 1

QZBXOΠN

27 M.] *om. codd. Non.* ‖ Terentio] = *Non.:* terrentio *n* terentias *X* t(*s.* T)erentius *xκτ* ‖ 28 excitatus *codd. Non.* ‖ eum *codd. Non.* ‖ un** *Π pr.* ‖ multa *Q* ‖ nisi] = *q in litura* ‖ (§ 5) 30 multaeidem *OΠ* ‖ *Varr. ant. rer. hum. lib.* XXI *fr. p.* 209 *Bip.; fr.* 1 *p.* 133 *Mirsch.* ‖ uno vicesimo] = *N:* undeuicesimo *n mg.* ‖ 32 ait] aut *X* ‖ linguas amnitiū *Q pr. Z* ‖ 33 qui] *in mg. add. B* ‖ orti sed *q* ortiset *Q* orti*7 (s) *Z* ‖ κατ' ἀντίφρασιν] *e* κατὰ ἀντίφρασιν *ς ex meis unus* (*Par.* 8665): cat antifrasin *x* cata antiphrasin *N* cata antifrasin *QZBXOΠ* ‖ 34 alia] *sup. lin. x* ‖ (§ 6) 35 sermonis *Huschke Multa etc. p.* 19 ‖ sermoñ mi|sit *B* ‖ is sit] = *q:* misit *Qp* ‖ 36 loquuti *X* ‖ sunt] = *X, ut vid.:* sint *BONx* ‖ multa *OΠN* ‖ multa] *omnes* ‖ 37 absre *Q:* ab re ‖ Cato] c. *ZB* ‖ *Cat. orig. lib.* IV *fr.* 4 *p.* 17 *Iord.; fr.* 82 *p.* 74, *p.* 55 *ed. min. Pet.* ‖ 38 sunt haec *Π* ‖ i(*s.* I)np̄ *ZB* in p̄ *O* ‖ (§ 7) 40 uitasse *XON* uisitasse *Ms. ap. Thys.* (*Bourdelotius ad ed. Ascens. teste i*) vitiasse *ci. Thysius* ‖ 41 in castris] magistris *X* ‖ multa multa *N* ‖ 'non in comitio *f.* in comitio vero & apud populum, diceretur' *σ et sic Bongarsius teste c f.* non ut in comitio aut ad populum diceretur *c* ‖

II: III *in lemm. tabula Π; ipsum caput cum praecedente nulla numeri nota apposita coniungit Q* ‖ (*lemm.*) 2 *alt.* de] *om. B* ‖ 3 nitidiori *B pr.* ‖ victu] metu *Q pr.* ‖ in initio *Q* ‖ vitio ponebatur] uitioque

2 ad aetatem M. Catonis vitii, non laudis, fuit. Est namque hoc animadvertere, cum in quibusdam aliis, tum in libro Catonis, qui inscriptus est carmen de moribus. Ex quo libro verba haec sunt: Avaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, inritus qui
3 habebatur, is laudabatur; ex quibus verbis apparet, 'elegantem' dictum antiquitus non ab ingenii elegantia, sed qui nimis lecto amoenoque cultu victuque esset.

4 Postea 'elegans' reprehendi quidem desiit, sed laude nulla dignabatur, nisi cuius elegantia erat moderatissima. Sic M. Tullius

---

QZBXOΠN

Π ‖ (§ 1—3) *adhibuisse videtur Non. s. v.* elegantes *p.* 465, 11 *M. cf. ann. phil.* 85, 796 ‖ (§ 1) 4 ferre *Z* ‖ 5 adtatē *Q pr.* ‖ (§ 2) 6 animaduerte *Q* ‖ *Carminis Catoniani de moribus reliquias versibus trochaicis septenariis includere conatus est cum EKaercherus philol.* 8, 727 *sqq.;* 9, 184 *sq.;* 412 *sqq., tum Aug. Boeckhius nunt. acad. Berol. menstr. a.* 1854 *p.* 264 *sqq.* (*opusc.* VI 296 *sqq.*), *Sotadeis AFleckeisen Catonianae poesis reliquiae* (*Lips.* 1854; *ab ipso auctore hoc inventum, ut par erat, reprobatum esse testatur HIordan M. Cat. q. e. p.* CIII), *Saturniis Fr. Ritschl poes. Sat. spicil.* (*Bonn.* 1854) *p.* 6 *sqq.* (*opusc.* IV 300 *sqq.*); *utrique adversatur Boeckhius opusc.* VI 316 *sqq., ipse M. Hauptii nactus assensum de carm. buc. Calp. et Nemes. p.* 15 (*opusc.* I 376); *cum Ritschelio, cuius sententia mihi quoque probabilissima videtur, faciunt ORibbeck ann. phil.* 77, 211 *sq.; n. schweiz. Mus.* I 32 *sq.; HIordan l. l.* (*cf. eund. mus. phil.* 14, 261 *sqq.*); *FBücheler* (*Lib.*) *lit. Centralbl.* 1862, 28, 588, *qui fr. Iord.* 3 (§ 6) *versibus illis descriptum proponit; IVahlen act. gymn. Austr. a.* 1869 *p.* 469 *sqq.; Luc. Müller Fr. Ritschl*[2] (*Berol.* 1878) *p.* 161 *sq.; quae omnia cum ad ipsius carminis reliquias instaurandas, non ad Gellii verba recensenda pertineant, commemorasse satis habeo; pedestri sermone carmen illud conceptum fuisse HDuentzerus censebat act. gymn. a.* 1857 *p.* 19 *sqq.* ‖ *Cat. carm. de mor. fr.* 1 *p.* 82 *sq. Iord.* ‖ 8 Avaritiam—vitiosus] *affert Non. l. l.* ‖ Avaritiam] = *Non.:* auarit(c *B*)ia *ZBXOΠN* ‖ putant *libri Noniani ut vid.* ‖ 9 suptuosus *QZ* ‖ vitiosus] = *Non., tamen suspectum; num audendum* vitilitigosus*?* vililigo *et* vitiligator *verba Catoniana esse compertum habemus ex Plin. n. h. praef.* § 30; 32; *sed sane num hoc vitium huc pertineat, dubitari potest:* uinosus *IMeursius* (μ) bilosus *ex 'Scriverii cod.' adnot. g* ‖ invidus *indidem g* intercutitus *Th. Bergk act. antiq. a.* 1855, 37, 293 (*opusc. phil.* I 113, 2) incitus μ ‖ inritus qui] *v. l. ab x allata* (*?* qui *in X sup. lin. add.*) irritus qui *e*)*:* inritus que *QBX* inritusque (*s.* q;) *ZON* irritusque *Π* ‖ (§ 3) 11 ingenui *X pr.* ‖ eligantia *x* elig∗ntia *X* elegantiā *O* ‖ qui nimis] quinis *O pr.* ‖ 12 leto *X pr.* lęto *Π* ‖ (§ 4) 14 moderatissima—erat] *lin.* 16 *post* erat *om. X* ‖

L. Crasso et Q. Scaevolae non meram elegantiam, set multa parsimonia mixtam laudi dedit: Crassus, inquit, erat parcissimus elegantium, Scaevola parcorum elegantissimus.

Praeterea ex eodem libro Catonis haec etiam sparsim 5
et intercise commeminimus: Vestiri, inquit, in foro honeste mos erat, domi quod satis erat. Equos carius quam coquos emebant. Poeticae artis honos non erat. Si quis in ea re studebat aut sese ad convivia adplicabat, 'crassator' vocabatur. Illa quoque ex eodem libro prae- 6
clarae veritatis sententia est: Nam vita, inquit, humana prope uti ferrum est. Si exerceas, conteritur; si non exerceas, tamen robigo interficit. Item homines exercendo videmus conteri; si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit quam exercitio.

QZBXOΠN

15 *Cic. Brut.* § 148 || Q.] que *Z* || sceuola *Q pr.* || multa parsimonia mixtam] *e m*^{a} μ 584, 1 (*cf. adn. sqq. coll. h*^{ra} 15): adulteram parsimonia mixta *parum probabiliter HHagen in Bursian. nunt. ann. a.* 1873 *p.* 1413 || multa] *o:* multam *O rell.* || 16 parsimonia] = *Q ut vid.:* parsimoniam *O pr.* = parsimoniā• (*vid. primum* iæ *corr. fuisse, tum* ā) *q* || mixta *ZBOΠN* || partissimus *ZX* || elegantium parcissimus *Cicero* || 17 elegantium] *om. Π* || partorum *XO pr. Π* || (§ 5) 19 *Cat. carm. de mor. fr.* 2 *p.* 83 *Iord.* || 20 cū- memini m' (– *add. q*) *Q* || phoro *O pr.* coro *X* || 21 domi— non erat] *lin.* 22 *post* erat *om. X* || 22 quoquos *O pr. Π* || 23 qui *x* quid *OΠ pr.* || in ea re] ei re *Luc. Müller Q. Ennius p.* 27 *n.* ** cenare *perverse ARiese mus. phil.* 27, 488 *sqq.* || aut si se σ *S. German.* 643 || conuit(*s.* c)ia *Iac. Gothofredus font. quatuor iur. civ., lib.* III *probat. ad* XII *tab.* VII *in Ev. Ottonis thes. iur. R* III^{2} *p.* 118 *n.* ⁎ *atque ad Theod. Cod.* IV 8 *t.* I *p.* 403 *ed. Ritt.; Guil. Ranchinus var. lect.* I 5; *Casp. Barth advers.* XVII 12 || applicat *B* || 24 crassator] *QZBXOpr.Π, formam certe antiquiorem, servandum esse censui:* grassator *No et in textu q. v. et ad mg.* || (§ 6) ex] *om. B* || 25 uitatis *Q pr.* || *Cat. carm. de mor. fr.* 3 *p.* 83 *Iord.; hinc satis licenter mutatum sumpsit Gualterus Burlaeus cf. praef.* || 26 .] *om. Z* || Si] *libri:* Ferrum si *e* || conteritur— nihil exerceas] *lin.* 28 *post* exerceas *om. Q* || 27 tandem *mg. Gryph. a.* 1537 || robigo] *B:* rubigo || se*|exercendo *X* in exercendo *O* || 28 converti ac conteri *GBurlaeus* || si,hil *spscr.* nil, *B* si nicħ *in mg. b* || 29 exercitatio *n*ς exercit(c *Vat.*)ium σ *Vat.* 3452 *S. Germ.* 643 ||.

[redacted]

III.

Qualis quantaque sit 'pro' particulae varietas; deque exemplis eius varietatis.

1 Quando ab arbitriis negotiisque otium est et motandi corporis gratia aut spatiamur aut vectamur, quaerere nonnumquam aput memet ipsum soleo res eiusmodi, parvas quidem minutasque et hominibus non bene eruditis aspernabiles, sed ad veterum scripta penitus noscenda et ad scientiam linguae Latinae cumprimis necessarias: velut est, quod forte nuper in Praenestino recessu vespertina ambulatione solus ambulans considerabam, qualis quantaque esset particularum quarundam in oratione Latina
2 varietas. Quod genus est praepositio 'pro'. Aliter enim dici videbam 'pontifices pro conlegio decrevisse', aliter 'quempiam testem introductum pro testimonio dixisse', aliter M. Catonem in originum quarto: proelium factum depugnatumque pro castris scripsisse et item in quinto: urbes insulasque omnis pro agro Illyrio esse, aliter etiam dici 'pro aede Castoris', aliter 'pro rostris', aliter 'pro tribunali', aliter 'pro contione' atque aliter 'tribunum plebis pro potestate intercessisse'.
3 Sed has omnes dictiones qui aut omnino similes et pares aut usquequaque diversas existimaret, errare arbitrabar; nam varietatem

---

QZBXOΠN

III: IIII *in lemm. tab. Π* II in *inscr. cap. Q* ‖ (*lemm.*) 2 eius varietatis] = *x:* ei,q; uarietas *X* ‖ 3 uarseatis *QZ* ‖ (§ 1) 4 arbitriis] *N:* arbitris ‖ 5 nectamur *X pr. O pr.* ‖ uectamur quaerere. *Π* ‖ 6 soleores *Z* ‖ 7 beneruditis *X pr.* ‖ 8 poenit' *X* ‖ ad sciendam *ZB* asciendam (d *inter* i *et* e *sup. lin. add. q*) *Q*, *unde* ad scienda *i* ad sciendum λ ‖ 9 p̄‿nesti⁎no *X* praenestina *O pr. Π* ‖ 10 secessu *Fr. Iuretus miscellaneor. ad Symm. ep.* I 2 *ad calcem ed. Symm. Par. a.* 1604 *p.* 10, *g* ‖ ambulans. considerabam qualis *Π* ‖ 11 quanta quae *O pr.* quanta *X* ‖ (§ 2) 13 collectio *B* ‖ quẽ⁎⁎|piã *X* ‖ 14 duxisse *X pr.* ‖ M.] in *Z* ‖ Catonem] *in mg. add. O* ‖ 15 origenū *X pr.* ‖ *Cat. orig.* IV *fr.* 14 *p.* 21 *Iord.; fr.* 91 *p.* 79, *p.* 58 *ed. min. Pet.* ‖ 16 quinto] ut *X* ‖ *Cat. orig.* V *fr.* 8 *p.* 25 *Iord.* (*de N falsus*)*; fr.* 96 *p.* 85, *p.* 61 *ed. min. Pet.* ‖ 17 aṛgro *Q* pago ϛe ‖ illirio *QZBΠ* illyrico *x* ‖ est (ē *B* ē. *Q*) ēē *QZB* ‖ etiam—tribunali aliter] *post* aliter *om. QZB* ‖ aede castris *X* ‖ 19 alit̄ t̄ tribun⁎ū *X* ‖ iter cessisse *Q pr. ZB* ‖ (§ 3) 20 ditiones *O pr.* ‖ 21 diusas *Z* ‖ errare. *Z* ‖ arbitrabar. Varietatem *Q* arbitrabar uarietatem *ZB; non recte videntur hic* nam, *paulo infra* eiusdem *omisisse QZB; ni ita est, possit*

istam eiusdem quidem fontis et capitis, non eiusdem tamen esse finis putabam. Quod profecto facile intelleget, si quis adhibeat 4
ad meditationem suam intentionem et habeat veteris orationis usum atque notitiam celebriorem.

IV.

Quem in modum Q. Ennius versus Euripidi aemulatus sit.

Euripidis versus sunt in Hecuba verbis, sententia, brevitate 1
insignes inlustresque: Hecuba est ad Vlixen dicens: 2

Τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν
Νικᾷ· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
Κἀκ τῶν δοκούντων αὐτός, οὐ ταὐτὸν σθένει.

Hos versus Q. Ennius, cum eam tragoediam verteret, non sane 3
incommode aemulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt:

QZBXOΠN

cogitari de arbitrabar; varietatem enim ‖ 22 eiusdemque quidem *XOΠ* ‖ fortis *ZB* ‖ eiusdem] *om. QZB* ‖ tam *ZB* ‖ (esse) τ ‖ (§ 4) 23 athibeat *B* ‖ 24 suam] summam *IBongarsius test. c* ‖ intentionem] *om. X* ‖ 25 usum—celebriorem] *om. X* ‖

IV: V *in lemm. tab. Π*; III *in inscr. cap. Q* ‖ (*lemm.*) 2 immodum .q. *qx* immodumq; *QX* in modumq; *ZB* ‖ erupidi *XO* euripidis *Π pr.* ‖ erupi(e *Q*)die multatus *QZB* erupedis imitatus *q* ‖ (§ 1) 3 ecuba *Q* haec*uba (t *ut vid.*) *X* ‖ uerbi (*sq.* s) *Q f.* uerborum *IBongarsius teste c* ‖ breuitates *Q* ‖ (§ 2) 4 haecuba *XN* ‖ ulixem *ZB* ulixe *Q* ‖

Eurip. Hec. v. 293 *sqq. Nck.* ‖ GR *Q* ‖ 5 TOAAΞIΩMA *Z* TΩMΞIΩMA *B* ‖ ΔÈ *Vrb.* ‖ κἂν] *om. Z* ‖ κἂν κακῶς] *om. Vrb.* ‖ κακῶς] ς *cum Eur.*: KAKOC *ZBXOΠN* ‖ ΛΕΓΗ *X* ΛΕΓΕΙ *Vrb.* AΕΓΕ *Z* ‖ τὸ σὸν—σθένει] etc. (*in mg.* deē g̃ci una linea) *B* ‖ τὸ] *Eur.*: TON *XOΠN Vrb.* TΩN *Z* ‖ 6 NICA *XΠ* πείσει *et* πείθει *codd. Eur.* ‖ AOΓOC *Z* ‖ EKEAΔOΞOYN|TON *X* ‖ TE *ZOΠN Vrb.* ‖ AΔOΞOYNTON *O Vrb. pr.* π AΔOΞOINTON *Π* AΞOAOYNTTΩN *Z* ‖ ION *X pr.* ‖ 7 Κἀκ] KAI *Vrb. m. alt.* ‖ KAPTON *O* ‖ TΩN. *Z* ‖ AOKYNTΩ|N *X* ‖ αὐτὸς] *Vrb.* ς *cum codd. Eur.*: AYTOC *ZXOΠN* αὑτὸς *RPorsonus, quod apud Euripidem in ord. verborum reciperem* ‖ OYAITONCΘNIEI *Z* ‖ ΘENEI *O* ‖ (§ 3) 8 os (*un. litt. spat. in init. vac. rel.*) *Z* hoc *X pr.* ‖ versus Q.] = *qx:* uersusq; q. *Q* uersusq; *ZBX* ‖ **eā (ex) *O* ‖ trogoediā *O pr.* ‖ 9 incommode *X pr.* ‖ hii *ZXOΠ* ‖ *Enn. Hec. fr.* IV *p.* 117 *V; fr.* IV *p.* 37 *Ribb.*[2] ‖

[redacted]

Haéc tu etsi pervérse dices, fácile Achivos fléxeris:
Nám opulenti cúm locuntur páriter atque ignóbiles,
Eadem dicta eadémque oratio aéqua non aequé valet.

4 Bene, sicuti dixi, Ennius, sed ignobiles tamen et opulenti ἀντὶ ἀδοξούντων καὶ δοκούντων satisfacere sententiae non videntur; nam neque omnes ignobiles ἀδοξοῦσι neque omnes opulenti εὐδοξοῦσιν.

V.

De Pyrronis philosophis quaedam deque Academicis strictim notata, deque inter eos differentia.

1 Quos Pyrronios philosophos vocamus, hi Graeco cognomento
2 'σκεπτικοὶ' appellantur; id ferme significat quasi 'quaesitores' et
3 'consideratores'. Nihil enim decernunt, nihil constituunt, sed in quaerendo semper considerandoque sunt, quidnam sit omnium

---

QZBXOΠN

10 Haec tametsi *X* (*non Z*) || achiuio *litt.* s *in fin. sup. lin. add. Q* || 11 Nam opulenti quum *tacite RPorson ad Eur. Hec. v.* 234: nam cum opulenti *libri* Namque opulenti cum (Nanque *et* quum *alii*) *primum allatum video ap. IScaligerum coniect. in Varr. de l. L.* (*Par.* 1565 *p.* 164), *qui ipse hos versus aliter transfert, tum apud MADelrium et GIVossium* Nam cum opinati *ab Ennio scriptum fuisse censet AAlciatus parerg. iuris* VIII 12 *opp.* II (*Bas.* 1551) *p.* 398 || *f.* opinati σ || loquuntur *ZXOΠN* || atque] et *Π* || 12 eademque] atq; eadem *Π* || oratio] *om. Z* || equa ñ eq̃ *B* || ualdet *X pr.* || (§ 4) 13 dixit *BΠ* || opulenti] *f.* opinati σ || 14 ǴR *Q* || AΔOΞOINTωN *Π pr.* AΔOΞONTON *Z* AΔOΞOΥNTO *O* AΔOΞOΥTON *B* AΔOΞOΥNTα *X* ΔOΞONNTωN (Υ *inter* O *et* N *sup. lin. add.*) *N* || KAΥ *Z* et KAI *X* EIKAI *O* || ΔOKOΥNTON *XOΠ* || 15 *in lac. post* neque *relictam* PHYRY. *inseruit is, qui Graeca scribere solet in X* || ἀδοξοῦσι] *et* ἀδοξοῦσιν ς: *om. Q* GR. *q;* AΔOΞOΥC. *ZBΠN* AΔOΞOΥC *O Vrb.* AΛOΞOΥC *X* || neque—εὐδοξοῦσιν.] ς *nonnulli: om. QZBXOΠN Vrb.* ς ||

V: VI *in lemm. tab. Π*; *in inscr. cap.* IIII *Q, deest nota in X* || (*lemm.*) 2 pyrrhonis *ON* pirrhonis *B* pirehonis *Z* || phi(y *Π*)losophi *ZBXOΠN* || quaedam] *om. Z* quadam *B* || achademicis *XΠ et sic libri passim infra* (acadaemici *B lin.* 34) || notandeq; *Z* || *Ipsum caput sine intervallo cum praecedente cohaeret in X* (*ubi numeri quoque nota deest*) *ON* || (§ 1) 4 P(*s.* p)yrrhonios *e:* pyrronis *X* pyrrhonis *N* pirronis *Q* pirrhonis *Z* phyrronis *BOΠ eaedemque vv. ll. in libris infra* || hii *Z* In *X* || 5 σκεπτικοὶ] ς *nonnulli:* scepticoe *N* scepticae *BO* sceptice *QZXΠ* || (§ 2) fer*me (e) *Q* || (§ 3) 7 quid nã *Q pr. Z* ||

rerum', de quo decerni constituique possit. Ac ne videre quoque 4
plane quicquam neque audire sese putant, sed ita pati adficique,
quasi videant vel audiant, eaque ipsa, quae adfectiones istas in
sese efficiant, qualia et cuiusmodi sint, cunctantur atque insistunt,
omniumque rerum fidem veritatemque mixtis confusisque signis
veri atque falsi ita inprensibilem videri aiunt, ut quisquis homo
est non praeceps neque iudicii sui prodigus, his uti verbis debeat,
quibus auctorem philosophiae istius Pyrronem esse usum tradunt:
'οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκείνως ἢ οὐθετέρως'. Indicia
enim rei cuiusque et sinceras proprietates negant posse nosci et
percipi, idque ipsum docere atque ostendere multis modis conantur.
Super qua re Favorinus quoque subtilissime argutissimeque 5
decem libros composuit, quos Πυρρωνείων τρόπων inscribit.

Vetus autem quaestio et a multis scriptoribus Graecis tractata, 6
an quid et quantum Pyrronios et Academicos philosophos
intersit. Vtrique enim 'σκεπτικοί, ἐφεκτικοί, ἀπορητικοί' dicuntur,
quoniam utrique nihil adfirmant nihilque comprehendi putant. Sed
ex omnibus rebus proinde visa dicunt fieri, quas 'φαντασίας'
appellant, non ut rerum ipsarum natura est, sed ut adfectio animi
corporisve est eorum, ad quos ea visa perveniunt. Itaque omnes 7

QZBXOΠNTY

8 omniumq. *x* ‖ de quo — omniumque rerum] *post* omnium rerum *om. X, in mg. pleraque* (*cf. lin.* 10 *adn.*) *add. x* ‖ (§ 4) Ac ne](. *B*)agne *QZB* cognoscere *q* ‖ uidere. *Q* ‖ qd̄q; *Z* ‖ 9 plaue *B* ‖ 10 audeant *O pr.* ‖ eaque — sint] *om. x* (*cf. lin.* 8) ‖ eaquae *O* ‖ ea ipsa *Q* ‖ 11 et] *om. B* ‖ cuntantur *Zo* cuntanter *O* ‖ 12 uarietatēque *Π* ‖ *(*s.* **) signis *Q* ‖ 13 inprensibilem] *κ*: inpre(p̄ *Q*)sibilem *QZ* īp̄ssibilem *B* in(*s.* ī)pensibilem *XO* (*in mg. iterat o*) *ΠN* insensibilem *g* ‖ ut] *om. X* ‖ quisq; *X* ‖ 14 hiis *Z* ‖ 15 philosophi *XOΠ* ‖ 16 GR *hic et infra Q* ‖ OΥMaΛON *ZBOΠx* OΥΛON *X* ‖ TOaE *X* ‖ HEOIΘETEPωC *X* ‖ Iudicia *Z* ‖ 17 reicuiq; *X* ‖ 18 idq; pip̄m̄ *Z* ‖ (§ 5) 19 subtilissimeque *XO* ‖ argurtissimeque *Z* ‖ 20 quos] *om. QZB* ‖ πυῤῥωνείων *κ*: ΠΥΡΡΩΝΙΩΝ ‖ TPOITω *Z* TΓOITω. *B* ‖ .inscribit autem uetus *Z* ‖ (§ 6) 21 Vetus] Eius *Π* ‖ 22 an quid et] inquit ē & *Q* inquit & *in* inquit ē *corr. O* ‖ filosofos *x* filofos *X* ‖ 23 CKEΠΠKOI *X* CKΠTIKOI *ZB* ‖ EΦEKTIKOΥ *XOΠ* EIKETIKOI *ZB* ‖ aΠOPHTIKOΥ *OΠ* aTIOPHTIKOI *B* aTIOPNTI·K·O·I· *Z* aΠOPHTCKOΥ *X* ‖ 24 quom *N* ‖ putant. Sed] puta **** *X pr.* ‖ 25 ius sa *Z* ‖ fieri dicunt *ZXOΠN* ‖ 26 ut] *om. ZXOΠN* ‖ 27 "eo₇" ē *B* ‖

[redacted]

omnino res, quae sensus hominum movent, 'τῶν πρός τι' esse dicunt. Id verbum significat, nihil esse quicquam, quod ex sese constet nec quod habeat vim propriam et naturam, sed omnia prorsum ad aliquid referri taliaque videri, qualis sit eorum species, dum videntur, qualiaque apud sensus nostros, quo pervenerunt,
8 creantur, non apud sese, unde profecta sunt. Cum haec autem consimiliter tam Pyrronii dicant quam Academici, differre tamen inter sese et propter alia quaedam et vel maxime propterea existimati sunt, quod Academici quidem ipsum illud nihil posse comprehendi, quasi comprehendunt, et nihil posse decerni, quasi decernunt, Pyrronii ne id quidem ullo pacto verum videri dicunt, quod nihil esse verum videtur.

VI.

Quod mulieres Romae per Herculem non iuraverint neque viri per Castorem.

1 In veteribus scriptis neque mulieres Romanae per Herculem
2 deiurant neque viri per Castorem. Sed cur illae non iuraverint Herculem, non obscurum est, nam Herculaneo sacrificio abstinent.
3 Cur autem viri Castorem iurantes non appellaverint, non facile dictu est. Nusquam igitur scriptum invenire est apud idoneos quidem scriptores, aut 'me hercle' feminam dicere, aut 'me castor'

QZBXOΠNTY

(§ 7) 28 res quae] = *x:* res que *X* resq; *ZB* ‖ omnium *XO* ‖ ITPOETI *B* Π proeti *Z* ‖ 29 sigcant *Z* signt *B* ‖ 31 prorsus *Π* ‖ referri *Q* referre. *B* ‖ aliaq; *QZB* ‖ uideri esse *XOΠN* ‖ fit *ON* ‖ "eoꝝ"sit *B* ‖ 33 se secunde *ZB* ‖ (§ 8) 34 cū similiter tam *Q* tū similiter *X* ‖ pyrronis *B* pirronis *Z* ‖ 36 ipsum quid inter achademicos et pyrronios ⁄· nihil posse decerni (⁄· *add. x* comprehendi— nihil posse *in mg. ead.*) *X* ‖ 37 comprehendi—nihil posse] *post* nihil posse *om. O* ‖ comprehendi. que|si *Π* ‖ 38 facto *QZB* ‖ ueterum *X* ‖ uideridicunt *x:* uideridi* (a *ut vid.*) *X* ‖

VI = *X* (*cf. adn. cap. praec.*)*:* VII *in lemm. tab. Π* V *in inscr. cap. Q. Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 erculem *X* ‖ (§ 1) 4 K. *litt. init. ante* in *appinxit X.* K: *Π* K̄. *Franeq.* ‖ 5 deierant *q O m. rec.* ‖ nec *T* ‖ viri] *sup. lin. add. T* ‖ (§ 2) ille non iurauerit *X pr.* ‖ 6 per herculem *Π* ‖ abstinerit *B* ‖ (§ 3) 7 autem ipi uiri *Z* ‖ iuarantes *B* ‖ appellauerunt *Y* ‖ 8 dictu] *N SGerm.* 643 *pr.:* dictum ‖ 9 "scriptores "quidem *Z* ‖ hercule (*sup. lin. add.*) *X* ‖ me* (a) *X* ‖ '*mecastor. Imo ap. Plautum sc. ult. Asinar. Argyrippus* [*immo Artemona v.* 869; 880; 896; 898 (*ibid. Philaenium*); 936 *G.-L.*] *utitur Ecastor.*' σ ‖

virum. 'Edepol' autem, quod iusiurandum per Pollucem est, et 4
viro et feminae commune est. Sed M. Varro adseverat, anti- 5
quissimos viros neque per Castorem neque per Pollucem deiurare
solitos, sed id iusiurandum fuisse tantum feminarum ex initiis
Eleusinis acceptum; paulatim tamen inscitia antiquitatis viros 6
dicere 'edepol' coepisse factumque esse ita dicendi morem, sed
'me castor' a viro dici, in nullo vetere scripto inveniri.

VII.

Verbis antiquissimis relictisque iam et desitis minime utendum.

Verbis uti aut nimis obsoletis exculcatisque aut insolentibus 1
novitatisque durae et inlepidae, par esse delictum videtur. Sed
molestius equidem culpatiusque esse arbitror, verba nova, incognita,
inaudita dicere quam involgata et sordentia. Nova autem videri 2
dico etiam ea, quae sunt inusitata et desita, etsi sunt vetusta.
Est adeo id vitium plerumque serae eruditionis, quam Graeci 3
'ὀψιμαθίαν' appellant, ut quod numquam didiceris, diu ignoraveris,

---

QZBXOΠNTY

10 ui|uirum *Π* ‖ (§ 4) ep̣depol *B* ‖ ius iurandum *T* iurandum (ius *sup. lin. add.*) *X* ‖ 11 conuenit (*sup. lin. add.* I commune est) *T* ‖ (§ 5) uarra *B pr.* ‖ *Varr. op. inc. fr. p.* 375 *Bip.; ad libros de vita p. R. aut de gente p. R. pertinere indicavit m*[a]*; huc ducit, quod ad vocc.* ex initiis Eleusinis *adscripsit* 'quid ex quaque gente traxerint' ,*quae fere verba Serv. ad Aen.* VII 176 *ad librorum de gente p. R. argumentum illustrandum adhibet* ‖ atseuerat *Z* adsueuerat *Y* assueuerat *T* 12 deierare *q* ‖ 13 solito (. *B*) s; id *ZB* ‖ ius iurandum *T* ‖ fuisset *TY* ‖ initiịs *O* ‖ 14 eleusiniis *NTYxo* eleusini∗s (a) *X* eleus in his *ZB* eneusiniis *O pr. Π* ‖ (§ 6) tamen] cum *Z* ‖ inscit∗∗ *X pr.* inschitia *Π* in scythia ς *unus* ‖ 15 eṣdepol *B* ‖ 16 me∗ (a) *X* ‖ ueteri *t* uetere *Y* uete uetere *O* ‖ scripta *TY* ‖

VII: VI *in lemm. tab. Π*, *Q in inscr. cap. Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 que] *om. Π* ‖ uttendum *X* ‖ (§ 1) 3 ∗∗mis *X pr.* ‖ exculcatisq̃. *Q pr.* excultatisq. *T pr.* ‖ 4 durae] ducere *X* dicere *x* ‖ pares se *Z* ‖ 5 ẹquidem *Π* ‖ nova] no| *Z* ‖ cognita *Q pr.* ‖ (§ 2) 6 Nouit *X pr.* ‖ 7 desita] sita *B pr.* desitata *T* desitatā *Y* desita tū *y* ‖ tametsi *XOΠN* ‖ sint *Z* ‖ (§ 3) 8 id] hic *Π* ‖ saerae *N* ‖ quam—appellant] *om. TY* ‖ 9 G'R *Q* ΟΨΙΜΑΘΙᾹ *B* ΟΨΙΜΑΘΙΑΜ *XOΠ* ΟΓΙΜΑΘΙᾹ. *Z* ‖ apellant *Q pr.* ‖ n̄c quam *Y* nonnunq *T* antequam *ICasaubonus ad Theophr. char. c.* 27 *p.* 237 *Fisch.* ‖ diceris *ZB* ‖

cum id scire aliquando coeperis, magni facias quo in loco cumque et quacumque in re dicere. Veluti Romae, nobis praesentibus, vetus celebratusque homo in causis, sed repentina et quasi tumultuaria doctrina praeditus, cum apud praefectum urbi verba faceret et dicere vellet, inopi quendam miseroque victu vivere et furfureum panem esitare vinumque eructum et fetidum potare, 'hic', inquit,
4 'eques Romanus apludam edit et flocces bibit'. Aspexerunt omnes, qui aderant, alius alium, primo tristiores turbato et requirente voltu, quidnam illud utriusque verbi foret; post deinde, quasi nescio
5 quid Tusce aut Gallice dixisset, universi riserunt. Legerat autem ille, 'apludam' veteres rusticos frumenti furfurem dixisse idque a Plauto in comoedia, si ea Plauti est, quae Astraba inscripta
6 est, positum esse. Item 'flocces' audierat prisca voce significare vini faecem e vinaceis expressam, sicuti fraces oleis, idque aput Caecilium in Polumenis legerat, eaque sibi duo verba ad orationum ornamenta servaverat.

QZBXOΠNTY

10 "ceperis"aliq̄n *B* ‖ cȩperis aliquando magni facies. quo *T* ‖ magnifacias *ZO* magnificias *X* magnifacies *Y* magni facies *y* ‖ 12 caelebratusque *X* ‖ sed] sub *Z* ‖ quaẹ|si *O* ‖ 13 pfectum *Z* ‖ urbis *QY m.rec.* ‖ 14 inopiạ *O* ‖ cuidā *T* ‖ furfurreum *X* ‖ 15 *anem *X pr.* ‖ ⊦esitare *T* esictare *Y* ‖ fȩtidum *ΠNT* foetidum *X* ‖ putare *X pr.* portare *Z* ‖ 16 apludam edit] ***n in mg.***, *e:* aplude edit *Q* apludae d̄d̄ *B* apluda edauit *Πx* ap(pp φ)ludedauit σ apludaed- (d *ex* r *ut vid. corr. Z*)auit *ZN* apludaẹ dauit *O* apludạ***aui* *X* ‖ apludeda uitet. *Y* apludaeda uitet *T* ‖ (§ 4) 17 primū *Z* ‖ tristiciores *T* ‖ tristiores esturbato *B* ‖ et tuṙbato et *Z* ‖ 18 quid nā *Z* ‖ uerbis *Ty* ‖ f*oret *Q* ‖ Post inde *X* ‖ nestio *T* ‖ 19 tuscȩ *Y* gallicȩ *X* galliȩ *Y* ‖ uniuersi* *Q* ‖ risere *Y* ‖ (§ 5) 20 ille] *om. T* ‖ apludam] apud 7̄ (*i. e.* etiam) *Q* ‖ frumenti] *om. B* ‖ furfure** (um) *Q pr.* furfurū (*spscr.* ē) *O* ‖ 21 a*(c *Q*) plauto *QX* ‖ *Plauti* (*Clitellar. s.*) *Astrab. fr.* 6 *p.* 433 *Both.* (*ed. Plaut. a.* 1821); *fr.* V *p.* 195 *sq. Ritsch.* (*opusc.* III); *G. adhibuit Non. p.* 69, 31 *M. s. v.* apludas (*h ann. ph.* 85, 716; 724; *Ritschelius l. l.*) ‖ (§ 6) 22 significari *QZB* ‖ 23 fȩce me *T pr.* fece me *ZB pr.* fecē me *Q* fecȩm e *t* fecȩmẹ e *o* ‖ uini. (*lin. dim. vac. rel.*) *Z* uini *QB* ‖ exp̄sam *B* ‖ flaces *N* ‖ fracesoleis *Q* frace soleis *TB* ‖ *cf. Caecil. fr. ap. Non. s. v.* floces (*sic libri*) *p.* 114, 16 *M. h. l. Gellio non usum* (*cf. ann. ph.* 85, 724, 20): *Polum.* (*cf. Falster am. ph.* III 276) *fr. p.* 67 (*v.* 190) *Ribb.*[2] ‖ 24 polymenis *OΠ* ‖ sibi] si id *TY* .sic" *Y m. rec. sup. lin.* ‖ 25 ornam̄***ta (tum) *X* ‖ seruauera aliter *Z* ‖

Alter quoque a lectionibus id genus paucis apirocalus, cum 7
adversarius causam differri postularet: 'rogo, praetor', inquit,
'subveni, succurre! quonam usque nos bovinator hic demoratur?'
atque id voce magna ter quaterve inclamavit: 'bovinator est'.
Commurmuratio fieri coepta est a plerisque, qui aderant, quasi 8
monstrum verbi admirantibus. At ille iactans et gestiens: 'non 9
enim Lucilium', inquit, 'legistis, qui tergiversatorem 'bovinatorem'
dicit?' Est autem in Lucili XI. versus hic: 10

Si tricosus bovinatorque ore improbus duro.

VIII.

Quid senserit dixeritque M. Cato de Albino, qui homo Romanus Graeca oratione res Romanas, venia sibi ante eius imperitiae petita, composuit.

Iuste venusteque admodum reprehendisse dicitur Aulum 1
Albinum M. Cato. Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, 2

QZBXOΠNTY

(§ 7) 26 apiro calus *QX* ἀπειρόκαλος *e* ‖ 27 aduersariis *ZΠ* ‖ deferri *Z* ‖ p̄cor *X* ‖ 28 surcurre *Z* ‖ q̃m *ZX* ‖ hic—bovinator] *post* bovinator *om. QZB* ‖ demorator *X pr.* ‖ 29 id nos uoce *TY* ‖ quaterque *QZB* quaterne *ON* quater ne *T* ‖ bouinator. ē. *O* bouinatorē *Π* ‖ est commurmuratio *Z* ‖ (§ 8) 30 Cum murmuratio *Π* Tum murmuratio *X* cōmurratio *Y* ‖ quaesi *O* ‖ (§ 9) 31 ille] *in mg. add. n* ‖ 32 inquid *Q* ‖ tgiuisatorē *Z* tergium satorē *T* ‖ (§ 10) 33 lucilii *XΠ* lucilio *QZBTY* ‖ XI] *om. QZBX* ‖ *Lucil. sat. lib.* XI *fr.* XVI *p.* 58 *LM.*, *v.* 350 *p.* 40 *L.; G. adhibuit Non. s. v.* bouina(uia *libri*)tores *p.* 79, 25 *M. cf. ann. ph.* 85, 716; *ad Lucilii hunc versum praeterea pertinet* (*cf. G. Loewe mus. phil.* 31, 72; *prodr. corp. gloss. Lat. p.* 318 (*coll. p.* 317 *sqq.*) *gloss. Placidi p.* 13, 6 *D.* bovinator, tricosus et inconstans ‖ hic 'si tricosu' *CLachmann* (*cf. CDziatzko mus. phil.* 33, 98, 3): .(*s.* :) hic sitricosus (sit ricosus *Par.* 7667) *codd. Non.* hic stricosus *BO* (. hic stricosus *ut vid.* o, *qui* 'Est tricosus. stricosus, *& prior vox abest*') hic (.hic *QXΠ*) stri(i *sup. lin. add. z*)chosus(. *N*) *QZXΠN* histrichosus *Y* hystrichosus *T* :Hic st tricosu' *IMercier not. ad Non. l. l.* (*GLoewe prodr. l. l.; EFischer de vocibus Luc. sel. capp. Hal.* 1881 *p.* 54) :Hic tricosu' *Fr. Dousa:* hice stricosus *LMüller fort.* hic: Sit tricosus *CDziatzko nuper* ‖ : Hicce strigosu' *IIScaliger* ‖ 34 bouiatorque *libri Non.* ‖ ore] *om. Z* ‖ impbis *Q* ‖

VIII *cum cap. praec. sine num. nota coniunctum in Q,* IX *in lemm. tab. Π. Exstat in TY; exscripsit Macrob. Sat. lib.* I *praef.* § 13 *sqq.* ‖ (*lemm.*) 2 Quod *BΠ* ‖ que] *om. Q* ‖ Albino] *N:* aluino ‖ gregca *X* ‖ (§ 1) 4 uenustiq; *X pr.* ‖ rep̄ndisse *Y* ‖ 5 M.] M *T* ‖ cato albinus *TY* ‖ (§ 2) locullo *Y* ‖

3 res Romanas oratione Graeca scriptitavit. In eius historiae principio scriptum est ad hanc sententiam: neminem suscensere sibi convenire, si quid in his libris parum composite aut minus eleganter scriptum foret; 'nam sum', inquit, 'homo Romanus, natus in Latio; Graeca oratio a nobis alienissima est', ideoque veniam gratiamque malae existimationis, si quid esset erratum, postulavit.
4 Eam cum legisset M. Cato: 'Ne tu', inquit, 'Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam petere veniam solemus, aut cum inprudentes erravimus aut cum compulsi peccavimus. Tibi', inquit, 'oro te, quis perpulit, ut id committeres,
5 quod, priusquam faceres, peteres, ut ignosceretur?' Scriptum hoc est in libro Corneli Nepotis de inlustribus viris XIII.

IX.

Historia de legatis Mileti ac Demosthene rhetore, in libris Critolai reperta.

1 Critolaus scripsit, legatos Mileto publicae rei causa venisse

---

QZBXOΠNTY

6 orationeș *Z* || scribtitauit. *O* scrititauit *X pr.* scripti(i *ex* a *corr. in ras. Z*)tacuit.(. *om. B*) *ZB* || (§ 3) *A. Postumii Albini Graecor. ann. fr.* 1 *p.* 49, *p.* 38 *ed. min. Pet.* || 7 principio] primo *Macr.* || est] = ē *sup. lin. add. o* || sentnciā *Q* || su*censere *X* succensere *QBTYx*, *Macr. P* || 8 quid] = *x:* quis *X* || in illis *Macr.* || 9 scriptum] = *Macr.:* tum (*ex sq.* scriptum *praeceptum, ut iam nunc arbitror*) scriptum *QZB* (*hᵉ*) conscriptum *coni. Halmius l. ad lin.* 17 *l.* || Romanus] romanus roma *Q* roma romanus *Zb* || natus lacio *Q* natu|silacio *B* || 10 et eloquium Graecum a nobis est alienissimum *Macr.* || 11 erraticū *Z* || postulauit eam *ZB* || (§ 4) 12 Ea *Halmius*, μ 584, 1 *cum Macr. fort. recte cf. tamen hᵛᵃ* 11, 19 || catone tu *ZY* || Ne] *om. T* || aulę *T* || 13 culpa] = *q:* culpam *Q* || uacare⁎ (t) *X* || 14 aut cum noxam imperio compellentis (tes *B pr.*) admisimus. te, inquit, oro quis *Macr.* || cum] *om. X* || 15 pec**cauimus *X* || Tibi] Te *Gryph. a.* 1537 Te vi τ || orote *x* or*te *X* || ꝑtulit ⁎ut (a) *X* || id] *om. Macr. P* || 16 quod] quam *T* || (§ 5) *deest ap. Macr.* || est hoc *T ex sil.* || 17 Corneli] *ZB:* cornelii || *Corn. Nep. e libris de ill. vir. fr.* 28 *p.* 182 *Roth.; fr.* 27 *p.* 122 *Halm; fr.* 15 *p.* 221 *HPeter HRF ed. min.* || inlis|trib; *X* || viris] *Π* = c° (*i. e. corr.*) uiris *n in mg.*: libris *QZBXONTYπ sup. lin.* σ || XIII.] *Nσ cod. Torn.* XIII. *O* .XIII. *Π:* .XIIII. *X* (*HRosenhauer philol. Anz. a.* 1883 *p.* 737) *recte fort.; om. QZBTY; f.* XII *CNipperdey praef. ad Corn. Nep. ed. a.* 1849 *p.* XIX (XXII *ed. Lup.*) *cf. GFUnger d. sogen. Corn. Nepos p.* 13 *sqq.*

IX: X *in lemm. tab. Π;* VII *Q* XVIIII. *Z in inscr. cap. Exstat in TY;* § 2 *adhibuit Io. Sarisb. Policr.* V 10 *p.* 302 *G.* || (*lemm.*) 2 dele-

Athenas, fortasse an dixerit auxilii petendi gratia. Tum qui pro sese verba facerent quos visum erat advocavisse, advocatos, uti erat mandatum, verba pro Milesiis ad populum fecisse, Demosthenen Milesiorum postulatis acriter respondisse, neque Milesios auxilio dignos neque ex republica id esse contendisse. Rem in posterum diem prolatam. Legatos ad Demosthenen venisse magnoque opere orasse, uti contra ne diceret; eum pecuniam petivisse et quantam petiverat abstulisse. Postridie, cum res agi denuo coepta esset, Demosthenen, lana multa collum cervicesque circumvolutum, ad populum prodisse et dixisse, se synanchen pati, eo contra Milesios loqui non quire. Tum e populo unum exclamasse, non 'synanchen', quod Demosthenes pateretur, sed argyranchen esse.

QZBXOΠNTY

gatis *x* delegatus *X* ‖ Mileti ac] τ: milesia *QZBXO* milesi,â *N* Milesii a *Π* Mileti et *edd.* Milesiis et μ 585 *n. inter 'certas aliorum emendationes'; nescio unde* Milesia ac *h*[c]*; praeferrem nunc* Milesis ac *aut* Milesiae (*cf. Apul. met.* IV 32 *extr.*) ac *s.* et ‖ *In* libris *expl. hoc lemma in QZB, ubi* libris. ·x· Critolai reperta quod *etc.* (*v. init. lemm. sq.*) ‖ scrito KaI reperat *X* ‖ (§ 1) 3 Cri∗tolaus *X* Critholaus *QZb* Chritolaus *T* ‖ *Critolai fr. FHGr.* IV 373 *CM.; cf. AWestermann in Pauli RE* II 764; *EZeller Philos. d. Gr.* II 2^3 *p.* 930, 2, *quocum ad Critolaum Peripateticum haec pertinere arbitror* ‖ legittos *X pr.* ‖ mileco *ZB* ‖ 4 *num* (fortasse—gratia) *? ut propter verba* auxilio dignos *lin.* 8 *haec addita sint ?* ‖ fortasse an dixerit] '*In antiquo lib. desunt haec tria verba:* fortasse an dixerit' *primum invenio in ed. Colon. ap. Io. Gymnicum a.* 1541 *nec dubito, quin eadem adscribantur in priore Gymnici ed. a.* 1537 (*ex Basil. ed. ap. Henr. Petri, quae anno* 1565 *adsignatur, affert Thysius*) fortasse andixerit *OY* ‖ (dixerit) *IScaliger not. ad Varr. de r. r. p.* 240 *ed. Amst. a.* 1623 *ILipsius elect.* I 21 ‖ pretendi *Z* ‖ 5 quos] quo *Z* ‖ ut ierat *T* ‖ 6 *accus. in* –en *et h. l. et lin.* 9 *et lin.* 12, *ipsum Demosthenis nomen varie corrumpentes praebent libri fere omnes* demostene *X pr.* ‖ 7 postulantis *Z* ‖ respondidisse *QZB* ‖ 8 auxilio∗ *X* ‖ 9 prolatū *TY* ‖ leg∗tos *X* ‖ addemostenen *X* ‖ demosthenē *B* ‖ 10 uti ∗ contra (c *ut vid.*) *X* utiɔtra *q* uteɔtra *Q* ‖ 11 quanta *Y* ‖ post pridie (pridiae *X* pridriae *Z*) *QZBXOΠ* ‖ tum res,agide‿nuo *X* ‖ res] *om. B* ‖ ag∗∗∗∗uo *T pr.* ‖ 12 lanū *ZB* multā *B* ‖ cer ui∗cesq. (s *?*) *X* ‖ 13 circunuolutum *N* ‖ 14 sinanchen *QY* συνάγχην ς *aliquot* ‖ eo contra—synanchen] *om. B* ‖ milisios *q* ‖ loqui∗|unquire (*una litt. eras. in mg.;* un *in ras. pr. ut vid.*) *Q* ‖ Tum—pateretur] *om. O, in mg. add. o* ‖ populū *ZX pr.* ‖ 15 sinanchen *QZXΠ* synansen (q *inter* s *et* y *spscr.*) *B* συνάγχην ς *aliquot* ‖ quod] pati (*ex lin. praec. repet. post* synanchen) quod *Z et sic certe Q pr. in ras.* ‖

2 Ipse etiam **Demosthenes**, ut idem **Critolaus** refert, non id postea concelavit, quin gloriae quoque hoc sibi adsignavit. Nam cum interrogasset Aristodemum, actorem fabularum, quantum mercedis, uti ageret, accepisset, et Aristodemus talentum respondisset: 'at ego plus', inquit, 'accepi, ut tacerem'.

X.

Quod C. Gracchus in oratione sua historiam supra scriptam Demadi rhetori, non Demostheni, adtribuit; verbaque ipsius C. Gracchi relata.

1 Quod in capite superiore a **Critolao** scriptum esse diximus super **Demosthene**, id **C. Gracchus in oratione**, **qua legem**
2 **Aufeiam dissuasit**, in **Demaden** contulit verbis hisce: **Nam vos, Quirites, si velitis sapientia atque virtute uti, etsi quaeritis, neminem nostrum invenietis sine pretio huc prodire. Omnes nos, qui verba facimus, aliquid petimus, neque ullius rei causa quisquam ad vos prodit,**
3 **dit, nisi ut aliquid auferat. Ego ipse, qui aput vos verba facio, uti vectigalia vestra augeatis, quo facilius**

QZBXOΠNTY

16 sedarcyrenchen *B* se *sq. lin. fere dim. vac. Z* ‖ archiranchen *XOΠ* arcyrechen *Q* ἀργυράγχην ς *aliquot* ‖ (§ 2) 17 demostenesi *Z* ‖ critholaus *QB* chritolaus *T* ‖ refer∗t (e) *Q* refer *Y* ‖ 18 ho *Q pr.* ‖ 19 auctorem *XΠ* ‖ quanto *BZ* ‖ 20 a$\underset{.}{u}$geret *X* ‖ arisdemus *X pr.* ‖ 21 at ego] ac lego *ZB pr.* ‖ plusi$\overset{i}{q}$d *B* plus in$\overset{i}{q}$d *b* inquit plus *Π* ‖

X = *Z* (*cf. init. c.* IX): XI *in lemm. Π* VIII *in cap. inscr. Q* ‖ (*lemm.*) 2 c$\overset{a}{g}$cchus *Z* cegracchus *QB* ‖ suprascriptam *Π* ‖ 3 que] *om. B* ‖ c$\overset{a}{g}$cchi *Z* c. gracci *B* e$\overset{a}{g}$chi *Q* ‖ (§ 1) 4 superiori *B pr.* ‖ critolaio *N* critelao *ZB* ‖ 5 C.] ∗ *Q* .G. *sup. lin. q* cum *Z* ‖ grachus *X* ‖ qua legem] quadē *X* quadā *x* ‖ 6 Aufeiam] *mutare nolui coll.* Aufeia aqua *ap. Plin. n. h.* XXXI § 41 *cf. etiam HMeyer* ORF^2 *p.* 241 (*neutro loco* s *s.* x *litt. praecedit, quod mutationem in* Saufeiam *sane probabiliorem redderet cf. ll. Ciceronianos a Fr. Buechelero mus. phil.* 11, 535 *tractatos*)*:* aufegam *X pr. O pr. Π* auferā *Q pr.* ‖ *C. Gracchi or., qua leg. Auf. dissuadet fr. p.* 242 *HM.*[2] ‖ his cenā *Q* ‖ (§ 2) 7 siue litis *X* ‖ utier, si μ *prob. HHagen in Bursian. nunt. ann. a.* 1873 *p.* 1416, *at cf.* h^{ra} 65 ‖ 8 quaeretis *?* μ ‖ 9 .huc prodire oẽs *ZB* ‖ (§ 3) 11 nos *Z* ‖ 12 qua *X pr.* ‖

vestra commoda et rempublicam administrare possitis,
non gratis prodeo; verum peto a vobis non pecuniam,
sed bonam existimationem atque honorem. Qui pro- 4
deunt dissuasuri, ne hanc legem accipiatis, petunt
non honorem a vobis, verum a Nicomede pecuniam.
Qui suadent, ut accipiatis, hi quoque petunt non a
vobis bonam existimationem, verum a Mitridate rei
familiari suae pretium et praemium. Qui autem ex
eodem loco atque ordine tacent, hi vel acerrimi sunt,
nam ab omnibus pretium accipiunt et omnis fallunt.
Vos, cum putatis, eos ab his rebus remotos esse, in- 5
pertitis bonam existimationem; legationes autem a 6
regibus, cum putant eos sua causa reticere, sumptus
atque pecunias maximas praebent, item uti in terra
Graecia, quo in tempore Graecus tragoedus gloriae
sibi ducebat, talentum magnum ob unam fabulam datum
esse, homo eloquentissimus civitatis suae Demades ei
respondisse dicitur: 'Mirum tibi videtur, si tu loquendo
talentum quaesisti? ego, ut tacerem, decem talenta a

QZBXOΠN

13 rem *O* .p. *sup. lin. add. o* ‖ 15 atque] = *N mg.*: & *N* ‖ (§ 4) 16 dissua*suri (s) *X* dissusuri *Z* ‖ suscipiatis *Π* ‖ 17 nichomede *Π* ‖ 18 hii *ZΠ* ‖ 19 amitridater,ei *B* ‖ Mitridate] *sic nomen scriptum CIL* I *n.* 204 (*l. Ant. de Therm.*) I 30; II I: mitridatte *x* Mithridate *ON* (= *CIL* I *elog.* XXXIV *p.* 292) ‖ Mitridate rei] = *q*: mitridate ei *Q* mit(*lac.* 7 *litt. rel.*)ei *Z* ‖ 20 familiari] μ: familiaris (*sequitur* s *litt.*) ‖ 21 tacent] ς *e g cf. v. l.* XVII 9, 4: placent *QZBXOΠN* p(*i. e.* per)tacent *i*; *possit aliquis de* plane tacent *cogitare* ‖ hii *ZΠ* ‖ sacerrimi *ingeniose IBernays coll. Plaut. most.* IV 2, 67 *v.* 983 *R.* (*add. Poen. prol.* 89; *Rud.* I 2, 69 *v.* 158 *Fl.*; *Turpil. Lind. fr.* I *p.* 101 *Ribb.*[a] *cf. ind. p.* 458[a]) ‖ 22 nam] non *Z* = ñ *Q* ‖ p̄mium *Π* ‖ oēs *Q* ‖ fallunt uos *ZB* fallunt uos. *Q* ‖ (§ 5) 23 Vos computatis *XOΠ* ‖ ad *Q* ‖ hiis *Z* ‖ in(*s.* im *s.* ī)peritis *Q pr.ZBΠ* ‖ (§ 6) 24 a] *sup. lin. add. x* ‖ 25 cum putant] cōputant *BXO pr. Π* ‖ ạcusa *Z* arusa *B* ‖ causare ticere *Q pr.* ‖ reicere *Π* ‖ suptus *Q pr. Z* ‖ 26 ad quem *O pr.* .ad quē *Π* ‖ maxima *X pr.* ‖ item] *om. XOΠN* ‖ (. σ) uti ut in *OΠN*σ uti** in (ut, *ut vid.*,) *X* ‖ '*fortassis* uti tum' *ECAOtho* ‖ 27 Graecus] *om. XOΠN* ‖ tragedus *BΠ* traguedus *Q* traugedus *Z* ‖ 29 suie *X* ‖ 31 quesiti *X* adquesisti *x* ‖

rege accepi'. Idem nunc isti pretia maxima ob tacendum accipiunt.

XI.

Verba P. Nigidii, quibus differre dicit 'mentiri' et 'mendacium dicere'.

1 Verba sunt ipsa haec P. Nigidii, hominis in studiis bonarum artium praecellentis, quem M. Cicero ingenii doctrinarumque nomine summe reveritus est: Inter mendacium dicere et mentiri distat. Qui mentitur, ipse non fallitur, alterum fallere conatur; qui mendacium dicit, ipse
2 fallitur. Item hoc addidit: Qui mentitur, inquit, fallit, quantum in se est; at qui mendacium dicit, ipse non
3 fallit, quantum in se est. Item hoc quoque super eadem re dicit: Vir bonus, inquit, praestare debet, ne mentiatur, prudens, ne mendacium dicat; alterum incidit in homi-
4 nem, alterum non. Varie me hercule et lepide Nigidius tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret, disparavit.

XII.

Quod Chrysippus philosophus omne verbum ambiguum dubiumque esse dicit, Diodorus contra nullum verbum ambiguum esse putat.

1 Chrysippus ait, omne verbum ambiguum natura esse,

QZBXOΠNTY

32 acepi *B* || .Idem] idem *B* || maxima] magna *Z* || ob ta∗∗cendum *X* ||

XI: XII *in lemm. tab. Π,* IX *in cap. inscr. Q. Exstat in TY*; § 1—3 *nonnullis mutatis et disiectis adhibuit Non. s. v.* mentiri et mendacium dicere *p.* 441, 14 *M. cf. ann. phil.* 85, 779; *eadem fere apud Wibaldum leguntur saec. XII cf. praef.* || (*lemm.*) 2 pnigidii *q* punicidii *ZB* punitidii *Q* || m̃tire *X pr.* || (§ 1) he *Q. pr.* || pnigidii *Q* || p; nigidigi choĩs *B pr.* || 4 artium] *om. QZB* || p̄cellent∗is (i *ut vid.*) *X*; praecellentissimus *apud Non. dicitur* || quem] *om TY* || 5 sūme|ueritus *Z* summe ueritatis *B* || *Nigidiana haec in unum fragm. inter inc., sed ad comm. gramm. referenda congessit IRutgersius var. lect.* III 16 *p.* 269 || 8 fallitur] falsus *Non.* || 9 aut *O pr.* || at qui—quantum in se est] *post* quantum in se est *om. Q ς part.* || dicitur *X pr. T pr.* || ipse] in se *Z* || (§ 3) 10 supra *TY* || ṛe] *om. B* || 11 inquit] *om. B* || 12 prudenne *Z* || hominē. alterū non uarie *T* || (§ 4) 13 mehercule *OΠY* || hecule *B* || 13 pnigidius *Q* || 14 *alterum* aliud] *om. Z* ||

XII: *num.* XII *una cum litt. lemm. init.* q *eras. in Q,* XIII *in tab. lemm. Π;* X *in inscr. cap. Q. Exstat in TY* || (§ 1) 4 *Ad Chrysippi* π. ἀμφιβολιῶν *libros cum Thysio refert Baguetus de Chrys. vita etc. p.* 254 || aut *X pr.* ||

quoniam ex eodem duo vel plura accipi possunt. **Diodorus** 2
autem, cui **Crono** cognomentum fuit: 'nullum', inquit 'verbum
est ambiguum, nec quisquam ambiguum dicit aut sentit, nec aliud
dici videri debet, quam quod se dicere sentit is, qui dicit. At 3
cum ego', inquit, 'aliud sensi, tu aliud accepisti, obscure magis
dictum videri potest quam ambigue: ambigui enim verbi natura
illa esse debuit, ut qui id diceret, duo vel plura diceret; nemo
autem duo vel plura dicit, qui se sensit unum dicere'.

XIII.

Quid Titus Castricius de verbis deque sententia quadam C. Gracchi existimarit; quodque esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit.

Apud **Titum Castricium**, disciplinae rhetoricae doctorem, 1
gravi atque firmo iudicio virum, legebatur oratio **C. Gracchi in
P. Popilium**. In eius orationis principio conlocata verba sunt 2
accuratius modulatiusque quam veterum oratorum consuetudo fert.
Ea verba, sicuti dixi, conposita haec sunt: Quae vos cupide 3
per hosce annos adpetistis atque voluistis, ea si
temere repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim

QZBXOΠNTY

5 quoniam] q̄n (*i. e.* quando) *f.* σ ‖ acipi *B pr.* ‖ possent *X* ‖ § 2 dyodorus *T* ‖ 6 cirono *QZB* chrono *T* ‖ 7 nequisquam *ZX* nec quiquam *B* ‖ nec quisquam ambiguum] *om. Q., in mg. add. q* ‖ 8 videri] = *X*: ueri *x* ‖ *inter* se *et* dicere *sup. lin.* eum *add. b* ‖ sentit. is *Z* sentit *B* sentitur *T* ‖ dicitat *Z* ‖ (§ 3) g̊ (*i. e.* ergo) *B* ‖ 9 sensi, tu] sensisti *QBz* sensistis *Z* ‖ 10 dictum] *om. T* ‖ uide X *pr.* ‖ ambigue **** (*s.* *****) *X* ‖ uerba *X pr.* ‖ 11 qui id] quid *QXO pr. N* qui *x* ‖ 12 dicit] = dic̄. *sup. lin. x*: **X* ‖ se] *om. B* ‖ sensit *Y ex sil., Vat.* 3452, *S. Germ.* 643 *ϛe vg.* ‖

XIII: XII *tum ante* Quodq; essc (*lin.* 3) XIII *Q* XIII *Π* in *lemm. tab.*, XI *in inscr. cap. Q; num. ibi om. B* ‖ (*lemm.*) 2 tytns *XΠ* titius *Z* T.*N* ‖ castritius *Z* ‖ cgracchi *Z* ‖ grachi *Q* gracci *B et similiter, ut assolet, erratum est in sqq.* ‖ 3 existimari *Z* ‖ (§ 1) 4 T. *N* ‖ rhecoricae *X pr.* ‖ 5** | iuditio (iu) *X* ‖ C.] * (e, *ut vid.*) *Q* .G.*sup. lin. q* ‖ *C. Gracchi or. in P. Popillium Laenatem pro rostris fr. p.* 238 *sq. HM²* ‖ 6 P.] *om. QZB* ‖ Popilium] *cf.* I 7, 7 *adn.* ‖ (§ 2) colocata *o* collata *Q* ‖ 7 *quam *X* ‖ oratorū *X* ‖ (§ 3) 8 cōposita. Hec *B* ‖ nos *Z* ‖ 9 'osce *X* ‖ hosce ann (nosse ia *sup.*) appetitistis *B* ‖ apetistis *Q pr.* ‖ 10 temere] *a Graccho scriptum non esse censet HStephanus spec. em.* p. 159; *ep. ad Io. Wlcobium p.* 8 ‖ pudiaritis (re *post* temere *om.*) *X* repudiaretis *x* ‖

cupide adpetisse aut nunc temere repudiasse dicamini.

4 Cursus igitur hic et sonus rotundae volubilisque sententiae eximie nos et unice delectabat, tanto id magis, quod iam tunc C. Graccho, viro inlustri et severo, eiusmodi compositionem
5 fuisse cordi videbamus. Sed enim, cum eadem ipsa verba saepius petentibus nobis lectitarentur, admoniti a Castricio sumus, ut consideraremus, quae vis quodve emolumentum eius sententiae foret, neque pateremur, ut aures nostrae cadentis apte orationis modis eblanditae animum quoque nobis voluptate inani perfunderent.

Cumque nos admonitione ista adtentiores fecisset: 'inspicite', inquit, 'penitus, quid efficiant verba haec, dicatque mihi, quaeso, aliqui vestrum, an sit ulla huiusce sententiae gravitas aut gratia: Quae vos cupide per hosce annos adpetistis atque voluistis, ea si temere repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupide adpetisse aut nunc temere re-
6 pudiasse dicamini. Cui enim omnium hominum in mentem non venit, id profecto usu venire, ut quod cupide adpetieris, cupide adpetisse et, quod temere repudiaveris, temere repudiasse
7 dicaris? At si, opinor', inquit, 'ita scriptum esset: 'Quae vos per

---

QZBXOΠN

11 cupide] nimis cupide *Gracchus sec. Stephanum ll. ll.* ‖ appet*isse *X* ap****(*s.* *****)isse *Z pr.* ‖ pudiasse *X pr.* ‖ (§ 4) 13 rutundę *On* ‖ rutū deuolubilisq; *X* ‖ sne *B* ‖ 14 eximiae *X* ‖ eximi enose delectabat *B* ‖ unicae *X* ‖ delectabatur *O pr. Π* ‖ .Tanto *Π* ‖ 15 saeuero *ΠN* ‖ copone *B* ‖ (§ 5) 17 nobis] *om. Z* ‖ laetitarentur *X* ‖ admonicia castricio *B* ‖ castrititio *Z* ‖ 18 considеremus *ZB* ‖ qua eius *Q* ‖ aemolumentum *X* emulumentum *N pr.* momentum *HStephanus spec. em. p.* 159 *sq.* ‖ sentie *Z* sne *B* ‖ 19 patemur *Q* ‖ aptae *n* ‖ 20 e*blanditae (b) *X* eblandire. *Q* ‖ uolutate *X pr.* ‖ 22 fecisse *ZB* ‖ inspitite *Z* ‖ 23 poenitus *X* ‖ qui deficiant *Z* q̄ faciant *B* ‖ dicantq; *Z* dicat q̃ *B* ‖ 24 aliquis *o* ‖ an sit] insit *QBO pr.* ‖ ei'*ce *x* eiɔce *ut vid. X* huiuscae *N* ‖ sne *B* ‖ gratiaquę *x* gratiaque *X* ‖ 25 nos *Q* ‖ osce *O pr.* ‖ ad peti stitis *Z* ‖ 26 repudiaretis *X* ‖ 27 quin | * aut (n *ut vid.*) *X* ‖ aut nunc] et qđ *Z* ‖ teme** | pudiasse (re) *X* teme | repudiasse *x* ‖ 28 dicamini — repudiasse] *lin.* 30 *post* repudiasse *om. X* ‖ (§ 6) omnium] *om. X* ‖ 29 ad *X* ‖ uti *X* ‖ adpetieris(a) *X* pecieris *Z* ‖ 30 repudiaris *O* ‖ (§ 7) 31 Quae] Quod *Π* ‖

hosce annos adpetistis atque voluistis, ea nunc si repudiaritis,
abesse non potest, quin aut olim cupide adpetisse aut nunc temere
repudiasse dicamini', si ita', inquit, 'diceretur, gravior scilicet 8
solidiorque fieret sententia et acciperet aliquid iustae in audiendo
exspectationis; nunc autem verba haec cupide et temere, in 9
quibus verbis omne momentum rei est, non in concludenda sententia tantum dicuntur, sed supra quoque nondum desiderata ponuntur et quae nasci oririque ex ipsa rei conceptione debebant, ante omnino quam res postulat dicuntur. Nam qui ita dicit: 'si hoc feceris, cupide fecisse diceris', rem dicit sensus alicuius ratione conlectam et consertam; qui vero ita dicit: 'si cupide feceris, cupide fecisse diceris', non longe secus dicit atque
si diceret: 'si cupide feceris, cupide feceris'. Haec ego', inquit 10
'admonui, non ut C. Graccho vitio darem, — dii enim mentem meliorem mihi! nam, si quicquam in tam fortis facundiae viro vitii vel erroris esse dici potest, id omne et auctoritas eius exhausit et vetustas consumpsit, — sed uti caveretis, ne vos facile praestringeret modulatus aliqui currentis facundiae sonitus atque ut vim ipsam rerum virtutemque verborum prius pensitaretis et, si quidem gravis atque integra et sincera sententia diceretur, tum, si ita videretur, gressibus quoque ipsis orationis et gestibus plauderetis, si vero frigidi et leves et futtiles sensus in verba apte numeroseque posita includerentur, non esse id secus

---

QZBXOΠN

8 dedisse? Sic enim, quod a vobis scilicet abest, pleraeque istae prodigiosae mulieres fontem illum sanctissimum corporis, generis humani educatorem, arefacere et exstinguere cum periculo quoque aversi corruptique lactis laborant, tamquam pulcritudinis sibi insignia devenustet, quod quidem faciunt eadem vecordia, qua qui-

---

QZBXOΠN

14 institit *JGGraevius ad Suet. Vitell. c.* 2 *improb. ibid. FOudendorpio* qui infiiom *Q* ‖ (§ 5) 15 cum] *om. QZB* (i) ‖ parendum *X pr.* ‖ 16 dicere, — accederet. Oro *i* ‖ pueros *Q* ‖ ue *Q* ‖ dolore quo sine nitendo *Q* ‖ in] = *x*: sine *ut vid. X* ‖ 17 emittendo *Z* ‖ tullisset *O* ‖ minus *ZB pr. X pr.* ‖ difficille *X* ‖ 18 accideret *QZB* ‖ te(i) *X* ‖ te inquit te *Π* ‖ totam, integram] *h cf. praef.* § 18 *adn.*: totam integram (integrā *x in ras. paulo angustiore*) *libri* totam ac integram *aut* totam integramque *Ascensius* ‖ 19 esse matrem *X* ς (= *SGerm.*) ‖ (§ 6) 20 matrum *Π* ‖ ab *N* ‖ 21 *distinctionis notam om. Z* ‖ alu·isse *X* ali'se *B* alius se *Z* ‖ 22 iam hominem] *om. X* ‖ 23 offitia *Z* officio *O* ‖ (§ 7) 24 seminis *B pr.* ‖ libera *ZB* tubera *HStephanus l. l. p.* 154 ‖ uenustiorē snae(sne *B*)uulos (*B*) *ZB* ‖ 25 neruulos ς torulos *HStephanus l. l.* ‖ ordinandi pectori *Z* ‖ (§ 8) 27 mulieris *X pr.* ‖ f*ontem (r) *X* fecerī *Q et* ecerī *sup. spat. vac. post* f *a B rel. add. b* 11 *fere litt. spat. rel. om. Z* ‖ 27 sanctissimum] se: sanctissimi ‖ 28 humanę educatorem *B* ‖ educatore *Z* ‖ extingere *OX* ‖ periculo] 8 *fere litt. spat. rel. om. Z* p (4—5 *litt. spat. post* p *rel. B*) *QB* ‖ 29 pulchritudinis *XOΠN* ‖ 30 deueniunt *Q* de *deinde* 12 *fere litt. spat. rel. Z* de'mit(tat *in f. sup. lin. add. b*) *B* ‖ eademue cordia *X pr.* ‖ uaecordia *n* ‖

busdam commenticiis fraudibus nituntur, ut fetus quoque ipsi, in
corpore suo concepti, aboriantur, ne aequor illud ventris inrugetur
ac de gravitate oneris et labore partus fatiscat. Quod cum sit 9
publica detestatione communique odio dignum, in ipsis hominem
primordiis, dum fingitur, dum animatur, inter ipsas artificis naturae
manus interfectum ire, quantulum hinc abest, iam perfectum, iam
genitum, iam filium proprii atque consueti atque cogniti sanguinis
alimonia privare?

'Sed nihil interest', hoc enim dicitur, 'dum alatur et vivat, 10
cuius id lacte fiat'. Cur igitur iste, qui hoc dicit, si in capes- 11
sendis naturae sensibus tam obsurduit, non id quoque nihil
interesse putat, cuius in corpore cuiusque ex sanguine concretus
homo et coalitus sit? an quia spiritu multo et calore exalbuit, 12
non idem sanguis est nunc in uberibus, qui in utero fuit? nonne 13
hac quoque in re sollertia naturae evidens est, quod, postquam
sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus hominis

QZBXOΠN

31 comenticiis *Z* ɔm̃tit' *Q pr.* ‖ fraudib; nituntur *x:* fraudi** ***untur *X* ‖ ipsiṣ *B* ‖ 32 contempti *Z* ‖ abortiant̃ *B* ‖ ne aequor] necor *B* ue cor *Z* ‖ inruge*** *O pr.* ‖ *Ovid. Am.* II 14, 7 *sq.* 'Scilicet ut careat rugarum crimine venter Sternetur pugnae tristis arena tuae?' *affert H.Stephanus l. l. cf.* § 9 *adn.* ‖ 33 de] '*quaedam exemplaria non habent praepositionem* de' *HStephanus l. l.* ne μ, *at cf. h*[ra] 66 *sq.* ‖ honeris *ZO pr. x* ‖ part** ****scat *X* ‖ (§ 9) 34 communique odio] *om. cod. Pembrok. test. v. d. misc. obss.* IV *a.* 1734 *p.* 437 ‖ odiũ *Z* ‖ hoĩm *Π* hominum *X* ‖ 35 *Ovid. Met.* XV 216 *sqq.* 'Fuit illa dies, qua semina tantum, Spesque hominum primae materna habitavimus alvo. Artifices natura manus admovit' *affert i cf.* § 8 *adn.* (Artifices manus *etiam Am.* III 2, 52) ‖ 36 hic *X pr.* ‖ abest iam] ad bestiã *B pr.* ‖ 37 atque congeniti *vel* (atque cogniti) *Steph. l. l. p.* 154 *sq.* atque cognati *Fr. Iuretus ad Symmach. epp.* VIII, 31, *quod Stephano quoque primum in mentem venerat, cuius alteram coni. ipse Iuretus commemorat* ‖ (§ 10) 39 inter est *X* ‖ ⁊ uiuat ⁊ cuius *ZB* ‖ 40 fiat cur *B* ‖ (§ 11) itur *Q* ‖ capescendis *Z* ‖ 41 obsurdnit *Q* obsorduit *B* obsorbuit *Z* ‖ 43 et] atque *Π* ‖ quo alit' *QZB* ‖ (§ 12) qui a *N* ‖ spiritu] '*quid* spiritus *hic? an* halitu, *ut sit pro sputo?*' *mire c* ‖ **lore *X pr.* ‖ exalbuit] ⁊ albuit *Q pr.* ‖ 44 nunc] nunc sp̃u multo (*his duobus vocc. male iteratis*) *Q* ‖ u*tero(e) *X* ‖ (§ 13—20) *ord. mut. pleraque partim adhibuit, partim descripsit Macr. Sat.* V 11, 14—19 ‖ (§ 13) non ne *Z* ‖ 45 *euidens(a) *X* ‖ postquam] = *Macr.* § 16: posteaquam *X* ‖ 46 penetrabilib' *Z* ‖

[redacted]

finxit, adventante iam partus tempore, in supernas se partis perfert, ad fovenda vitae atque lucis rudimenta praesto est et
14 recens natis notum et familiarem victum offert? Quamobrem non frustra creditum est, sicut valeat ad fingendas corporis atque animi similitudines vis et natura seminis, non secus ad eandem
15 rem lactis quoque ingenia et proprietates valere. Neque in hominibus id solum, sed in pecudibus quoque animadversum. Nam si ovium lacte haedi aut caprarum agni alantur, constat ferme in
16 his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam et frugibus maior plerumque vis et potestas est ad earum indolem vel detrectandam vel augendam aquarum atque terrarum, quae alunt, quam ipsius, quod iacitur, seminis, ac saepe videas, arborem laetam et nitentem in locum alium transpositam
17 deterioris terrae suco deperisse. Quae, malum, igitur ratio est, nobilitatem istam nati modo hominis corpusque et animum, bene ingeniatis primordiis inchoatum, insitivo degenerique alimento lactis alieni corrumpere? praesertim si ista, quam ad praebendum lactem adhibebitis, aut serva aut servilis est et, ut plerumque solet, externae et barbarae nationis est, si inproba, si informis, si inpu-

---

QZBXOΠN

47 effinxit atque aluit *Macr.* || partes *Q* || 48 profert *BXO* profert. *Π* || et ad *X* || es et *ZB* || 49 natus *Z* || offertur. *N* || (§ 14) 50 sicut] = *Macr.* § 17: sicuti *ZN* || ualeat *X* || ad] atq; *QZB* || figendas (*sic*) *sup. lin. add. b* || atque] *sup. lin. add. b* || 51 animis *X* || similitudines uis] *om. Z* || similitudine sui * natura *Q pr.* || feminis *X pr.* || 52 ingenia — quoque] *lin.* 53 *post* quoque *om. Z* || propriaetates *X* || (§ 15) 54 aedi aut *x* aedi* *** *X* || agni forsitan alantur *Macr.* § 18 || 55 hiis *Z* || lanē *X pr.* || illis] = *Macr. Cantabr.*: his *Macr. Par.* || gigni] *om. Z.* || (§ 16) 57 detrectandam] = *Macr.* § 19: detractandam *Z* detretandā *B* deterendam *HStephanus l. l. p.* 155 || 58 idicit *X* || 59 intentē *Z* || transpositū *Π pr.* || 60 succo *ZB* || dep se *Q pr.* || (§ 17) Quemalum *x* Quemalum *X* || mali *q* || 62 ingematis *Q* initiatis *cod. Scheff.* || degeneriq** (*s.* ***) *X pr.* || 63 corrūpte *Z* || istaq *X* || lactem] *sic praeter codd. in aliquot vett. auctorum locis, quos v. ap. Ritschelium, opusc.* II 576 *sqq., Neuium Formenl.* I[2] *p.* 553, *Georgesium lex.*[7] *s. v.* lac, *et inscr. CIL* IX 3009 *a Neuio allata:* lac tunc *ns* lacte *Ritschelius l. l.* || 64 est et, ut] = est; et ut σ || plerumque] *sup. lin. add. b* || 65 barbarae*** (*s.* ****) *X* || est] = σ: *om. X* ē. *Π* || informisi *Z* ||

dica, si temulenta est; nam plerumque sine discrimine, quaecumque id temporis lactans est, adhiberi solet.

Patiemurne igitur, infantem hunc nostrum pernicioso contagio 18
infici et spiritum ducere in animum atque in corpus suum ex
corpore et animo deterrimo? Id hercle ipsum est, quod saepe- 19
numero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos parentum
suorum neque corporibus neque animis similes exsistere. Scite 20
igitur et perite noster Maro, quod, cum versus illos Homeri
consectaretur:

Οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς,
Οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα
Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής,

non partionem solam, tamquam ille quem sequebatur, sed alituram quoque feram et saevam criminatus est; addidit enim hoc de suo:

Hyrcanaeque admorunt ubera tigres,

quoniam videlicet in moribus inolescendis magnam fere partem ingenium altricis et natura lactis tenet, quae iam a principio imbuta paterni seminis concretione, ex matris etiam corpore et animo recentem indolem configurat.

QZBXOΠN

66 pleraq. *X pr.* || 67 lactens *ZXN* || adhibere *X pr.* || (§ 18) 68 Patiemurne] ne *Z* || 69 infici et] inficiet *Π* infici *Q* || ducere] *om. O pr.* || in aī | nimum *Z* || in] *om. Z* || (§ 19) 70 ercle *Q pr. B* herede *X pr.* || ipsum hercle *Π* || sepe numero *QZBX*π sepe *Π* || 71 pudicā *X pr.* || (§ 20) 73 nr̃t *O* || omeri *X* || 74 consectaret *Π* || *Hom. Il.* XVI 33 *sqq.* || Gr̃. *Q, 5 lin. vac. rel. om. O* || 75 *Initium v. Hom.* Νηλεές, *add. Macr.* § 14 (NHEEΛЄC *Macr. P*) || COΥ *Macr. P* || ἦν] *om. Vrb.* || ΠΕΛΕΥC *ZB* || 76 Οὐδὲ—τίκτε *om. ZB* || ΘΕΘΙC *Macr. P* || ΓΑΛΥΚΗ *X* ΓΑΛΥΚΕ *x* || σ' ἔτικτε *v. l. ap. Hom.* || ΤΙΚΙΕ *X* || ΘΑΛΛΑCCA *ZBXΠN Vrb.* ΤΑΛΑCCΛ *Macr. P m. pr.* || 77 *om. Macr.* || δ' *v. l. ap. Hom.* || ΤΕΛΙΒΑΤΟΙ *X* || ὅτε *Aristarchus* || ἐστὶν ἀπηνής] ΕΠΝΑΠΗΝΗC *XΠN Vrb.* ΕΤΑΠΗΝΗC *Z* ΕΤΑΠΕΝΕC *B* || 78 nam *O pr. Π* || non partionem solam] = *Macr.* § 15 || Non partitionem solam, tanquam ille *HGiphanius Mureti epp.* I 74 || partitionem *O pr. Π* partitionem *X pr.* || sicut *Macr.* || ille quem sequebatur] = ϰ *cf. i* || 79 enim] *om. Z* || *Verg. Aen.* IV 367 || 80 hyrchaneq; *QB* hircanaeq. *X* hyrcane aeque *OΠ* hyrca ne eq; *Z* || tygres *XOΠ* || 81 videlicet] = *Macr.:* scilicet *Q* || 82 nutricis ingenium *Macr.* || altrici s; naturam *QZ* || naturam *B* || 83 imbuta] *nominativum etiam legit Macr.* (quae infusa tenero et mixta parentum semini adhuc recenti *etc.*): imbutam μ || et] *om. X* || 84 configurant *Π* ||

21 Et praeter haec autem, quis illud etiam neglegere aspernarique possit, quod quae partus suos deserunt ablegantque a sese et aliis nutriendos dedunt, vinculum illud coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura consociat, interscindunt aut
22 certe quidem diluunt deteruntque. Nam ubi infantis aliorsum dati facta ex oculis amolitiost, vigor ille maternae flagrantiae sensim atque paulatim restinguitur omnisque inpatientissimae sollicitudinis strepitus consilescit, neque multo minor amendati ad nutricem
23 aliam filii, quam morte amissi, obliviost. Ipsius quoque infantis adfectio animi, amoris, consuetudinis in ea sola, unde alitur, occupatur et proinde, ut in expositis usu venit, matris, quae genuit, neque sensum ullum neque desiderium capit. Ac propterea, oblitteratis et abolitis nativae pietatis elementis, quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam fere partem non naturalis ille amor est, sed civilis et opinabilis'.

24 Haec **F a v o r i n u m** dicentem audivi Graeca oratione. Cuius sententias communis utilitatis gratia, quantum meminisse potui, rettuli, amoenitates vero et copias ubertatesque verborum Latina omnis facundia vix quaedam indipisci potuerit, mea tenuitas nequaquam.

QZBXOΠN

(§ 21) 86 qd' q̃* (;) *X* quodque *QN* ‖ deserant *Q* ‖ ab*legantque *Q* ablegāque *Π* ablègamque *O pr.* allegant quae (que *x*) *X* ‖ ab *N* ‖ 87 ded'unt *Q* ‖ *coagulumq; (q;?) *X* coagulumq (~) *Q* ‖ 88 qua *Π* ‖ filiis] *lac. 6 litt. rel. om. Z, lacunae spscr. b* liberis *teste i Q* ‖ naturam sociant *X* ‖ consociant *ZOΠ* ‖ 89 deseruntq. *B* ‖ (§ 22) alior sum *X* ‖ 90 amolitio est *QXo* ‖ uigor*(i) *X* ‖ semsim *Q* ‖ 91 restringuiť *Z* restingitur (*sic fere*) *Q* restinguntur *X pr.* ‖ solitudinis *X pr.* ‖ 92 strepidus *B* ‖ minor a (cō supra) mendati *B* minor a commendati *ZB dupl. archetypi scripturam indicantes; alteram* commendati *praebet X, et ipsam sensui accommodatam* (*cf. i et Georgesii lex.*[7] *s. v.* commendo I) amendatio *O pr.* ‖ 93 fili *O pr.* ‖ amisi *Z* ‖ obliviost] *O*: obliuio sunt (*ex* obliuio s̄t *sc. ortum*) *N* obliuio est *rell.* ‖ (§ 23) .Ipsius] ipsius *Π* ‖ 94 alitur] aliqua *Π* ‖ 95 in] *om. X* ‖ 96 ulum *Q pr.* ‖ 98 libe *Z* ‖ atque] = *b sup. lin. add.*: et *O* ‖ feri *QZ* ‖ 99 pertē (a supra) (*sic*) *B* ‖ iciuilis *Z* ‖ inopinabilis *QZ* ‖ opinalis *X pr.* ‖ (§ 24) 100 faborinū *O pr. X pr.* ‖ gre** *X pr.* ‖ 101 communi *X* ‖ 102 retuli *QZX* ‖ *ubertatesq. (s) *X* ‖ 103 indispici *Z* ‖

II.

Quod Annaeus Seneca, iudicans de Q. Ennio deque M. Tullio, levi futtilique iudicio fuit.

De Annaeo Seneca partim existimant ut de scriptore 1
minime utili, cuius libros adtingere nullum pretium operae sit, quod oratio eius vulgaria videatur et protrita, res atque sententiae aut inepto inanique impetu sint, aut levi et causidicali argutia, eruditio autem vernacula et plebeia nihilque ex veterum scriptis habens neque gratiae neque dignitatis. Alii vero elegantiae quidem in verbis parum esse, non infitias eunt, sed et rerum, quas dicat, scientiam doctrinamque ei non deesse dicunt et in vitiis morum obiurgandis severitatem gravitatemque non invenustam.
Mihi de omni eius ingenio deque omni scripto iudicium censu- 2
ramque facere non necessum est; sed quod de M. Cicerone et Q. Ennio et P. Vergilio iudicavit, ea res cuiusmodi sit, ad considerandum ponemus.

In libro enim vicesimo secundo epistularum mo- 3
ralium, quas ad Lucilium conposuit, deridiculos versus Q. Ennium de Cetego, antiquo viro, fecisse hos dicit:

QZBXOΠN

II (*lemm.*) 2 secana *Z* || deq; ennio *QZB* || Q.] *om. X* || deq̃ *X* || 3 futiliq. *ZBOΠN* || fuit] *om. B* || *Totum cap. descripsit Fr.Haase L. Sen.* III 441 *sq.* = *Sen. epistular. fr.* 110—115 || (§ 1) 4 senec *Z* || 5 inime *X pr.* || at ingere *X* || 6 vulgaria] *i* (*altera sc. archet. scriptura*): uulgarias *ZB* uulgaris *rell.* || protita *X pr.* ꝓtrata *Q* ꝓtracta *q* protritas *Z* || *distinctionis nota carent ZB* || 7 s̄t *Π* || aut] *Ald.*: aut ut || causidicali] *Th.Vogel ann. ph.* 111, 574 (*cf. M.Aurel. ap. Fronton. epp. ad M.Caes.* 4, 5 *p.* 68, 22 *Nab.*): quasi dicaci (dicacis *X*) *libri* || argutie *ZB* || 8 uero *Π* || atq; *Π* || 9 eligantiae *XO* || 10 quidem] *om. Q* || inficias *libri* || 11 dicat] asserit *Π* || doctrinaq; *Q* || de ēē *Q* || de. ēē. dicunt (.ēē. dicunt *in ras.*) *X* || 12 moꝝ obiurgandis moꝝ *Q* || obiurgantis *O pr. Π* || grauitatem quae *O* || non uenustam *X* || (§ 2) 13 omni• scripto(s) *X* || 14 sed quod****** de (de quod) *O* || marco *QX* || ciceroni *ZB* || 15 Q.] que *ZX pr.* || P.] puer *Q* || puergilio *ZB* || re *Z* || cuiusmodi] *QBO m. rec.*: cuimodi *ZXOΠN* || (§ 3) 17 enim] = *b*: enni *B* || mor*aliū *X* || 18 lucidium *XO pr. Π* || deridiculosos *Z* || 19 q̃ *Q pr.* que *ZX pr.* || *Enn. ann. lib.* IX *fr.* IV *v.* 307 *sqq. p.* 46 *V. coll. eodem Vahleno ind. schol. Berol. cum aest. a.* 1878 *p.* 4 *sq., tum hib. a.* 1879 *p.* 5 *sqq. cf. Cic. Brut.* § 58 || de Cetego] *b cf. lin.* 52 (Cetegus *inscr. denar.*

Is dictust ollis popularibus olim,
Qui tum vivebant homines atque aevum agitabant,
Flos delibatus populi, suadaeque medulla.

4 Ac deinde scripsit de isdem versibus verba haec: Admiror
eloquentissimos viros et deditos Ennio pro optimis
ridicula laudasse. Cicero certe inter bonos eius
5 versus et hos refert. Atque id etiam de Cicerone dicit:
Non miror, inquit, fuisse, qui hos versus scriberet, cum
fuerit, qui laudaret; nisi forte Cicero summus orator
agebat causam suam et volebat hos versus videri
6 bonos. Postea hoc etiam addidit insulsissime: Aput ipsum
quoque, inquit, Ciceronem invenies etiam in prosa
oratione quaedam, ex quibus intellegas, illum non
7 perdidisse operam, quod Ennium legit. Ponit deinde,
quae aput Ciceronem reprehendat, quasi Enniana, quod ita
scripserit in libris de republica: Vt Menelao Laconi
quaedam fuit suaviloquens iucunditas, et quod alio in
8 loco dixerit: breviloquentiam in dicendo colat. Atque ibi
homo nugator Ciceronis errores deprecatur et: non fuit,
inquit, Ciceronis hoc vitium, sed temporis; necesse erat

QZBXOΠN

CIL I 339 Cetego *CIL* X 1211 *a. p. C.* 170): decet ego *QZB* de cethego *XOΠN* || antico *O pr.* || .hos *Π* || dicit: Is] dicit is *QZB* dicitas *Π* dicidis *O pr.* || 20 his *X* || dictu'ſt ollis *g*: dictus tollis *QZBOΠN* dictus tolleres *X* dictus *codd. Cic.* || 21 agebant *codd. Cic. plerique* || 22 delibatus] = *Cic.*: debilitat' *B* delibatat' *b* delibratus *Is. Verburg ad Cic. Brut. l. l.* delibutus *Falsterus am. phil.* III 12; 281 *f.* illibatus σ = *quaed. mss. ap. i* || populi suadaeque] *Cicero:* populi suada *XNo* populis uada *QZBOΠ* || suadai ς (*Lincoln.*) || suadae medullam *ab Ennio Cetegum vocari dicunt Cic. Cat. m.* § 50, *Quint.* II 15, 4 *neque alio certe pertinet, quod artem rhetoricam* suadelae medullam *ab eodem nominari tradit schol. rhet. ad Herenn. prooem.* § 13 *ed. Glaeser* (*mus. phil.* 7, 293) || (§ 4) 23 scribit *OΠN x in ras.* || hisdem *QX* eisdem *Π* || admirore loquentissimos *X* || 24 obtimis *QZX* || 25 ciceronē *x* || 26 referre *X* || (§ 5) 27 minor *B* || 29 suam] *super lin. add. x* || et] cum *sc scripturum fuisse mihi significavit Haasius* || (§ 6) 30 addidit —etiam] *post* etiam *om. Z* || 33 quid *X* qui *x* || (§ 7) 34 quod] qui *Xi* || 35 scripserat *X* || *Cic. de rep.* V 9, 11 || .re pro menelao *Q* || 36 suaue loq̄ns *Q* || 37 breui loq̄ntiā *Q pr.* || (§ 8) 38 et:] *om. Z* || 39 hoc uictum s; *in ras. q* || neceserat *Q* ||

haec dici, cum illa legerentur. Deinde adscribit, Cice- 9
ronem haec ipsa interposuisse ad effugiendam infamiam nimis lascivae orationis et nitidae.

De Vergilio quoque eodem in loco verba haec ponit: 10
Vergilius quoque noster non ex alia causa duros quosdam versus et enormes et aliquid supra mensuram trahentis interposuit, quam ut Ennianus populus adgnosceret in novo carmine aliquid antiquitatis.

Sed iam verborum Senecae piget; haec tamen inepti et in- 11
subidi hominis ioca non praeteribo: Quidam sunt, inquit, tam magni sensus Q. Ennii, ut, licet scripti sint inter hircosos, possint tamen inter unguentatos placere; et, cum reprehendisset versus, quos supra de Cetego posuimus: qui huiuscemodi, inquit, versus amant, liqueat tibi eosdem admirari et Soterici lectos.

Dignus sane Seneca videatur lectione ac studio adule- 12
scentium, qui honorem coloremque veteris orationis Soterici lectis compararit, quasi minimae scilicet gratiae et relictis iam contemp-
tisque. Audias tamen commemorari ac referri pauca quaedam, 13
quae idem ipse Seneca bene dixerit, quale est illud, quod in hominem avarum et avidum et pecuniae sitientem dixit: Quid enim refert quantum habeas? multo illud plus est,
quod non habes. Benene hoc? bene sane; sed adulescentium 14
indolem non tam iuvant, quae bene dicta sunt, quam inficiunt,

---

QZBXOΠN

(§ 9) 41 interposuisset *X pr.* ‖ 42 .& nide (nitide *x*) *X* ‖ nitide de *B* ‖ (§ 10) 46 trahentes *Q* ‖ q̦ (e supra) *B* ‖ ḥennianus *X* ‖ (§ 11) 48 et∗inepti *in ras. x* ‖ 49 p̃tibo *Q* ‖ :Quidam] quidnam *B* ‖ 50 .q. *x* q; *X* q̃ *Q* = quę *O* qui *Z* ‖ ut] *om. QZB* ‖ sunt *Z* sint∗∗ (in) *X* ‖ 51 hyrcosos *QBXOΠ* ‖ 52 rep̃hendissēt *ZB* ‖ quos — versus] *post* uersus *om. X* ‖ de Cetego] *b cf. lin.* 19: decet ego *QZB* de cethego *XOΠN* ‖ 53 huiusmodi *Π* ‖ lique(*s.* q̃)ant *QZBX* ‖ 'liceat s̃' (*debebat* s (i supra)) '*& v. c.*' σ ‖ tibi] *g:* sibi ‖ 54 Soterici] *libri cf. CKeil ann. phil. suppl.* 4, 571 ‖ lectos dignus *QB* ‖ (§ 12) 55 sane (*ante* Seneca) *om. QZB* ‖ ∗∗∗dio *X pr.* ‖ 57 comparuit *Z* comparavit *Haasius* ‖ (§ 13) 58 cõ (cṽ *x*) memoria referri *X* ‖ 59 benedixerit *Π* ‖ 62 habes bene neque hoc *Z* ‖ (§ 14) Benene hoc?] *B:* bene hoc *QXOΠN* ‖ bene sane] *B:* sane bene ‖ adulescentū *X* ‖ 63 benedicta *ZN* ‖

quae pessime, multoque tanto magis, si et plura sunt, quae deteriora sunt, et quaedam in his non pro enthymemate aliquo rei parvae ac simplicis, sed in re ancipiti pro consilio dicuntur.

III.

Lictoris vocabulum qua ratione conceptum ortumque sit; et super eo diversae sententiae Valgi Rufi et Tulli Tironis.

1 Valgius Rufus in secundo librorum, quos inscripsit de rebus per epistulam quaesitis, 'lictorem' dicit a 'ligando' appellatum esse, quod, cum magistratus populi Romani virgis quempiam verberari iussissent, crura eius et manus ligari vincirique a viatore solita sint, isque, qui ex conlegio viatorum officium ligandi haberet, 'lictor' sit appellatus; utiturque ad eam rem testimonio M. Tulli verbaque eius refert ex oratione, quae dicta
2 est pro C. Rabirio: Lictor, inquit, conliga manus. Haec ita Valgius.

3 Et nos sane cum illo sentimus; sed Tiro Tullius, M. Ciceronis libertus, 'lictorem' vel a 'limo' vel a 'licio' dictum

---

QZBXOΠN

64 pessime] *XOΠN:* sepissime *QZB* scaevissime μ ‖ sunt] *om.* *B* ‖ 65 hiss *Z* ‖ enthymemate] *x:* ethimemata *Π* GR *Q* ΕΝΘΥΛΙΕΜΑΤΕ *ZB* ΕΝΘΥΜΗΜΑΤΑ *No* ΕΛΘΥΜΗΜΑΤΑ *in lac. x* ΕΑΘΥΜΗΜΑΤΑ *O* ‖ aliquid *QZB* ‖ 66 ancipite *O pr.* ‖

III *(lemm.)* 2 hortumq. *O* ‖ 3 diūssñe *B* ‖ ualgii *XOΠN* ‖ .Rufi. *Z* ‖ tullii *OΠx* tul. *B(?)* ‖ Tironis]: *RBentley* (*v. mus. phil.* 35, 634), *hc* : ciceronis *Xox* ciceronis uersus accepti (*vocc. duobus extremis lemm. sq. hic adglutinatis*) *QZBOΠN* Ciceronis liberti acceptae *e* Ciceronis liberti *i* ‖ (§ 1) *Adhibuit Non. s. v.* lictoris proprietatem *p.* 51, 30 *M. v. ann. phil.* 85, 713 ‖ 4 ruffus *Z* ‖ *C. Valgii Rufi fr.* IV *Weichert. PLR p.* 234 *cf. p.* 235 *cf. LMercklin philol.* 4, 426; *fr.* 6 *R. Unger de C. Valg. R. poem. p.* 163 *sqq.* ‖ quo *X* ‖ 6 apellatū *B* ‖ 7 crura] aura *X* ora *x* ‖ ligari uinciri *Π*, *quod reciperem, si firmiore fundamento h. l. niteretur cf. praef.* § 18 *adn.* ‖ 8 isque] = *e vg.* (*HIMueller mus. phil.* 21, 429, 15): is *QZB* et inde is τ *RStR* I² 345, 9 ‖ viatorum] *om. X* ‖ 10 tullii *QZBXΠ* ‖ 11 rabiori *X* ‖ *Cic. p. C. Rabirio perd. reo or.* § 13 ‖ Lictor] = *Non. l. l.:* I lictor *codd. Cic. cf. Drakenborchii ad Liv.* I 26, 7 *adn.* ‖ colliga *QB* coliga *Z* ‖ (§ 2) hec hec *Z* ‖ 13 illo*(s) *X* ‖ (§ 3) tyro *QZXOΠ* ‖ *M. Tullii Tironis Pandectarum, ex quibus h. l. G. hausisse opinatur, fr.* c *Lion Tiron. et Maec.*² *p.* 8 *sq.* ‖ 14 *l (u) *X* ‖ (vel a limo vel) *IMercier ad Non. l. l.* ‖ lino *Z* ‖ litio *Z* ‖

scripsit: Licio enim transverso, quod 'limum' appellatur, qui magistratibus, inquit, praeministrabant, cincti erant.

Si quis autem est, qui propterea putat probabilius esse, quod 4
Tiro dixit, quoniam prima syllaba in 'lictore', sicuti in 'licio', producta est et in eo verbo, quod est 'ligo', correpta est, nihil ad rem istud pertinet. Nam sicut a 'ligando' 'lictor' et a 'legendo' 'lector' et at 'viendo' 'vitor' et 'tuendo' 'tutor' et 'struendo' 'structor', productis quae corripiebantur vocalibus, dicta sunt.

IV.

Versus accepti ex Q. Enni septimo annalium, quibus depingitur finiturque ingenium comitasque hominis minoris erga amicum superiorem.

Descriptum definitumque est a Quinto Ennio in annali 1
septimo graphice admodum sciteque sub historia Gemini Servili, viri nobilis, quo ingenio, qua comitate, qua modestia, qua fide, qua linguae parsimonia, qua loquendi oportunitate, quanta rerum antiquarum morumque veterum ac novorum scientia, quantaque servandi tuendique secreti religione, qualibus denique ad muni-

---

QZBXOΠNTY

15 litio *Z* ‖ linum *B* ‖ 16 inquit] *om. Π* ‖ cincta *Z pr.* ‖ (§ 4) 17 ,qui] *om. X* ‖ putet *e* ‖ probalius *B* ‖ quae *Π* ‖ 18 tyro *QZXOΠ* ‖ litio *Z* ‖ 19 e*o(a) *X* ‖ correpta] = *x sup. lin:* producta *X* ‖ 20 rem istud] istem rem *X* istam rem *x* ‖ sic ut *X* ‖ sic a ligando lictor:(*s.*,)ut a *e ECAOtho* ‖ lictor et a] = *b:* lictoretam *B* lictor a *X* ‖ et a legendo lector] *post* lictor *om. Q* ‖ 21 a viendo vitor] *GFUnger philol.* 34, 206 *et sic tacite IWiggert Stud. z. lat. Orthoepie Stargard. Pom. a.* 1880 *p.* 13: a uiuendo uictor *QZBXOΠN* a viendo victor *Cuiacius obs. et em.* X 9 a uincendo uictor *ϛe* (*RUnger l. l. p.* 168; *PLangen philol.* 31, 564) a vehendo vector *Ascensius admonente Quintiano* ‖ 22 productisq̃ q; *X* ‖

IV. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 Versus accepti] *cf. adn. lemm. c.* 3; *hic add. o* ‖ ex.q̄. *N* ex.q;. *O* Ex q̃ *Q pr.* ex.q̃ *X* exq. *B* ‖ ennii *QZXOΠN* ‖ fingiturq. *B* ‖ 3 amicum] *spat. vac. rel. om. Π* ‖ (§ 1) 4 Rescriptum *Π* Descripptum *Z* ‖ diffinitumq; *QZB* ‖ enn*o *X pr.* ‖ annalis *Q* ‖ 5 XVII *coni. Th.Bergk ann. phil.* 83, 501; *ad lib.* VIII (*fr.* 6) *rettulerat Th.Hug Q. Ennii annal. — fragm.* (*Bonn.* 1852) *p.* 6 *cf. p.* 23 *sq., at v. Vahleni prolegg. ed. p.* LVII *sq.* ‖ grafice *ZBXΠNTY:* grafrice *O* gratifice *Q* ‖ scite quę *T* scite qui *Y* ‖ geminis *QZB* ‖ seruilii *XOΠNq* seruii *TY* ‖ 6 comitante *Z* ‖ 7 loquendio‿portunitate *X* ‖ 9 seruandi tuendi tuendique *X pr.* ‖ minuendas *ϛe* numerandas *TY* ‖

[redacted]

endas vitae molestias fomentis, levamentis, solacis amicum esse
2 conveniat hominis genere et fortuna superioris. Eos ego versus
non minus frequenti adsiduoque memoratu dignos puto quam
3 philosophorum de officiis decreta. Ad hoc color quidam vetustatis
in his versibus tam reverendus est, suavitas tam inpromisca
tamque a fuco omni remota est, ut, mea quidem sententia, pro
antiquis sacratisque amicitiae legibus observandi, tenendi colendi-
4 que sint. Quapropter adscribendos eos existimavi, si quis iam
statim desideraret:

Haece locutus vocat, quocum bene saepe libenter
Mensam sermonesque suos rerumque suarum
Comiter inpertit, magnam cum lassus diei

QZBXOΠNTY

10 modestias *B* ‖ solaciis *QZXΠTY* solatiis *B* ‖ animum *Y* ‖ (§ 2) 12 assiduo quę *Y* assiduo *X per se recte cf. adn. praef.* § 18 ‖ 13 offitiiſs (*sic*) *Z* ‖ (§ 3) co*lor *X* odor *s* olor *Chr. Colerus parerg. c.* XX *p.* 73 ‖ 14 his] *om. B* hiis *Z* ‖ reverendus est] = *x in ras.* ‖ tam] ita *X pr.* ‖ inpromiscatāque *x* inpromiscatoque *X* ‖ 15 tamq (q *sup. lin. add.*) *q* tam *Q* tamquā *O pr.* ‖ fucco *B* fuceo *Q* succo *Z* faco *O pr.* ‖ ut] *om. TY* ‖ me *B* ‖ 16 tenedi *X pr.* ‖ 17 sunt *TY* ‖ (§ 4) qua ꝑpter *Q* ‖ 18 desidera*ret (t) *X* ‖ *distinctionem post* desideraret *om. Π* ‖ *Q. Ennii annal. lib.* VII *fr.* X *v.* 239 *sqq. Vahlen., qui huius fragmenti versus septem extremos antea tractaverat quaest. Enn. crit.* (*Bonn.* 1852) *p.* 8 *sq., nonnulla post ed. retractavit mus. phil.* 14, 553 *sqq.; Herm.* 12, 253. *De eodem hoc fragmento recensendo atque emendando praeter editores olim egerunt ATurnebus adv.* XXVIII 32, *HGiphanius in Mureti epp.* I 74, *ILipsius ant. lect.* II 22 (*cf. GScioppii ad Priap.* 8, 8 *adn.*), *ex quibus pauca tantum commemoranda erant; post Vahleni ed. Bergkius l. l. p.* 500 *sqq.* = *opusc.* I 275 *sqq. et LHavet rev. de phil. n. s.* 2, 93 *sqq.* ‖ 19 (*v.* 1) Haece locutus] *bx cf. Conrads in Anth. Lat. lib.* IV *exerc.* (*Bonn.* 1853) *p.* 27 *sq.; WStudemund ann. phil.* 113, 57 *sq.*; *Neue l. Formenlehre* II² 203 *sq.*: haec (hec *Q*) elocu(quu *N*)tus *QBXOΠNT* hee elocutus *Z* haec locutus *Y* ‖ quocum] *Y* quo cum *T*: quodcum *BXOΠN cf. Th. Bergk l. l. et Beitr. z. lat. Gramm. p.* 35 *sq., Fr.Bücheler lat. Decl.*¹ *p.* 47 *sq., HUsener mus. phil.* 24, 113, 19, *FRitschl n. plaut. Exc. p.* 55 *sq.*; 58; 103 *sq., OKienitz ann. phil. suppl.* 10, 562 *sq.* quod cum *Z* quod eum *Q* quoi tum *i* ‖ 20 (*v.* 2) m̄surā *X* ‖ suos curamque suai Comis rem partit *HIlberg exerc. crit.* (*Sedin.* a 1855) *p.* 5 *sq.* ‖ *de lacuna post* suarum *aut post* inpertit *statuenda cogitat Havetus* ‖ 21 (*v.* 3) cōmunit *T* comitū *Z* comut̄ *Y; erat cum crederem post* suarum *intercidisse* thesaurum *s.* thensaurum, *tum*

Partem fuisset, de summis rebus regundis,
Consilio indu foro lato sanctoque senatu,
Cui res audacter magnas parvasque iocumque
Eloqueretur et cuncta ei malaque et bona dictu
Evomeret, si qui vellet, tutoque locaret,
Quocum multa volup sibi fecit clamque palamque:
Ingenium, cui nulla malum sententia suadet
Vt faceret facinus, levis, haut malus, doctus, fidelis,
Suavis homo, facundus, suo contentus, beatus,
Scitus, secunda loquens in tempore, commodus, verbum
Paucum, multa tenens, antiqua, sepulta vetustas

QZBXOΠNTY

comiter male suppletum esse (cf. qua comitate § 1) ‖ Congeriem partit Vahlenus mus. l. l. Copiam impertit LMüller de re m. p. L. p. 306 comis itum (i. e. cursum) impartit HAIMunro academy d. 3 m. Iul. a. 1875 p. 17 ‖ magna cum lapsa dies iam, (sic certe ed. Bas. 1581 et Aur. a. 1604) Parte fuisset ATurnebus magna cum lassus diei Parti fuuisset ILipsius ‖ 22 (v. 4) parte XOΠN ‖ fuisse B ‖ summis] = x in litura ‖ recundis QB regendis TY fecundis Z gerundis Vat. 3452 S.Germ. 643 ς ‖ 23 (v. 5) indu] = X alit̄ incluso id. in mg. inde TY ‖ induforio Z ‖ late Y Latio Bergkius ‖ 24 (v. 6) par uasq. X paruasq. B ‖ 25 (v. 7) loqueretur Π pr. ‖ et haud cunctans Bergkius; palaeographiae ratione habita multo magis placeret et iniunctans PEHuschkii z. Pandektenkritik (Lips. 1875) p. 1 ‖ et cuncta ei malaque et bona] Vahlenus mus. phil. l. l. (et ei cuncta, quod tolerari posset, si per libros traderetur cf. Büchelerus Grundr. d. lat. Decl. p. 40 ed. Wind., tamen in verborum ordine ex coniectura collocare non ausus sum): et cuncta malaque et bona QZBYσ et cuncta malusque et bona XOΠ 7 (i. e. et, non ea) cuncta mala bonaq. T .& cunctam aliisq. & bona N et cuncta simul malaque et bona Th. Hug et iunctim (quo voc. ipse G. paulo infra c. 8, 2, tum XIII 25, 6; XIV 6, 3, ubi cf. v. l., utitur) malaque et bona h mus. phil. 14, 557 ‖ dictuue uomeret Π ‖ 26 (v. 8) quid σ (Bergkius) ‖ totoque O pr. ‖ que] om. T ‖ 27 (v. 9) quo cum Z quicum X ‖ volup sibi fecit] Vahlenus mus. phil. l. l., voc. gaudia tamquam gloss. ad multa volup adscripto eiecto: uolup gaudia XOΠN et duar. fere litt. spatio post uolup vac. rel. B uoluptate gaudia Qx uoluptas gaudia TYσ gaudia Z volup ac (sic vel et Hugius) gaudia e volutat gaudia Bergkius ‖ 28 (v. 10) ingeniu Y ‖ suasset Vahlenus Herm. l. l. ‖ 29 (v. 11) Vt] ne Z pr. ‖ haut QB: aut] X haud rell. ‖ 30 (v. 12) sauis X pr. ‖ facund* X pr. ‖ contemptus XO ‖ 31 (v. 13) scitusque σ ‖ 32 urbum B uerborum T uer** Z & vir σ ‖ 33 (v. 14) Paucum] Turnebus (Giphanius, Lipsius) ϰ: paucorum ‖ Post paucum lacunam statuit Havetus l. l. ‖ tenentem antiqua, Havetus ‖

Quae facit, † et mores veteresque novosque tenentem
Multorum veterum leges divumque hominumque
Prudenter qui dicta loquive tacereve posset:
Hunc inter pugnas compellat Servilius sic.

5 L. Aelium Stilonem dicere solitum ferunt Q. Ennium de semet ipso haec scripsisse picturamque istam morum et ingenii ipsius Q. Ennii factam esse.

V.

Sermo Tauri philosophi de modo atque ratione tolerandi doloris secundum Stoicorum decreta.

1 Cum Delphos ad Pythia conventumque totius ferme Graeciae visendum philosophus Taurus iret nosque ei comites essemus inque eo itinere Lebadiam venissemus, quod est oppidum anticum in terra Boeotia, adfertur ibi ad Taurum, amicum eius quempiam, nobilem in Stoica disciplina philosophum, aegra valitudine
2 oppressum, decumbere. Tunc omisso itinere, quod alioquin maturandum erat, et relictis vehiculis, pergit eum propere videre,

---

QZBXOΠNTY

34 (*v.* 15) Quem *g* (*Vahlenus in ed., Havet*) ‖ fecit (*om.* et) *Vahlenus l. l.* ‖ *ante tenentem versus nonnullos excidisse suo censet fere iure, ut arbitror, nisi vitium subest in tenentem, quod iusta explicatione videtur egere, Bergkius* ‖ *tenentem rem Vahlenus Herm. l. l.* ‖ 35 (*v.* 16) Maiorum *Vahlenus mus. phil. l. l.* ‖ Multarum ueterum legum *Lipsius* Multarum rerum, legum *i* ‖ diuum *II* ‖ 36 (*v.* 17) Prudenter] *Vahlenus:* prudentem ‖ qui multa *e* ‖ loquine tacereque *XOΠNTY* loqui|ne tacere *Z* loqui ne tacere *Q* ‖ possit (t *sup. lin. add.*) *X* ‖ 37 (*v.* 18) pūgas *Z* ‖ Servilius sic compellat *Fr. Dousa sub init. notar. ad Lucil. p.* 203 *ed. Patav. a.* 1735, *CLachmann ad Lucr.* VI 1067 *et sic certe scribere debebat Ennius cf. Ritschelium opusc.* II 640 *sq.* ‖ *Post versum hunc extremum lac. statuit Vahlenus* ‖ [sic.] L. Aelium] *Giphanius:* sic. t. aelium *OΠN* sic. taelium *Y* .sic teliū *T* sic aelium *B* sicaelium. *Q* si celum *Z* ‖ (§ 5) *totam om. X* ‖ 38 stolonem *Y pr.* ‖ feruntq. ennium *BT* ‖ q; *Z* = que *QO* q̃ *o* ‖ 39 semetipso *BONTY* se ipso *Π* ‖ 40 ipsius Q.] ipsiusq; (*s.* q.) *QZBNT* ipsiusq. q. (q. *sup. lin. add.*) *n* ‖

V. (*lemm.*) 2 tollerandi *O pr. N* ‖ (§ 1) 4 ad phitia *Π* ad pitia *in ras. Z* ad picia *B* apicia *Q* apicia *q* ‖ ferme totius *Π* ‖ 6 leba**am *Z* ‖ atticum *XOΠN* ‖ 7 boetia *BXOΠN* boecia *Q* ‖ 8 ualetudine *N* ‖ 9 opressum *X* ‖ (§ 2) Tunc] — *b* (tc̄): tō *B* ‖ alioqui *OΠN* aliquin *q* aliqui *Q* ‖ 10 ppere *Z* ‖ *f.* visere *Thysius* ‖

nosque de more, quem in locum cumque iret, secuti sumus. Et ubi ad aedes, in quis ille aegrotus erat, pervenimus, videmus hominem doloribus cruciatibusque alvi, quod Graeci ‘κόλον’ dicunt, et febri simul rapida adflictari gemitusque ex eo conpressos erumpere spiritusque et anhelitus e pectore eius evadere, non dolorem magis indicantes quam pugnam adversum dolorem.

Post deinde, cum Taurus et medicos accersisset conlocu- 3
tusque de facienda medella esset et eum ipsum ad retinendam patientiam testimonio tolerantiae, quam videbat, perhibito stabilisset, egressique inde ad vehicula et ad comites rediremus: ‘vidistis’ inquit Taurus, ‘non sane iucundum spectaculum, sed cognitu tamen utile, congredientes conpugnantesque philosophum et dolorem. Faciebat vis illa et natura morbi, quod erat suum, distractionem cruciatumque membrorum, faciebat contra ratio et natura animi, quod erat aeque suum: perpetiebatur et cohibebat coercebatque infra sese violentias effrenati doloris. Nullos eiulatus, nullas conplorationes, ne ullas quidem voces indecoras edebat, signa tamen quaedam, sicut vidistis, exsistebant virtutis et corporis de possessione hominis pugnantium.’

Tum e sectatoribus Tauri iuvenis in disciplinis philosophiae 4
non ignavus: ‘si tanta’, inquit, ‘doloris acerbitas est, ut contra

---

QZBXOΠN

12 egrotus ille *Z* ‖ 13 albi *BZ* (*sq. fere* 4 *litt. lac., cui* C *inscr.*) *Πο* alba *O* abbi σ ‖ Gr *Q* ‘*v. c.* κοῖλον. *f.* κοιλίαν’ σ ‖ 14 affictari *Z* ‖ conp̄sos *X et ut vid. Q pr.* complexos *n* complexus *N* ‖ 15 hanelitus *QZ pr. in ras. XON* anelit' *B* ‖ 16 dolere mag *B* dolerem ag *b* ‖ iudicantes *O pr.* ‖ aduersus *BΠ* ‖ (§ 3) 17 accessisset *q* accerbisset *Q* accersisset et *X* ‖ collocutusque *Π* conloquutusq; *N* conlocutusquę *X* colloqutusq. *B* cū locutusq; *Q* conlocatusque *O pr.* ‖ 18 facienda* (˜) *X* ‖ medella] = σ: medela *QBΠN* ‖ eam *Π pr.* ‖ 19 tole*|rantiae *X* tollerantiae(tie *Z*) *ZO pr. N* ‖ 20 ad vehicula et ad comites] cum taurus (tauro *q*) *sq.* 8 *fere litt. lac. Q* ‖ redimus *X pr.* ueniremus *Π* ‖ 22 philosophoꝝ *B* ‖ 23 illā *B* ‖ ullā et naturā *Z* ‖ naturā orbi *Q pr.* ‖ suum — quod erat] *post* quod erat *om. Z* ‖ 24 contractio et *X* ‖ 25 aeque] *om. X* eq̃ *B* ‖ suum perpetiebatur. *Z* ‖ 26 cohercebatque *QΠ* coercebat q̃ *B pr.* cohercebat *Z* ‖ intra *O pr. Π* ‖ infra* sese *X* ‖ uiolentia *B* uiolenti|es *Z* ‖ eff****nati *X pr.* ‖ heiulatus *BΠN* beiulatus *Z* ‖ 27 nulla *Z* ‖ conpl*orationes (a) *X* ‖ 28 sicut quaedam *X* ‖ exhistebant *X* ‖ corporis] *f.* doloris *c* ‖ (§ 4) 31 est] set *X pr.* ‖

voluntatem contraque iudicium animi nitatur invitumque hominem cogat ad gemendum confitendumque de malo morbi saevientis, cur dolor aput Stoicos indifferens esse dicitur, non malum? cur deinde aut stoicus homo cogi aliquid potest aut dolor cogere, cum et dolorem Stoici nihil cogere et sapientem nihil cogi posse dicant?'

5 Ad ea Taurus vultu iam propemodum laetiore, delectatus enim videbatur inlecebra quaestionis: 'si iam amicus', inquit, 'hic noster melius valeret, gemitus eiusmodi necessarios a calumnia defendisset et hanc, opinor, tibi quaestionem dissolvisset; me autem scis cum Stoicis non bene convenire, vel cum Stoa potius. Est enim pleraque et sibi et nobis incongruens, sicut libro quem
6 super illa re composuimus, declaratur. Sed ut tibi a me mos geratur, dicam ego 'indoctius', ut aiunt, 'et apertius', quae fuisse dicturum puto sinuosius atque sollertius, si quis nunc adesset Stoicorum; nosti enim, credo, verbum illud vetus et pervolgatum:

Ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ καὶ σαφέστερον.'

Atque hinc exorsus de dolore atque de gemitu Stoici aegro-
7 tantis ita disseruit: 'Natura', inquit, 'omnium rerum, quae nos genuit, induit nobis inolevitque in ipsis statim principiis, quibus nati sumus, amorem nostri et caritatem, ita prorsus, ut nihil quicquam esset carius pensiusque nobis quam nosmet ipsi, atque

---

QZBXOΠN

32 nitantur *X* ‖ 33 cogat] = (*litt.* at *in ras.*) *x* ‖ 34 stoicvs *o* ‖

35 deinde*** *X* ‖ potest] posse *Z* ‖ 37 dicant̄ (‾ *ut vid. add. q*) *Q* ‖ (§ 5) 38 iam] *om. Π* ‖ prope modum *QZO* ‖ Delectat' *x:* Delect*t' *X* ‖ 39 enim iam *X ex sil.* ϛe ‖ si* (c) *X* ‖ hic] *om. X* ‖ 40 ad calūpnia *Z* ‖ 41 defendisse *X* defendis sit *Q pr.* ‖ 42 bene] *om. Z* ‖ Stoa] *Thysius g:* stoica ‖ Stoica potius disciplina *e* ‖ 43 et* nobis (a) *O* ‖ 44 supra *QZBO pr. Π* ‖ ea *BXOΠN* ‖ (§ 6) 45 inductius *X* ‖ 46 dicitur̄u *X* ‖ sinuos ios *X pr.* ‖ 47 et] *om. Π* ‖ puuolgatum *O* ‖

48 *Aristoph. ran. v.* 1445 *Ddf.* ‖ Gr. *Q* ‖ ΠΟC *B pr. Π* ‖ ΠΟCΙΠΕ *X pr.* ‖ ΚΙ *B* ‖ σαφέστερον] *Aristophanes, HStephanus spec. em. p.* 92 *sq., Thysius, g* (*Cobetus Mnem. n. s.* 7, 97): CaΦECTEPON (CaΦE-TEPON *ZB*) ΛΕΓΕ (aΕΓΕ *X* .aEtE. *B*) *libri, atque inde Mich. Apost. prov.* II 64[a], *Arsen.* III 39, *edd.* ‖ 49 de dolore] = *qx*: dedolore *o* dolore *ZX* 7 dolore *Q* dedolere *O* ‖ egr*tantis *X* ‖ (§ 7) 51 que] *add. x* ‖ 53 esset] *om. X* ‖ nosmetipsi *QBXOΠN* ‖

hoc esse fundamentum ratast conservandae hominum perpetuitatis, si unusquisque nostrum, simul atque editus in lucem foret, harum prius rerum sensum adfectionemque caperet, quae a veteribus philosophis 'τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν' appellata sunt: ut omnibus scilicet corporis sui commodis gauderet, ab incommodis omnibus abhorreret. Postea per incrementa aetatis exorta e seminibus suis ratiost et utendi consilii reputatio et honestatis utilitatisque verae contemplatio subtiliorque et exploratior commodorum incommodorumque dilectus: atque ita prae ceteris omnibus enituit et praefulsit decori et honesti dignitas ac, si ei retinendae obtinendaeve incommodum extrinsecus aliquod obstaret, contemptum est; neque aliud esse vere et simpliciter bonum nisi honestum, aliud quicquam malum, nisi quod turpe esset, existimatum est. Reliqua omnia, quae in medio forent ac neque honesta essent neque turpia, neque bona esse neque mala decretum est. Productiones tamen et relationes suis quaeque momentis distinctae divisaeque sunt, quae 'προηγμένα' et 'ἀποπροηγμένα' ipsi vocant. Propterea voluptas quoque et dolor, quod ad finem ipsum bene beateque vivendi

---

QZBXOΠN

54 esse] est *Q* ẽẽ quod *X* ‖ fundamentum ratast] *No:* fundamentum rata est *QB* fundamentum rata *Z* fundatast conseruandae *OΠ* fundata est. conseruandę *x* fundatast conseruante *X* ‖ 55 si*unusq. (n) *X* sum' quisq; *Q* ‖ simuletq; *ZB* ‖ 56 auetteribus *x* autteribus *X* ‖ 57 τὰ] IΛ *X* ‖ taptakatafisin *Π* ‖ omnibus] *ras. totidem fere litt. in Q* ‖ 58 commodis—incommodis] comodis *Z* ‖ 59 exorta e] exortę *X* exorte *Zb* exore *B* ‖ 60 ratio st *Z* ratio est *QXON* ‖ et] *om. X* ‖ utendi] = utn̄di *q:* utuli *ut vid. Q* ‖ utilitatis quae uero *X* ‖ 61 subtilior q̄ *B* ‖ et exploratior] et exploratio *Q* exploratio x ‖ commodorum incommodorumque] *RBentley* (*mus. phil.* 35, 634), *IHOnions journ. of philol.* XI 1882 *p.* 78: comm(com *Z*)odorumque *libri* commodorum quoque μ ‖ 62 atque ita] *om. B* ‖ 63 deori *Q* ‖ optinendamue *ZB* ‖ 64 incomodū *Z* ‖ aliquid *X* ‖ contentū *Z* ‖ neque] ne *X* ‖ 65 esset *x* ‖ 66 quod et *XO* ‖ ēē *Z* ‖ 67 in] *om. B* ‖ neque honesta—esse] *om. Q* ‖ 69 relaxiones *B* remotiones *aut* reiectiones (*cf. Cic. de fin.* III § 52) *HStephanus spec. emend. p.* 198 ‖ monentis *O* ‖ 70 Gr. *Q* ‖ προηγμένα] ς (*HStephanus l. l. p.* 197): ΠΡΟΗΓΟΥΜΕΝΑ *ZBXON* ‖ proegumena|saia. proegoymena *Π* ‖ ΕΤ *Z* ΕΤ *B:* ΕΓ *b* ΚΑΙ *N* CAI *O* CΛΙ *X* ‖ ἀποπροηγμένα] ς (*Stephanus*): ΑΠΟΠΡΟΗ(Ε *XO*)ΓΟΥΜΕΝΑ *BXON* ΑΠΟΠΡΟΗΓΟΥΜΕΝ. *Z* ‖ 71 beatoq. *X* ‖

pertinet, et in mediis relicta et neque in bonis neque in malis
8 iudicata sunt. Sed enim quoniam his primis sensibus doloris voluptatisque ante consilii et rationis exortum recens natus homo inbutus est et voluptati quidem a natura conciliatus, a dolore autem quasi a gravi quodam inimico abiunctus alienatusque est: idcirco adfectiones istas primitus penitusque inditas ratio ipsi post addita convellere ab stirpe atque exstinguere vix potest. Pugnat autem cum his semper et exsultantis eas opprimit obteritque et parere
9 sibi atque oboedire cogit. Itaque vidistis philosophum, ratione decreti sui nixum, cum petulantia morbi dolorisque exsultantia conluctantem, nihil cedentem, nihil confitentem, neque, ut plerique dolentes solent, eiulantem atque lamentantem ac miserum sese et infelicem appellantem, sed acres tantum anhelitus et robustos gemitus edentem, signa atque indicia non victi nec obpressi a dolore, sed vincere eum atque obprimere enitentis.
10 Sed haut scio', inquit, 'an dicat aliquis, ipsum illud, quod pugnat, quod gemit, si malum dolor non est, cur necesse est gemere et pugnare? Quia enim omnia, quae non sunt mala, molestia quoque omni non carent, sed sunt pleraque noxa quidem magna et pernicie privata, quia non sunt turpia, contra naturae tamen mansuetudinem lenitatemque opposita sunt et infesta per obscuram quandam et necessariam ipsius naturae consequentiam.

QZBXOΠN

72 pertinent *x* ‖ (§ 8) 73 quom *N* qđ *Q* quoniam in *X* ‖ hiis *Z* ‖ 74 uoluptatib;q. *X pr.* ‖ 75 ĭtus *b* ‖ a natura] natura *XOΠN* ‖ 76 ab graui *X* a*graui (d) *O* ‖ quodam] *om. Π* quod *ZB* quo *Q* ‖ inimico] *om. QZB* ‖ 77 poenitusque *X* ‖ inclitas *Z* ‖ ipsi post] *dubitanter h:* ipsi *QZB* post *XOΠN* ‖ 78 styrpe *Z* ‖ uis *X pr. O pr. ΠN* ‖ pugna *X* ‖ 79 is *X* hiis *Z* ‖ exultantes *Q* ‖ (§ 9) 81 decretis uti *OΠ* decreti suti *o* ‖ sui nixum] *ub*nixum *X* subnixum *x* ‖ cōpetulantia *Π* conpetulantia *XO pr.* ‖ 82 conluc*tantem (i) *X* ‖ cędentem *Π* edentem *O* ‖ 83 heiulantem *XOΠN* hieiulantem *Z in ras. B* ‖ 84 acres] egros *Q* ‖ agrestantū *ZB* ‖ anhelitus = *n:* han(*anh *O*)elitus *XON* anhelitu *QZB* ‖ 85 gemitu sedentē *Z* ‖ iudicia *Z* ‖ neque *ZXOΠ* ‖ 86 sed nitentis *X* ‖ (§ 10) 87 aliquid *Q* ‖ 88 dolor* (ē) *X* ‖ 90 caret *Z* ‖ noxia quidem *x* nox aquidem *ut vid. X* ‖ quid ē *Q* ‖ 91 magna] *om. X* ‖ natura *X* ‖ 92 mansuetudinem] = *N mg.:* consuetudinem *N* ‖ apposita *X* ‖ infesta] = *x:* festa|ta *X* ‖

Haec ergo vir sapiens tolerare et eluctari potest, non admittere
omnino in sensum sui non potest: ἀναλγησία enim atque ἀπάθεια
non meo tantum', inquit, 'sed quorundam etiam ex eadem porticu
prudentiorum hominum, sicuti iudicio Panaetii, gravis atque
docti viri, inprobata abiectaque est.

Sed cur contra voluntatem suam gemitus facere cogitur 11
philosophus Stoicus, quem nihil cogi posse dicunt? Nihil sane
potest cogi vir sapiens, cum est rationi obtinendae locus; cum
vero natura cogit, ratio quoque a natura data cogitur. Quaere
etiam, si videtur, cur manu alicuius ob oculos suos repente agitata
invitus coniveat, cur fulgente caelo a luminis iactu non sua sponte
et caput et oculos declinet, cur tonitru vehementius facto sensim
pavescat, cur sternumentis quatiatur, cur aut in ardoribus solis
aestuet aut in pruinis inmanibus obrigescat. Haec enim et pleraque 12
alia non voluntas nec consilium nec ratio moderatur, set naturae
necessitatisque decreta sunt.

Fortitudo autem non east, quae contra naturam monstri vicem 13
nititur ultraque modum eius egreditur aut stupore animi aut in-
manitate aut quadam misera ct necessaria in perpetiendis dolori-
bus exercitatione: qualem fuisse accepimus ferum quendam in

QZBXOΠN

94 eluctari] μ: cuntari *Z* cunctari *QBXOΠN* ‖ 95 pot GR ******. Non (enī atq.) *Q* ‖ aΝaΛΓECIa *X* aΝaΛΓΗCa *ZB* ‖ analgesia eminatq; apathianon. n̄ *Π* ‖ enim] eum *Z* ‖ aΠaΘIa *ZB* ‖ aΠaΘIaNON (. *N*) non *XΠN* ‖ 96 .Non *Z* ‖ ex eadem] = *x: om. XΠ* (ex eadem porticu *X m. rec. in mg.*) ‖ 97 secuti *Q* ‖ 98 adiectaq. *X* ‖ que] *om. Q fort. recte cf. adn. praef.* § 18 ‖ (§ 11) 100 nihil cōgi n̄ihil posse *B* ‖ posse cogi *Z* ‖ 101 cogi] *om. X* ‖ est] enī *Q* ‖ 102 uere *Z* ‖ quare *ZBXOΠ* ‖ 103 ab *O* ad *XNo* ‖ 104 inuetus conueniat (*sup. lin.* alit̄ inuitus couiueat) *X* ‖ fulgentē *QZB* ‖ aluminis *QZB* ‖ 105 ****tru *X pr.* tontru *Z* tonitruū (¯ *a q add. vid.*) *Q* ‖ facto sensim] factor sim *ZB* facto *Q* factṽ *q* ‖ 106 ster numentis *X* strnumentis *Q* sternutamentis *B ex sil. O m. rec.* ‖ *alterum* cur] = *x:* cum *X* ‖ ardoribus] *QZBXON:* ardore *Π* ‖ solus *X pr.* ‖ 107 aestu 7 *O* estu *B* ‖ īmanb; *Q* aut inmanibus *Z* ‖ (§ 12) Haec 7enim *Π* Haec et enim *O pr.* ‖ 108 oracio *Q* ‖ nat(e)ure (*ex compendio* n(e) = n̄e, *ut B fere scribere solet, et* nature *conflatum*) *Z* ‖ 109 decreata *X* ‖ (§ 13) 110 east] *N:* ea est ‖ vicem] *om. Q* uice *ΠO* ‖ 111 "egredit "eius *Z* ‖

[redacted]

ludo Caesaris gladiatorem, qui, cum vulnera eius a medicis exsecabantur, ridere solitus fuit: sed ea vera et proba fortitudost, quam maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum
14 et non tolerandarum. Per quod apparet, esse quaedam intolerabilia, a quibus fortes viri aut obeundis abhorreant aut sustinendis'.
15 Cum haec Taurus dixisset videreturque in eandem rem plura etiam dicturus, perventum est ad vehicula et conscendimus.

VI.

De aenigmate.

1 Quae Graeci dicunt 'aenigmata', hoc genus quidam ex nostris veteribus 'scirpos' appellaverunt. Quale est, quod nuper invenimus per hercle anticum, perquam lepidum tribus versibus senaris compositum aenigma, quod reliquimus inenarratum, ut legentium
2 coniecturas in requirendo acueremus. Versus tres hi sunt:

Semel minusne an bis minus sit nescio:
At utrumque eorum, ut quondam audivi dicier,
Iovi ipsi regi noluit concedere.

QZBXOΠNTY

115 nerba *ZB* ‖ fortitudost] *X* fortitudo st *O*: fortitudo est *QBXΠ* et] *om. Z* ‖ 116 maioris *Q pr. B, quod reciperem (et recepi h*), *nisi dubitarem, an* maioris nostri *tamquam gen. sing. cum proximo voc.* scientiam *coniunxerint librarii* ‖ dixerunt scientiā ee *B* scientiam dixerunt *X* ‖ dixerū *Q ut vid.* dixerīt *q* ‖ tollerandarum *Z* toleranda *X pr.* 117 et non tolerandarum] *post* tolerandarum *om. QZB. in mg. add. o* ‖ (§ 14) tol(ll *Z*,erabilia *QZB* ‖ 118 a] *om. XOΠN* ‖ aborreant *O pr.* ‖ *ad* sustinendis *teste i* impares sint *adscripsit PLambecius* (§ 15) 119 Cum] = *z:* aut *Z* ‖ uidisset sustinetur quę (que *x*) *X* ‖ uidererturq. *O* ‖ 120 etiam] *om. Q* ‖

VI. *Exstat in TY* (*lemm.*) 2 enigmate *QXOΠN et sic plerique infra:* enegmate *ZB* ‖ (§ 1) 3 e*nigmata (i *ut vid.*) *X* enicmata *B e XOΠNTY* ‖ 4 appollauerunt *X pr.* appellauerunt *T* ‖ quod] quę *T* qui *Y* ‖ 5 herclę *X pr.* ‖ hercleanticum *Π* ‖ antiqū *Bo* antiquum *QZNTY* ‖ perquem *O pr.* ‖ senaris] ς: senariis *XO m. rec.* senatoris *QZBOΠNTY* ‖ 6 relinquimus *Z* ‖ 7 coniecta sinrequirendo *Z* ‖ *acueremus *X* ‖ (§ 2) hii *Z* ‖ 8 minusq: *B pr.* minus *Z* ‖ minusnean *X pr.* ‖ ne—minus] *post* minus *sup. lin. add. O* ‖ sit nescio] *IFreinshemius ad Flor.* I 7, 8: non sit (fit *Z*) s; scio *QZB* non sit sat scio *OΠNTY* non sat scio *X ex sil., Ascens. Par.* 1536, *g* sit non sat scio *e* ‖ 9 At] *h:* An ‖ ut quondam] quod *X* ‖ audivi] *utraque*

Hoc qui nolit diutius aput sese quaerere, inveniet quid sit in 3
M. Varronis de sermone Latino ad Marcellum libro secundo.

VII.

Quam ob causam Cn. Dolabella proconsul ream mulierem veneficii confitentemque ad Ariopagitas reiecerit.

Ad Cn. Dolabellam, proconsulari imperio provinciam Asiam 1
obtinentem, deducta mulier Smyrnaea est. Eadem mulier virum 2
et filium eodem tempore venenis clam datis vita interfecerat atque id fecisse se confitebatur dicebatque, habuisse se faciendi causam, quoniam idem illi maritus et filius alterum filium mulieris, ex viro

---

QZBXOΠNTY

Colon. a. 1526: audiui ipsi ‖ dicier, Iovi ipsi regi] *edd. Colon.:* dicier ioui regi *XOΠN* dicierio uir egi *Y* dici erio uir egi *T* dici eri ouir|egi *Q* dici eri oui*|regi (r) *q* dici erio uiregi regi *B praeced. 7 fere litt. lac.* oui regi *Z* ‖ 10 uoluit *Z* ‖ concedere hoc *ZB* ‖ (§ 3) 11 hec *Y* ‖ nolit] *h:* noluit *QZB* nolet *XOΠNT* nollet *Y* ‖ q̄reret *QB* ‖ in] *om. ZTY* ‖ *Varr. de serm. Lat.* (ling. Lat. *male Bip.*) *ad M. Marcellum lib.* II *fr. p.* 189 *Bip.*, *fr.* 54 *p.* 180 *Wilm.* ‖ 12 mercellum *X* macellium *Z* ‖

VII. *Exstat in TY; adhibuit Amm. Marc.* XXIX 2, 19 (*cf. Herm.* 8, 279) *et Ioann. Sarisb. Policr.* IV 11 *p.* 254 *sq. G., Valerii Maximi testimonio et ipso ex G. repetito, quod a c λ CKempfio ed. Val. Max. p.* 45; 607 *perspectum est* ‖ (*lemm.*) 2 CN. *N cf.* § 1: GN. *BXO* GN̄. *Π* .GN. *Q* .G.N. *Z* ‖ dola bella *Q pr.* dolo*bella *X* dolobella *N* ‖ proconsularē mulierem *B* ‖ 3 areopagitas *QOΠNx* areo pagitas *X* ‖ areopagi (*litt.* tas reiecerit *macula in pag. extr. haustis*) *Z* ‖ (§ 1) 4 Adgn. *Q* ‖ Cn.] *Io. Sarisb.* CN. *N:* gn. *Z* .gn. *XB* gn̄. *Π* .GN̄. *T* .g.n. *Y* P. *Val. Max. l.* § 8 *l. cf. ibi Kempfii adn. quemque l. Drumannum coll. AHaakh in Paul. RE* II 688, 7, *PWehrmann fast. praet. p.* 46, *Guil. Wegehaupt P. Corn. Dolab.* (*M.-Gladbach* 1880) *p.* 3 *sq.* ‖ 5 mulier] *om. Z* ‖ Smyrnaea] *Iul. Par. cod. Vat. corr.* smyrnea *NTY:* smirnea *xo* scmyrnea *Π* scmirnea *XO* Zmyrnaea *Val. Max.* (zmyrnea *Bern.*), *Par. V pr.* Smyrnensis *Sarisb.* smyrne *Q* si|nyrne *Z* ‖ Smyrnaea—mulier] *post* mulier *om. B* ‖ (§ 2) Eadem] *f.* ea quidem *c* ‖ 6 uenis *X pr.* ‖ vita] *om. Q* una *HIMüller mus. phil.* 21, 430; *Büttner-Wobst, at v. Plaut. Trucul.* II 6, 37 *v.* 518 *Sch., quem spernere non debebat Müllerus, vir ceterum non minus cautus quam sagax* ‖ interficerat *Z* ‖ atque—dicebatque] *om. QZB* ‖ 7 se] *om. Π atque idem s. alterum* se *om. T; sup. lin. add. Y* ‖ 8 quom *N* ‖ q̃m id (isdem *Z*) atq; id fecisse se confitebatur. (. *om. ZB*) dicebatq; illi maritus (*lin.* 13) *rell. om. QZB* ‖ ille *XY* ‖

priore genitum, adulescentem optimum et innocentissimum, exceptum insidiis, occidissent. Idque ita esse factum, controversia non
3.4 erat. Dolabella retulit ad consilium. Nemo quisquam ex consilio sententiam ferre in causa tam ancipiti audebat, quod et confessum veneficium, quo maritus et filius necati forent, non admittendum inpunitum videbatur et digna tamen poena in homines sceleratos
5 vindicatum fuisset. Dolabella eam rem Athenas ad Ariopagitas,
6 ut ad iudices graviores exercitatioresque, reiecit. Ariopagitae, cognita causa, accusatorem mulieris et ipsam, quae accusabatur,
7 centesimo anno adesse iusserunt. Sic neque absolutum mulieris veneficium est, quod per leges non licuit, neque nocens damnata
8 poenitaque, quae digna venia fuit. Scripta haec historiast in libro Valerii Maximi factorum et dictorum memorabilium nono.

VIII.

Reditiones in gratiam nobilium virorum memoratu dignae.

1 P. Africanus superior et Tiberius Gracchus, Tiberii et C. Gracchorum pater, rerum gestarum magnitudine et honorum atque

---

QZBXOΠNTY

9 et innocentissimum] *add. o* ‖ 10 non erat] *om. TY* ‖ (§ 3) 11 r&tulit *O* ‖ concilium *Sarisb.* ‖ (§ 4) 12 quod] quia *T* ‖ 13 *f.* amittendum *σ* ‖ 14 inpunitum] *add. y* inpunitatum *O pr.* ‖ poena in] penā *Q* pena *q* ‖ *f.* poena homines—iuisset. *i* ‖ oẽs *X* ‖ sceleratas *O pr.* ‖ (§ 5) 15 dolebella *X* Dalabella *T* ‖ dolabellęam *B* dolabelleam *Z* ‖ athe∗nas *X* atthenas *Q* ‖ ad Ariopagitas] *QY m. rec.:* ad areopagitas *ZBOΠN* adareo pagitas *x* adreo pagitas *X* adriopagi(y *T*)tas *TY* ‖ 16 exercioresq; *Z* ‖ (§ 6) ariopagite *Q:* areopagitae (te *B*) *ZBOΠN* adriopagitae *TY* ‖ areopagitae cognita *x* areo pagita ecognita *X* ‖ 17 acusatorem *ZTY* actores *Sarisb.* ‖ 18 cente∗simo (n *s.* s) *X* centensimo *Y* ‖ abesse *v. l. ap. Sarisb.* ‖ (§ 7) 19 beneficium *QZBO pr. N* ‖ no∗cens (s) *X* ‖ 20 penitaq; *Z* punitaque *QBTO rec.* ‖ quae digna] digna que *Q* ‖ (§ 8) historia st *O:* hi(y *ZT*)storia est *QZBΠNTYx* historia∗| (š) *X* ‖ 21 *Val. Max. mem.* VIII 1 *amb.* 2 ‖ memorabilium] *om. XΠ* ‖ 22 nono] = *Sarisb.: om. B* nouo *Y* noue *T teste i* octavo *e et* VIIII *ex* VIII *ortum putans Kempfius l. l. p.* 45 *prob. m* 670 ‖

VIII. *Exstat in TY; hausit G. hoc caput ut praecedens, fonte tamen non indicato, ex Val. Max.:* § 1—4 *ex Val.* IV 2, 3, § 5 *et* 6 *ex Val.* IV 2, 1 *cf. m* 670 ‖ (*lemm.*) 2 dignate *O pr.* digna *Π* ‖ (§ 1) 3 P.] *om. Q; in mg. una cum numero capit. add. b col. caerul.; item, tamen ut* a *in* affricano *et ipsum a z add. vid., add. z* ‖ thib̃ius *Q* tyberius *ZT et*

vitae dignitate inlustres viri, dissenserunt saepenumero de repu-
blica et ea sive qua alia re non amici fuerunt. Ea simultas cum 2
diu mansisset et sollemni die epulum Iovi libaretur atque ob id
sacrificium senatus in Capitolio epularetur, fors fuit, ut aput eandem
mensam duo illi iunctim locarentur. Tum, quasi diis inmortalibus 3
arbitris in convivio Iovis optimi maximi dexteras eorum condu-
centibus, repente amicissimi facti. Neque solum amicitia incepta,
sed adfinitas simul instituta; nam P. Scipio, filiam virginem habens 4
iam viro maturam, ibi tunc eodem in loco despondit eam Tiberio
Graccho, quem probaverat elegeratque exploratissimo iudicii tempore, dum inimicus esset.

Aemilius quoque Lepidus et Fulvius Flaccus, nobili genere 5
amplissimisque honoribus ac summo loco in civitate praediti, odio
inter sese gravi et simultate diutina conflictati sunt. Postea populus
eos simul censores facit. Atque illi, ubi voce praeconis renuntiati 6
sunt, ibidem in campo statim, nondum dimissa contione, ultro uterque et pari voluntate coniuncti complexique sunt, exque eo die et in ipsa censura et postea iugi concordia fidissime amicissimeque vixerunt.

QZBXOΠNTY

sic complures codd. in sqq. ‖ 5 dignitatē *X* ‖ se(*s.* sae)pe numero *ZBOTY* ‖ 6 siuae *Y* ‖ quam *X in ras. ON* ‖ (§ 2) 7 diu mansisset] diuinasset (*sic*) *Z* diurnasset *g* ‖ mansissent *Q pr. X pr.* ‖ epulum] *om. Xϰg* ępulum *Π* ‖ Iovi] uini *T* ‖ 8 ępularetur *Π* ‖ 9 mensem *Xpr. O* ‖ iunctū *Z* ‖ (§ 3) . Tum] cū *Z* ‖ dies *X pr.* ‖ 10 opt|mi *Z* ‖ maxi *X* et maximi *x* ‖ dextæras *T* dext̄a *Z* ‖ 11 facta *X pr.* ‖ 12 ad finitas *ZX* ad finitos *x* ‖ insecuta *x* ‖ (§ 4) P.] *om. X* ‖ 13 iam iam ς (*Linc.*) iamiam λ ‖ in loco] *om. T* ‖ 14 elegerat q̃ *B* ‖ 15 esset] *Q:* est ‖ (§ 5) 16 lepidius *T* lepidus lepidus *B* ‖ Flaccus] = *Val. Max. l. l.:* Nobilior *Liv.* XL 45 *sqq. eundemque indicat et Cic. de prov. cons.* § 21 *praenomine* M. *et Fest. s. v.* religiones praecipuae *p.* 285 b, 3 *M. litt.* or *in loco lacero servatis, unde Valerii Maximi ratione non habita* Nobilior *Gellio etiam obtrusurus erat AWvGeer de font. Plut. in vit. Gracchor.* (*Lugd. Bat.* 1878) *thes.* XVIII ‖ genere* (*s.* **) *X* ‖ 17 ac] *Q:* ad *ZB* et *rell.* ‖ proditio dio *Z* ‖ 18 se *T* ‖ confl***ati *X* ‖ (§ 6) 19 fecit *X pr.* ‖ facitatq; *Z* ‖ ubi voce] = *o:* ubiue *O* ‖ 20 constione *O pr.* constitione *Π* ‖ utro *ZB* ‖ ultra utraq; *Q pr.* ‖ 21 complexi sunt *f. recte cf. adn. praef.* § 18 *Π* ‖ ex que *o* ex quo *O* ‖ 22 in ipsa] = *x, sed poster. litt.* a *parte s. erasa s. detersa:* in ipso *X* ‖

[redacted]

IX.

Quae dicantur vocabula ancipitia; et quod honoris quoque vocabulum ancipiti sententia fuerit.

1 Est plurifariam videre atque animadvertere in veteribus
scriptis, pleraque vocabula, quae nunc in sermonibus vulgi unam
certamque rem demonstrent, ita fuisse media et communia, ut
significare et capere possent duas inter se res contrarias. Ex
quibus quaedam satis nota sunt, ut 'tempestas', 'valitudo', 'facinus',
2 'dolus', 'gratia', 'industria'. Haec enim fere iam vulgatum est
ancipitia esse et utroqueversus dici posse.
'Periculum' etiam et 'venenum' et 'contagium' non, uti nunc
dicuntur, pro malis tantum dicta esse, multum exemplorum huius-
3 modi reperias. Sed 'honorem' quoque mediam vocem fuisse et
ita appellatum, ut etiam 'malus honos' diceretur et significaret
4 iniuriam, id profecto rarissimum est. Quintus autem Metellus
Numidicus in oratione, quam de triumpho suo dixit, his
verbis usus est: Qua in re quanto universi me unum anti-
statis, tanto vobis quam mihi maiorem iniuriam atque
contumeliam facit, Quirites, et quanto probi iniuriam
facilius accipiunt quam alteri tradunt, tanto ille vobis
quam mihi peiorem honorem habuit; nam me iniuriam
ferre, vos facere vult, Quirites, ut hic conquestio,
5 istic vituperatio relinquatur. Honorem, inquit, peiorem

QZBXOΠN

IX: XVIIII *Z* ‖ (*lemm.*) 2 ancipita *X pr.* ‖ quid *Z* ‖ uocabū *X* ‖ 3 ancipi *Q pr.* ‖ fuerit] *in pag. extr. om. X* ‖ (§ 1) 5 nun *Z* ‖ 6 communia] *Iunt. cf.* XV 13 *lemm.; Th. Vogel de A. G. sermone* I *p.* 20; *ann. phil.* 111, 568; *HHagen in Bursian. nunt. ann. a.* 1873 *p.* 1413: incommunia *QBXOΠN cf. h*[ra] 16 *sq.* in communi *e* (*g*μ) *cf. adn. sq.* ‖ in cōmmuni aut *verbis male dispestis Z* ‖ 7 dias *O pr.* ‖ 8 "nota sunt "satis *Π* ‖ ualetudo *XON* ‖ (§ 2) 9 ulgatum *O* ‖ 10 accipitia *O* accipia *X pr.* ‖ et—esse] *post* esse *omissa in mg. add. o* ‖ utroq; uersus *N* ‖ 12 tandem ϰ ‖ eiusmodi *ZBN* ‖ 13 repperias *ZXO pr. N* *repperias *Q* repperies *Πq* ‖ (§ 3) honore *Z* hoꝝ *Π pr.* ‖ mediam uoce *Zb* mediam in uoce *Q* mediam *B* ‖ 14 significatet *Q pr.* ‖ 15 est] *om. Q* ‖ (§ 4) .q. *N* ‖ 16 hiis *Z* ‖ 17 usus 7 qua *B* ‖ *Q. Caecilii Metelli Numidici or. de triumpho fr. p.* 275 *HM.*[2] ‖ re in *X* ‖ antistat *ZB* antistant *X* ‖ 18 tanto] in *X* ‖ nobis *Z* ‖ 19 facitis *Π* ‖ quirite s; *Z* ‖ ed *B* ‖ 22 ut] ul *QZB* ‖ conquęstio *O* ‖ 23 isti*| (c ?) *X* illic *B* ‖ uituperatier *B* ‖

vobis habuit quam mihi; cuius verbi sententia est, quam ipse quoque supra dicit: 'maiore vos adfecit iniuria et contumelia quam me'.

Praeter huius autem verbi notionem adscribendam esse hanc 6 sententiam ex oratione Quinti Metelli existimavi, ut definiremus, Socratis esse decretum: 'κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι'.

X.

Quod 'aeditumus' verbum Latinum sit.

'Aeditimus' verbum Latinum est et vetus, ea forma dictum, 1 qua 'finitimus' et 'legitimus'. Sed pro eo a plerisque nunc 2 'aedituus' dicitur nova et commenticia usurpatione, quasi a tuendis aedibus appellatus. Satis hoc esse potuit admonendi gratia dixisse *** 3 propter agrestes quosdam et indomitos certatores, qui nisi auctoritatibus adhibitis non comprimuntur.

M. Varro in libro secundo ad Marcellum de Latino 4 sermone 'aeditumum' dici oportere censet magis quam 'aedituum', quod alterum sit recenti novitate fictum, alterum antiqua origine

---

QZB[u] XOΠN

(§ 5) 24 quam mihi] *ϰ*: quam gratiam mihi ‖ sentncia *Q* ‖ (§ 6) 27 notitionem *X* ‖ 28 ex] ex hac *Z* ‖ definiremus] *ςe:* desineremus *QZBXOΠNσ* ‖ 29 Socratis] *Socr. ap. Plat. Gorg. p.* 508 *B* καὶ ἃ Πῶλον αἰσχύνῃ ᾤου συγχωρεῖν, ἀληθῆ ἄρα ἦν, τὸ εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ὅσῳπερ αἴσχιον, τοσούτῳ κάκιον *cf. p.* 489 *A* οὐ νόμῳ ἄρα μόνον ἐστὶν αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, οὐδὲ δίκαιον τὸ ἴσον ἔχειν, ἀλλὰ καὶ φύσει ‖ KaKOION *B* ‖ EINM *Z* EI *O* ‖ aΔΓKEIN *X* aIKEIN *ZB* ‖ ἀδικεῖν—ἀδικεῖσθαι] aΔIKEICΘaI *O pr.* ‖ E *ZBXΠ* ‖ 30 aΔIKEICTaI *Π* ‖

X. (*lemm.*) 2 edituni' *Z* ‖ (§ 1) 3 Aeditumus *Π* ‖ (§ 2) 4 Sed] *om. Q* (*i h[e]*) ‖ 5 editus *Z* editiuus *O pr.* ‖ dicitur] .ea **** *Q del. i* ‖ commentitia *XN* ‖ quesi *O pr.* ‖ ad tuendis *Z* adtuendis *B* ‖ 6 appellat̄ *x* appellat** (is *ut vid.*) *X* ‖ appellatus satis *ZB* ‖ (§ 3) *in voc.* potuit *expl. B, in* admonendi *inc. B[u]* ‖ *lac. post* dixisse *indic. h[e], talibus fere verbis:* sed melius erit aliquot exempla addidisse *explendam* ‖ 7 propter] = σ: praeter *X ϰ ECAOtho* ‖ 8 non] *om. Z* ‖ (§ 4) 9 *Varr. de serm. Lat.* (*cf. c.* 6, 3 *adn.*) *ad M. Marcellum lib.* II *fr. p.* 189 *sq. Bip., fr.* 54 ([a]) *p.* 179 *sq. Wilm.* ‖ marcelliū *Z* ‖ 10 edit*tumū (. i) *q* editimum *ut vid. in litura Q* editūmū *Z* ‖ optere *Q* ‖ *ditu*ùm *X pr.* ‖

[redacted]

5 incorruptum. Laevius quoque, ut opinor, in Protesilaodamia 'claustritumum' dixit, qui claustris ianuae praeesset, eadem scilicet 6 figura, qua 'aeditumum' dici videbat, qui aedibus praeest. In IV in Verrem M. Tullii in exemplaribus fidelissimis ita inveni scriptum: Aeditumi custodesque mature sentiunt, in libris 7 autem hoc vulgariis aeditui scriptum est. Pomponi fabula atellania est, quae ita scripta est: Aeditumus. In qua hic versus est:

Quí postquam tibi appáreo atque aeditumor in templó tuo.

8 Titus autem Lucretius in carmine suo pro 'aedituis' aedituentes appellat.

XI.

Errare istos, qui spe et fiducia latendi peccent, cum latebra peccati perpetua nulla sit; et super ea re Peregrini philosophi sermo et Sophocli poetae sententia.

1 Philosophum nomine Peregrinum, cui postea cognomentum Proteus factum est, virum gravem atque constantem, vidimus,

---

QZB^u XOΠNTY

12 incorrupt*um *X* ‖ (§ 5) Laevius] *ONx* (*cf. FOsann anal. crit. p.* 54; *FG Welcker griech. Trag. p.* 1368; 1372): leuius *QZB^u XΠ* liuius *x* ‖ *Laev. fr.* XII *Weich. PLR p.* 78 *cf. p.* 76 *sqq.; fr.* 21 *LM. ed. Catull. p.* 82 ‖ protes^{i}laodamia *B^u* prote silaodamia *X pr.* prothesilao damia *Π* Protesilaudamia *ubique restitui iubet HUsener ann. phil.* 91, 227 *sqq., huius loci, cuius vv. ll. ei non praesto erant, non immemor p.* 228 ‖ 13 claustri tumum *O* ‖ quid *O pr.* quod *Π* ‖ clautris *B^u* ‖ eademq; figura *Z* ‖ scilicet et figura *O pr. Π* ‖ 14 quaeditumū *O* ‖ *ęditumum (a˜) *X* ‖ (§ 6) In quarta in (*aut* IIII in) *Th. Vogel ann. phil.* 111, 573: in ‖ 15 *post* exemplaribus *sex fere litt. eras. in X* ‖ *Cic. in Verr.* II IV § 96 ‖ 16 ae(*s.* e)ditui *codd. Cic. superstites omnes* ‖ custodes qui *X* cu|fit desq; *B^u* custodes *in ras. z* ‖ maturę *OΠ* ‖ 17 uulgarus *Q* uulgarius *q* ‖ (§ 7) pomponii *QZΠN* pompinii *B^u* ‖ 18 atelliana *Π* ‖ quae—est] *post* est *om. Q* ‖ inscripta ϛe *vg.* ‖ *Pompon. Aedit. fr. p.* 225 *Ribb.*[3] ‖ 20 tibi] ubi *Non. s. v.* aedituor *p.* 75, 15 *M.* ‖ postquam appareo tibi *Bothius* tibi postquam appareo *Munkius* ‖ aedituor *Nonius* ‖ 21 tuo] *om. Nonius* ‖ (§ 8) 22 *Lucr.* VI 1275 *L. M.* (1273 *B.*) ‖ *aedituis (h) *X* ‖ *post* appellat *Lucretii versus* 1273 *med.* — 1275 *L.* (oneratаque passim — aedituentes) *add. e, om. x* ‖

XI. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 3 et] ex *x in ras.* ‖ sofocli *QZB^u O* sofoclis *x in ras.* sophocle *Π* ‖ 4 poet e *X pr.* ‖ (§ 1) 6 protheus *ΠTYo* ‖ factus *Π* ‖ contantem *ZB^u* ‖

cum Athenis essemus, deversantem in quodam tugurio extra urbem.
Cumque ad eum frequenter ventitaremus, multa hercle dicere eum
utiliter et honeste audivimus. In quibus id fuit, quod praecipuum
auditum meminimus.

Virum quidem sapientem non peccaturum esse dicebat, etiamsi 2
peccasse eum dii atque homines ignoraturi forent. Non enim 3
poenae aut infamiae metu non esse peccandum censebat, sed
iusti honestique studio et officio. Si qui tamen non essent tali 4
vel ingenio vel disciplina praediti, uti se vi sua ac sua sponte
facile a peccando tenerent, eos omnis tunc peccare proclivius
existimabat, cum latere posse id peccatum putarent inpunitatemque
ex ea latebra sperarent; 'at si sciant', inquit, 'homines, nihil 5
omnium rerum diutius posse celari, repressius pudentiusque pecca-
bitur'. Propterea versus istos S o p h o c l i, prudentissimi poetarum, 6
in ore esse habendos dicebat:

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδέν, ὡς ἅπανθ' ὁρῶν
Καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

QZB^u XOΠNTY

7 attenis *Q* atthenis *q* ‖ diuersantem *X* ‖ tigurio *Z* ‖ 8 ercle *X* ‖ dicereũ *O* ‖ 9 honesta *QZB^u* ‖ audiuimus. quibus *TY* ‖ precipuum *t* principuum *T* ‖ 10 auditu *f. recte To* ‖ (§ 2) 11 etiamsi — censebat] *post* dicebat *om. Π* ‖ 12 ignaraturi *TO* ignoturi *Q* ‖ forent] = *z; **orent *Z* orent *Q* ēent *q* ‖ (§ 3) 13 poene *Q* pene *ZB^u* penę *Y* pęnę *T* pooenae *X* ‖ aut] atq; *B^u* ‖ censebat] *om. X* ‖ 14 officiosi (. *XΠT*) qui *XOΠTY* offitiosi qui *Z* ‖ (§ 4) 15 *prius* vel] *om. X* ‖ ut *N* ‖ *alterum* sua] *om. XOΠNTY* ‖ 16 eas *Z* ‖ oīs *QTY* ‖ pcliuis *Z* ‖ 17 existimabant] *Z* ‖ id—posse] *lin.* 19 *post* posse *om. O, in mg. add. o* ‖ putarent] peccarent *Q* ‖ impunitāq; *Z* ‖ (§ 5) 18 at] ς: ac ‖ si] = *add. x* ‖ 19 caelari *ΠN* celerari *Q pr.* celeri *O pr.* ‖ repressius] = σ: .se pressius *N* ‖ pudenti'q; (u *suprascr.*) *B^u* ‖ (§ 6) 20 **uersus (ad) *X* ‖ *nonne* pudentissimi *?* ‖ potarum *X* ‖ 21 *in* dicebat *expl. TY* ‖ *Soph. Hipponoi fr.* 280 *p.* 155 *Nck. cf. Clem. Alex.* ςρωμ. VI *p.* 742 *Pott.; Stob. ecl. phys.* I 8, 17 ‖ 22 Gr *Q* Prostayta criptemedenos apantoron|kaipantakoyonpantanaptysseicronos *Π* ‖ TAY TAKPYΠ TEMH AENωCA|ΠANT.OPO(ω *x*)N *X* ‖ KAPYΠTE *Z* κρύπτεται *v. l. Stob. August. et Harl.* ‖ MH.ΔEN *Z* MHΔE|N *B^u* ‖ ἅπανθ'] *v. l. ap. Stob.* AΠANT(. *N*)*ZB^u ON:* ὁ πάνθ' *Clem., Stobaei Vat. Aug. Escor.* ‖ 23 ΠANTA *XON:* ANTA *ZB^u* ‖ ΠANTANAΠTYCCEI *ZB^u ON:* ΠANTANAΠTICCEI *X* ‖ ἀναπτύσει *Stobaei Harl.* ‖

7 Alius quidam veterum poetarum, cuius nomen mihi nunc memoriae non est, Veritatem Temporis filiam esse dixit.

XII.

Faceta responsio M. Ciceronis amolientis a se crimen manifesti mendacii.

1 Haec quoque disciplina rhetorica est, callide et cum astu res criminosas citra periculum confiteri, ut si obiectum sit turpe aliquid, quod negari non queat, responsione ioculari eludas et rem facias risu magis dignam quam crimine. Sicut fecisse Ciceronem scriptum est, cum id, quod infitiari non poterat, urbano
2 facetoque dicto diluit. Nam cum emere vellet in Palatio domum et pecuniam in praesens non haberet, a P. Sulla, qui tum reus
3 erat, mutua sestertium viciens tacita accepit. Ea res tamen, priusquam emeret, prodita est et in vulgus exivit, obiectumque ei est,
4 quod pecuniam domus emendae causa a reo accepisset. Tum Cicero, inopinata obprobratione permotus, accepisse se negavit ac domum quoque se empturum negavit atque 'adeo', inquit, verum sit, accepisse me pecuniam, si domum emero'. Sed cum postea emisset et hoc mendacium in senatu ei ab inimicis obiceretur, risit satis atque inter ridendum: 'ἀκοινονόητοι', inquit,

---

*QZB*ᵘ *XOΠN*

(§ 7) 24 XII *in mg. X* ‖ Alius** (*s.* *** = q* *s.* q**) *X* ‖ quidem *O* ‖ nunc] *om. Z* ‖

XII: *num. nota h. l. caret X cf. c.* 11, 7. *Adhibuit* § 2 *sqq. Ioann. Sarisb. Policrat.* V 15 *p.* 323 *G.* ‖ (*lemm.*) 2 Facęta *x* Face**ta (r*) *X* ‖ ciceronis m. *Π pr.* ‖ a se] *om. B*ᵘ ‖ trim̄ *X pr.* ‖ mendatii *QΠ* ‖ (§ 1) 3 est] *om. X* ‖ hastu *O* ‖ astu res] = *x:* aestuares *X* ‖ 4 criminossas *X pr.* ‖ si] = *z:* sibi *Z* ‖ 5 $\overset{\text{ue}}{\text{nqat}}$ *B*ᵘ nequeat *Z* ‖ iocularíae ludas *B*ᵘ ‖ 6 risum *Z* ‖ crimīe ne *Z* ‖ 7 uerbano *X pr.* ‖ 8 que] *om. B*ᵘ ‖ dictu *Π pr.* ‖ (§ 2) 9 inpresens *Z* ‖ a. p. *B*ᵘ .a.p. *Z* ‖ tunc *Z Sar.* ‖ 10 mutuo *Π Sar.* ‖ mutuaşses|terciū *B*ᵘ ‖ ses terciū *Q* ‖ uicies *XΠNo Sar.* ini**|ens *Z* initi|ens *z* ‖ tacita] = *ICuiacius ad D.* II 14, 47, 1 *opp.* I 823 *ed. Ven.* 1758 *cf. opp. post.* (*Lut. Par.* 1758) IV 1, 1139: tacitae *q* tacite se *Sar.* ‖ (§ 3) 11 emeretur *Sar.* ‖ in] *om. X* ‖ 12 causam *Z* ‖ (§ 4) 13 cycero *Π* ‖ ob(p *OΠ*)probatione *ZOΠ* exprobratione *Sar.* ‖ 14 ac—negavit] *post* negavit *om. X, in mg. add. x* ‖ se] *om. B*ᵘ ‖ 15 conpostea *X* ‖ 16 mendatium *ZXΠN* ‖ ab inimicis] = *Sar.:* abamicis *QZB*ᵘ ‖ 17 ἀκοινονόητοι] = *CFHermann vind. Iuven. Gott.* 1854 *p.* 13 *sq.; adn. ad Iuv.* VII 218 *in*

'homines estis, cum ignoratis, prudentis et cauti patrisfamilias esse, quod emere velit, empturum sese negare propter competitores emptionis'.

XIII.

'Intra Kalendas' cum dicitur, quid significet, utrum 'ante Kalendas' an 'Kalendis' an utrumque; atque inibi, quid sit in oratione M. Tulli 'intra oceanum' et 'intra montem Taurum' et in quadam epistula 'intra modum'.

Cum Romae a consulibus iudex extra ordinem datus pro- 1
nuntiare 'intra Kalendas' iussus essem, Sulpicium Apollinarem, doctum hominem, percontatus sum, an his verbis: 'intra Kalendas' ipsae quoque Kalendae tenerentur, dixique ei, me iudicem videlicet datum Kalendasque mihi prodictas, ut intra eum

---

QZB^uXOΠN

praef. ed. p. XXVII: AKOINON|HTOI *Π* ἀκοινονοητοί *ςx* ἀκοινώνη(*s.* ι)τοι *ςe* ἀνοικονόμητοι *HStephanus spec. em. p.* 166 *sq. cf. Bentleius ad Hor. serm.* I 3, 65; *mus. phil.* 35, 634 Gr *Q* (imprudentes *Sar.*) ‖ 19 se empturum esse *Sar.* ‖ se *Π* ‖ cōpetn̄tiores *B^u* cōpetitiones *Z* ‖ 20 emptiones *B^u pr.* ‖ XIII: XIII. capitulum. XIII. (ĩcipit lib) *B^u* XVIII. *Z; inde a* Nam (*cf. adn.*) tres § 7 *lin.* 32 — in feriis § 10 *extr. exstat in TY; adhibuit Non. s. v.* intra *p.* 530, 12 *M. cf. ann. phil.* 85, 779; 797 ‖ (*lemm.*) 2 calendas *ZB^u et sic passim libri per hoc caput cf. adn. lin.* 7 ‖ qui *X pr.* ‖ ante] an *X* ‖ an] **** an *Q* ‖ 3 anūtrum (que *om.*) *X* ‖ orationem tulli *QZ* ‖ tullii *B^uXOΠN* ‖ 4 intra] *om. Z* ntra (i *post* i *om.*) *Q pr.* ‖ occcanum *ZΠ* ‖ taurum montem *Π* ‖ et] *om. Q* ‖ in] *om. B^u* ‖ (§ 1) 6 roma** (*s.* ***) *X pr.* ‖ 7 Kal. *Π* kal. *ZB^uO* Kal̄ *X et aut sic aut* kl̄ *in loco maculoso q* cal̄ *Q* .KL. *N ac similiter et* Klę *et* Kl̄as *et* Kl̄is *et* Kl̄rum (*Π lin.* 117) *et* Kalē (*O lin.* 44 ante Kalē) *et* Kal̄as (*Π lin.* 114) *et* Kal̄is (*Π lin.* 52) *codd. passim per hoc caput cf. adn. lin.* 2 ‖ esset *X* ‖ suppliciū appollinarē *Z* apollinarem sulpicium *Π* ‖ 8 pconctatus *Q* percunctatus *Π* perconat' *ZB^u* ‖ sum an in] = *b^u:* sumam *B^u* ‖ sūmam *Z* ‖ hiis *Zb^u* ‖ ueb *B^u pr.* ‖ inī *Z* ‖ 9 dixq; *B^u* dixitq; *X* ‖ ei, me iudicem uidelicet datum] iudicē *ante* uidelicet *in archet. excidisse ratus h:* ei me uidelicet datum *ZB^uXOΠN* ei uidelicet datum *Q* ei me uidelicet datum iudicem *n in mg.* *ς* ei, iudicem me datum *Wesenbergius ap.* μ ei videlicet, datum me *Th. Vogel ann. phil.* 111, 574 ‖ 10 kal (. *ΠN*) quae *O pr. ΠN* ‖ prodictas] = *x*; *HStephanus spec. em. p.* 119 *sq.;* 134*; VAcidalius et Muretus ad Tac. ann.* II 79: predictas *q* productas *e* ‖

2 diem pronuntiarem. 'Cur', inquit, 'hoc me potius rogas quam ex istis aliquem peritis studiosisque iuris, quos adhibere in consilium
3 iudicaturi soletis?' Tum illi ego ita respondi: 'Si aut de vetere', inquam, 'iure aut recepto aut controverso et ambiguo aut novo et constituto discendum esset, issem plane sciscitatum ad istos, quos
4 dicis: sed cum verborum Latinorum sententia, usus, ratio exploranda sit, scaevus profecto et caecus animi forem, si, cum
5 haberem tui copiam, issem magis ad alium quam ad te'. Audi igitur', inquit, 'de ratione verbi quid existimem, sed eo tamen pacto, ut id facias, non quod ego de proprietate vocis disseruero, sed quod in ea re omnium pluriumve consensu observari cognoveris; non enim verborum tantum communium verae atque propriae significationes longiore usu mutantur, sed legum quoque ipsarum iussa consensu tacito oblitterantur'.

6 Tum deinde disseruit, me et plerisque aliis audientibus, in hunc ferme modum: 'Cum dies', inquit, 'ita praefinita est, ut iudex 'intra Kalendas' pronuntiet, occupavit iam haec omnes opinio, non esse dubium, quin ante Kalendas iure pronuntietur, et id tantum ambigi video, quod tu quaeris, an Kalendis quoque iure
7 pronuntietur. Ipsum autem verbum sic procul dubio natum est atque ita sese habet, ut, cum dicitur 'intra Kalendas', non alius accipi dies debeat quam solae Kalendae. Nam tres istae voces 'intra, citra, ultra', quibus certi locorum fines demonstrantur, singularibus
8 aput veteres syllabis appellabantur 'in, cis, uls'. Haec deinde

QZB^u XOΠNTY

(§ 2) 12 est udiosisq. *X* est-udiosisq. *x* ‖ adbibere *Q pr.* ‖ 13 ita ego *X* ego *Z* ‖ (§ 3) aut *X pr.* ‖ deuertere *X* ‖ 14 ambuo *Q* ‖ 15 dicendum *Z* ‖ esset se in planū *Z* essetis se in planie *B^u* esset isse in plane *b^u* ‖ (§ 4) 16 explorā** *B^u pr.* ‖ 17 ce[i]|cus (*in mg.* ci[or]) *B^u* cetus *Z* ‖ (§ 5) 19 existimen (. *N*) *QN* ‖ se|deo *O pr.* ‖ 20 parto *X* ‖ id] *om. N* ‖ ppriaetate *X* ‖ vocis] *om. XOΠN* ‖ 21 pluriumne *Q* ‖ 22 comunium *Z* ‖ 23 significatione *X* significationis *B^u pr.* ‖ usum utant *Z* ‖ uitantur *Q* vitiantur *c* ‖ 24 oblitterrantur *X* ‖ (§ 6) 25 de inde *X* ‖ 27 pronunciat *ZB^u* ‖ omīs *O* ‖ 28 pronuntiatur *O pr.* pronuncia**|etur *X* ‖ (§ 7) 30 sic] si *Z* ‖ 32 incipi *ZB^u* ‖ *A voc.* Nam (= *y litt.* N *in mg. appicta* Iam *Y*) *inc. TY* ‖ 34 ueteeres *X* ‖ appellantur *T* ‖ in cis uls] *litt. maiusc. exhibent libri fere omnes, lac. rel. om. X:* IN.Š. CI.Š. UL.Š. *x* ‖ UĪS. *Z* V** (*s.* ***) *Q* Vl *in ras. q* ‖ (§ 8) hee *Z* ‖

particulae quoniam parvo exiguoque sonitu obscurius promebantur,
addita est tribus omnibus eadem syllaba, et quod dicebatur 'cis
Tiberim' et 'uls Tiberim' dici coeptum est 'citra Tiberim' et
'ultra Tiberim'; item quod erat 'in', accedente eadem syllaba,
'intra' factum est. Sunt ergo haec omnia quasi contermina iunctis **9**
inter se finibus cohaerentia: 'intra oppidum', 'ultra oppidum',
'citra oppidum', ex quibus 'intra', sicuti dixi, 'in' significat: nam **10**
qui dicit 'intra oppidum', 'intra cubiculum', 'intra ferias', non
dicit aliud quam 'in oppido', 'in cubiculo', 'in feriis'.

'Intra Kalendas' igitur non 'ante Kalendas' est, sed 'in **11**
Kalendis', id est eo ipso die, quo Kalendae sunt. Itaque secun- **12**
dum verbi ipsius rationem qui iussus est 'intra Kalendas' pro-
nuntiare, nisi Kalendis pronuntiet, contra iussum vocis facit: nam, **13**
si ante id fiat, non 'intra' pronuntiat, sed 'citra'. Nescio quo **14**
autem pacto recepta vulgo interpretatio est absurdissima, ut 'intra
Kalendas' significare videatur etiam 'citra Kalendas' vel 'ante
Kalendas', nihil enim ferme interest. Atque insuper dubitatur, an **15**
Kalendis quoque pronuntiari possit, quando neque ultra neque citra,
set, quod inter haec medium est, 'intra Kalendas' pronuntiandum sit.

QZB^u XOΠNTY

35 quom *N* ‖ 37 *sq.* tyberim *quater ZT* ‖ et uls Tiberim] *om. X* et ul. tiberim *B^u* et ultyberim *Z* et ultra tiberim *Q* ‖ et ultra Tiberim] *om. X* ‖ 38 quę *T* (*ex Q affert i*) *i* ‖ in accidente *T* ‖ accidente *Z* ‖ 39 fractum *Z* ‖ fẽm ∻ fractum est *B^u* ‖ (§ 9) 40 se] de *Q* ‖ finibus] sillabis *T pr.* ‖ opidum *ubique h. l. Q pr. passimque alii* ‖ 41 ex quibus—oppidum] *post* oppidum *om. T* ‖ (§ 10) 42 ***** intra cubiculum (ex***) *Q* ‖ cubilum *Π* ‖ (§ 11) 44 igitur|g (i) *B^u* ‖ est] *om. XOΠ* ‖ 45 id est ***** (id est) *X* ‖ (§ 12) 46 iusus *X pr.* uisus *O pr.* ‖ pronunciari *ut vid. Q pr.* ‖ 47 nis* *X pr.* ‖ (§ 13) 48 pronunciet *X* ‖ cura *X pr.* ‖ (§ 14) nesci *B^u pr.* ‖ autem quo *Π* ‖ 49 pecto *X pr.* ‖ uulga *X pr.* ‖ 50 uideanť *Q* uideať|ur *B^u* ‖ 51 nihil] nisi *Z* ‖ (§ 15) adque *O pr. Π pr.* ‖ an Kalendis] *s.* an kľis *QZB^uo, quod afferendum erat h^{va}* 63, 179 .an. Kalendis *N:* ante Kalendis (Kaľis *Π*) *XOΠ* an ante Kalendas *ϰ vg.* (*h^e merito castigatus a* μ) anne Kalendis μ ‖ 52 quando] quum μ, *at v. h^{va}* 63 ‖ citra] *om. X pr.* ‖ 53 est] *om. Q* ‖ kalende *Z* kelende *B^u* ‖ *post* Kalendas *add.* si kalendis (kal. *Z*) *QZB^u* id est Kal (Kaľ *X* Kľ *O*) *XOΠ* = id est kalendis *s.* calendis *edd.* idesto. Kal. *N* scilicet Kalendis *h^e*; *del. h* ‖ sit] est *Π pr.* ‖

16 Sed nimirum consuetudo vicit, quae cum omnium domina rerum, tum maxime verborum est.'

17 Ea omnia cum Apollinaris scite perquam atque enucleate disputavisset, tum ego haec dixi: 'Cordi', inquam, 'mihi fuit, priusquam ad te irem, quaerere explorareque, quonam modo veteres nostri particula ista, qua de agitur, usi sint, atque ita invenimus Tullium in tertia in Verrem scripsisse istoc modo: Locus intra oceanum iam nullus est, neque tam longincus neque tam reconditus, quo non per haec tempora nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit.

18 Intra oceanum dicit contra rationem tuam; non enim vult, opinor, dicere, 'in oceano': terras enim demonstrat omnis, quae oceano ambiuntur, ad quas a nostris hominibus adiri potest, quae sunt 'citra oceanum', non 'in oceano'; neque enim videri potest insulas significare nescio quas, quae penitus esse intra aequora ipsa oceani dicuntur'.

19 Tunc Sulpicius Apollinaris renidens: 'non me hercule inargute', inquit, 'nec incallide opposuisti hoc Tullianum: sed Cicero intra oceanum, non, ut tu interpretare, 'citra oceanum'

20 dixit. Quid enim potest dici 'citra oceanum' esse, cum undique

---

QZB^u*XOΠN*

(§ 16) 54 nimium *Π* ‖ (§ 17) 56 Ea] & *X* ‖ appollinaris *Z* apolinaris *Q pr.* ‖ scitepe quam *Z*B^u ‖ enucleatī *x* enucleatiter* (t) *X* ‖ 57 haec] *om. X* ‖ 58 a te *q* ‖ explorare. quęnam modo *X* ‖ quonam] conam *O pr.* q̃m (*i. e.* quoniam) *Z* ‖ 59 ita] *om. Q* ‖ 60 intcia *Q* inter cia *X* ‖ scripsis *Z* ‖ isto *Q* (. *N*) est (ē *OΠ*) aut *OΠN* est autem *X* ‖ *distinguendi notam om. OΠN* ‖ *Cic. in Verr. or.* II III § 207 ‖ 61 locus. *N* lacus *X* ‖ occeanū *Z*B^u *et sic passim libri per sqq.* ‖ tam longincus neque] *post* neque *om. Cic. Lagom.* 42 ‖ longinquus *ZXΠN* = *libri Cic. ex sil. editorum* ‖ 62 reconditus] = *x:* recondicit *tum* quo non—dicit *lin.* 64 *om. X* ‖ 63 persuaserit. *Z* ‖ (§ 18) 65 oceano *X* ‖ demostrat *Q* ‖ oms *Q* = oēs B^u *pr.* ‖ 66 quae—potest] *post* potest *om. Q* ‖ 68 quasq; penitus *O pr.* ‖ īt *Q* ‖ *ęquora (ę) *X* equorea *Z* ‖ (§ 19) 70 Tum *Π* ‖ sulpitius *Z* suspici' *Q* ‖ appollinaris *Z* ‖ rinidens *Π* ‖ meercule *x* mercule *QZN* m hercle B^u in hercule *O* ‖ 71 n B^u ‖ callide *QZ*B^u ‖ 72 non uitu *Z*B^u ‖ interpretaret *X pr.* ‖ (§ 20) 73 pot dic *Q* ‖ citra] *om. Q* citro *O* ‖ esse] *om. Q* ‖

oceanus circumscribat omnis terras et ambiat? Nam 'citra' quod est, id extra est; qui autem potest 'intra' esse dici, quod extra est? Sed si ex una tantum parte orbis oceanus foret, tum quae terra ad eam partem foret, 'citra oceanum' esse dici posset vel 'ante oceanum'; cum vero omnis terras omnifariam et undiqueversum circumfluat, nihil citra eum est, sed, undarum illius ambitu terris omnibus convallatis, in medio eius sunt omnia, quae intra oras eius inclusa sunt, sicuti hercle sol non citra caelum vertitur, sed in caelo et intra caelum'.

Haec tunc Apollinaris scite acuteque dicere visus est. Sed 21
postea in libro M. Tullii epistularum ad Servium Sul-
picium sic dictum esse invenimus intra modum, ut 'intra
Kalendas' dicunt, qui dicere 'citra Kalendas' volunt. Verba haec 22
Ciceronis sunt, quae adposui: Sed tamen, quoniam effugi
eius offensionem, qui fortasse arbitraretur, me hanc
rem publicam non putare, si perpetuo tacerem, modice
hoc faciam aut etiam intra modum, ut et illius volun-
tati et meis studiis serviam. Modice dixerat hoc faciam, 23
id est cum modo aequo et pari; deinde, quasi hoc displiceret 24

QZB^uXOΠN

74 oceanum circum scribat *X* ‖ 75 id extra] dextra *X* in dextra *O pr. Π* ‖ id ÷ extra ÷ *Z* ‖ intesse *Z* ‖ 76 si] *sup. lin. o* ‖ or|orb *B^u* ‖ oceanus*** *X* ‖ tum quae—foret] = *i in adn. Z* (*Lugd. mai.*) *et X* (*min.*) *permut.*: *om. ZΠN* & *O* ‖ 78 undiq; uersum *Z* undiq; uersu *Q* undiq;—uersus *q* ‖ 79 circunfluat *N* ‖ contra *Q pr. OΠ* ‖ eum] *lac.* 5 *fere litt. rel. om. Z* ‖ 80 conuallitis *X pr.* circumvallatis μ (603 *cf.* 589) ‖ **sunt (in) *O* ‖ 81 horas *ZB* ‖ inclausa *X pr.* ‖ ercle *X* ‖ vertitur—caelum] *post* caelum *om. X*: uertitur. sed in celo et in celum *x in mg.* ‖ in|tra *Q* intra (, *add. z*) *Z* ‖ (§ 21) 83 Seppostea *X* ‖ 84 aepistolarum *O* ‖ seruinū *Z* ‖ 85 sicut *XΠ* sic ut *O* sic** *x* (*iterum ad Z refert i, quae ad X spectant*) ‖ sicut dictum est, esse *i cf. adn. sq.* ‖ ē ēē *Q* ‖ ut intra] intra *O pr. Π* .Intra *Q* ĩ *B* ‖ (§ 22) *Cic. epp.* IV 4, 4 ‖ 87 quom *N* ‖ effugi] *sup. lin. add. b^u* ‖ 88 offensionem] *ed. Paris. a.* 1536, *Cicero*: occasionem ‖ 89 rem publicam] *Cicero* = Remp. *ed. Paris. a.* 1536: rem im(*s.* ī)perite *ZB^uXOΠN* rem imptire *Q* ‖ si] *om. Π* ‖ perpetuo non *Z* ‖ modice—intra] *ante* modum *om. X, in mg. add. x* ‖ 90 aut *B^u* ‖ 91 ineis *Z* ‖ (§ 23) dixerat. hoc id *N* ‖ hoc faciam] *om. O* ‖ faciam] *e*: *om.* (*cf. adn. duas praec.*) ‖ 92 ae quo *X* ‖ **ri *X pr.* ‖ (§ 24) *litt.* dis *in* displiceret *sup. lin. add. x* ‖

et corrigere id vellet, addit: aut etiam intra modum, per quod ostendit, minus sese id facturum esse, quam quod fieri modice videretur, id est non ad ipsum modum, sed retro paululum et citra modum.

25 In oratione etiam, quam pro P. Sestio scripsit, intra montem Taurum sic dicit, ut non significet 'in monte Tauro',
26 sed 'usque ad montem cum ipso monte'. Verba sunt haec ipsius M. Tullii ex ea, qua dixi, oratione: Antiochum Magnum illum maiores nostri magna belli contentione terra marique superatum intra montem Taurum regnare iusserunt; Asiam, qua illum multarunt, Attalo, ut is
27 in ea regnaret, condonarunt. Intra montem, inquit, Taurum regnare iusserunt, quod non proinde est, ut 'intra cubiculum' dicimus, nisi videri potest id esse intra montem, quod est intra regiones, quae Tauri montis obiectu separantur.
28 Nam sicuti qui 'intra cubiculum' est, is non in cubiculi parietibus, sed intra parietes est, quibus cubiculum includitur, qui tamen ipsi quoque parietes in cubiculo sunt, ita, qui regnat intra montem Taurum, non solum in monte Tauro regnat, sed in his etiam regionibus, quae Tauro monte clauduntur.

29 Num igitur secundum istam verborum M. Tullii similitudinem, qui iubetur 'intra Kalendas' pronuntiare, is et ante Kalen-

---

QZB^u XOΠN

93 et corrigere] = *q:* 7 corrigēt 7 corrigē *Q* || additauit etiam *Π* || 94 sese] *e:* sepe *QZB^u XΠ* sępe *ON* || quod] *om. B^u* || (§ 25) 97 quē *X pr.* || p*festio (p) *X* pfessio *B^u* processto *q* pcessio *Q* possessio *Z* || 98 non] *om. B^u* || (§ 26) 99 sint *X pr.* || 100 qua] = σ: quā *Q* que (*non* qua) *Z* quae *O* || *Cic. pro P. Sest. or.* § 58 || Antiochum Magnum] = *lemm. schol. Cic. Bob.* || Magnum illum] = *Cic. Par.* 7794: illum Magnum *v. l. ap. Cic.* || 101 illo *QZB^u* illa *b^u* || terram *Z* || 103 asia quā *Q* asia q; *q* || adtalo *B^u* ad talo *Q* || athalantis in ea *Z* || 104 regnaret in ea condonauerunt *libri Cic.* || (§ 27) monntem *X pr.* || 105 pinde (*sic*) *O* || uti *Π* || 107 sepantur *Q* supantur *Π* spantur *X* || (§ 28) 108 estis *Z* est (is *om.*) *B^u* || cubiculis *Q* || 109 parietes *X* pa|parietes *B^u* || 110 intra montem—regnat] *post* regnat *om. X* || 111 Taurum non solum in monte] *post* montem *om. X, sup. lin. add. x* || hiis *Z* || || 112 montē *Z* || (§ 29) 113 Num] Non *X* Nam *Q* || 114 iube *Q* iubet *q* || intra] *om. B^u* ||

das et ipsis Kalendis iure pronuntiare potest? Neque id fit quasi privilegio quodam inscitae consuetudinis, sed certae rationis observatione, quoniam omne tempus, quod Kalendarum die includitur, 'intra Kalendas' esse recte dicitur.

XIV.

'Saltem' particula quam vim habeat et quam originem.

'Saltem' particula quam haberet principem significationem 1
quaeque vocis istius origo esset, quaerebamus. Ita enim primitus 2
factam esse apparet, ut non videatur, sicuti quaedam subplementa
orationis, temere et incondite adsumpta. Atque erat, qui diceret, 3
legisse se in grammaticis commentariis P. Nigidii, 'saltem'
ex eo dictum, quod esset 'si aliter', idque ipsum dici solitum per
defectionem, nam plenam esse sententiam: 'si aliter non potest'.
Sed id nos in isdem commentariis P. Nigidii, cum eos 4
non, opinor, incuriose legissemus, nusquam invenimus.
Videntur autem verba ista 'si aliter non potest' a signi- 5
ficatione quidem voculae huius, de qua quaerimus, non abhorrere.
Set tot verba tamen in paucissimas litteras cludere, inprobae
cuiusdam subtilitatis est. Fuit etiam, qui diceret, homo in libris 6
atque in litteris adsiduus, 'saltem' sibi dictum videri u littera
media extrita: 'salutem' enim ante dictum, quod nos 'saltem'
diceremus. 'Nam cum alia quaedam petita et non impetrata sunt,

---

QZBᵘ XOΠN

115 et in ipsis *Π* ‖ 116 insitae *XOΠ* ‖ certae] *c:* certa ‖ rationis observatione] ratione *X* ‖ obs'uare *Z* ‖ 117 quoniam] = 'q̃m *v. c.*' σ: quom *N* ‖ 118 recte] *om.* *ZBᵘ* ‖

XIV: XIIII Saltem pticl̄a. XV cū lectitarem' *in pag. extr., tum in init. p. sq.* XIIII. *ut assolet, Bᵘ* ‖ (*lemm.*) 2 origenē *X pr.* ‖ (§ 1) 3 particulā *x* particu *X* ‖ principe *ZBᵘ* ‖ (§ 2) 5 non] *om.* *Π* ‖ subplementa] *X:* supplementa ‖ 6 assupta *Z* ‖ (§ 3) ãd quę *Π* ‖ 7 se] *om.* *QX* ‖ grāmatis *Q* ‖ pnigidii *Q* ‖ *Nigidii 'spuriis et affictis' inseruit IRutgersius VL* III 16 *p.* 288 ‖ 8 solutum *O pr.* ‖ 9 sententiam] orationem *Π* ‖ potest a significatione s; id *Z cf. lin.* 12 ‖ (§ 4) 10 hisdem *QBᵘ OΠN* hiisdem *Z* ‖ pnigidii *Q* nigidii *XOΠN* ‖ 11 nonpinor *X pr.* ‖ incurio selegeremus *X pr.* ‖ (§ 5) 13 uocule** huius (*s) *Q* ‖ aborrere *O pr.* aberrare *X* ‖ abhorreres (. *Bᵘ*) et tot *ZBᵘ* ‖ 14 ducere *Bᵘ* ‖ 15 cui' (dam *om.*) *Z* ‖ (§ 6) 16 salutem] = *x:* saltem *X* ‖ 18 poetita *X* ‖ et] *om.* *Z* ‖ inperata *X pr.* ‖

tum solemus', inquit, 'quasi extremum aliquid petituri, quod negari minime debeat, dicere 'hoc saltem fieri aut dari oportere'. tamquam salutem postremo petentes, quam impetrari certe et obtineri sit
7 aequissimum'. Sed hoc itidem non inlepide quidem fictum, nimis tamen esse videtur commenticium. Censuimus igitur amplius quaerendum.

XV.

Quod Sisenna in libris historiarum adverbis huiuscemodi saepenumero usus est 'celatim', 'vellicatim', 'saltuatim'.

1 Cum lectitaremus historiam Sisennae adsidue, huiuscemodi figurae adverbia in oratione eius animadvertimus, cuimodi sunt haec: 'cursim', 'properatim', 'celatim' 'vellicatim', 'saltuatim'.
2 Ex quibus duo prima, quia sunt notiora, exemplis non indigebant, reliqua in historiarum sexto sic scripta sunt: Quam maxime celatim poterat, in insidiis suos disponit. Item alio in loco: Nos una aestate in Asia et Graecia gesta litteris

---

QZBᵘXOΠNTY

19 aliquid] *in mg. add. bᵘ* ‖ adpetituri *bᵘ* ‖ negare *ZBᵘ* ‖ 20 dare *N* ‖ oportere] *in mg. add. o* ‖ 21 certe quam īpetrari *Bᵘ* ‖ et obtineri] *om. Bᵘ* ‖ optinere *X pr.* ‖ (§ 7) 22 ididem *Z* ‖ 23 commentitium *BᵘN* cōmentium *Z* ‖

XV = *Π in lemm. tabula; ipsum cap. cum praeced. cohaerens numero caret in Π, S. Germ.* 643 *m. pr. Exstat in TY; adhibuit Non. s. v.* celeratim *p.* 87, 2; properatim *p.* 153, 14; vellicatim *p.* 187, 32 *et fort. s. v.* saltuatim *p.* 168, 9 *M. cf. k* 31; *h ann. phil.* 85 *p.* 716 *sqq.;* 722 *sq.* ‖ (*lemm.*) 2 aduerbiis *QZBᵘΠx* ‖ sepe numero *QZBᵘ* ‖ sepe nūmerdu|sus *X* ‖ 3 caclatim *X* ‖ vellicatim] *om. X:* uellatim *OΠ* ‖ salutatim *X* ‖ (§ 1) 4 lectitarem *X* ‖ historiam] *cf. HPeter VHRR p.* CCCXXVIII, *qui propter* cursim *et* properatim *adverbia* § 1 *sq. usque ad voc.* indigebant *Sisennae rell. inseruit* (*fr. inc. ex hist.* 137 *p.* 296): historias *Π* istorias *x* istoria *X* ‖ sisenne (si *dilucidius in mg. repetitum*) *Bᵘ* sysennię *T* ‖ adsiduę *X pr. O* ‖ . assidue huiuscemodi *Π* ‖ 5 cuiusmodi *ΠTY* ‖ cui modis in hec *QZ* cuimodis ī h̄ *Bᵘ* ‖ 6 sint *ONTY* ‖ cur sim *X pr.* ‖ salutatim *TY* ‖ (§ 2) 8 inistoriarum *X* ‖ *Sisennae hist. lib.* VI *fr.* 126 *p.* 294 *Pet.* ‖ historiarum lib. V *Nonius s. v.* celeratim ‖ Quo magis celeratim poterant insidiis *codd. Non.* ‖ 9 cęlatim *Π* ‖ poterant *N* ‖ suis *TY* ‖ *Sisennae hist. lib.* VI *fr.* 127 *Pet. l. l.; exhibet Nonius et s. v.* saltuatim *et s. v.* vellicatim *ll. ll.* (*utrumque locum confudit Quicheratius; inde Onions ad priorem tantum locum de Harleiano rettulit*) ‖ 10 historiarum *Non. p.* 187 historiae lib. I *id. p.* 168 *num ex* UI = li I *ortum?*) ‖ etate *Q* aetate *codd. Non. ap. G.-R. p.* 168, *eiusd. Lugd. p.* 187;

idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim aut saltuatim scribendo lectorum animos impediremus.

QZB[u] *XOΠNTY*

'una estate forsitan debet esse quia Tunc fiunt bella vel una etate uno seculo' *gloss. marg. in Non. Harl.* || Graecia et Asia *Non. p.* 187 || et in *B*[u] || gretia *Z* || literis gesta *Π* || 11 *f.* continenter *IBongarsius* || ne* (*s.* **) *X* || vellicatim] = *Harl. m. pr. Non. l. l.:* bellicatim *codd. Non. p.* 168 (*cum Harl. m. alt.*) uillicatī *Z* uellicitatim *Π* || ac *T Non.* || salutatim *ZB*[u]*TY* || *Deficit B*[u] *usque ad lib.* XIII *c.* 5.

Expl̄ l̄ XIII. Incipiūt Cap̄. lib. XIIII. ℙ ·I· (*rubr. col.*) | Quinto decimo conmentario hec sunt *post lemm. indicem:* Inc̄. lib̄. XIII'· ℙ Cap̄. I. *Q* || Quinto decimo Incipit lib. XIIII. |comentario hec sunt *tum a rubricatore inscr.* Incipit lib̄ XIIII. *m. rec. huic folio inscr.;* A. Gel., *proxime sequenti* Lib. XIIII. In libris typis editis inscriptus. XIII. *Z* a. GELLII NOCTI|V̄ ATTICAR̄ LIB. XIII EXPL'; INCIP̄. | XIIII; XIIII LBRO (*sic*) CŌMENTARIO | HAEC INSUNT *X post lemm. tab. inscr. carent ZX* ·A· GELLII NOCTIV̄ ATTICARV̄ LIB' XIIII (/· in impr. XII *m. rec. in mg.*) EXPLICITVS INCIPIT LIB. /·XIIII. (/· in Impr. XIII *m. rec. in mg.*) QVINTO DECIMO CŌMENTARIO HAEC INSVNT *post lemmata un. lin. vac. rel., cui m. rec. inscriptum est:* Liber XIII. *O* Agellii noctium atticarum liber XIII expl̄. Cōmentario. XIIII. h' inst̄. *post lemm.* AGellii noctium atticarum liber XIIII. incipit. *Π* A. GELLII. NOCTIVM ATTICARVM. LIBER. XIII. EXPLICITVS. QUATUO (QUARTO *n*) DECIMO. COMMENTARIO. HAEC. INSVNT *post lemm.* A. GELLII. NOCTIVM. ATTICARVM. LIBER. XIIII. INCIPIT | FELICITER. | *N* |

[redacted]

A. GELLII
NOCTIVM ATTICARVM LIBER TERTIVS DECIMVS.

I.

Inquisitio verborum istorum M. Tulli curiosior, quae fuit in primo Antonianarum libro 'multa autem inpendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum'; tractatumque, an idem duo ista significent, fatum atque natura, an diversum.

1 **Marcus Cicero in primo Antonianarum ita scriptum reliquit: Hunc igitur ut sequerer properavi, quem praesentes non sunt secuti; non ut proficerem aliquid, neque enim sperabam id nec praestare poteram, sed ut, si quid mihi humanitus accidisset, multa autem impendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum, huius diei vocem testem reipublicae relinquerem meae perpetuae erga se voluntatis. Praeter**

QZXOΠN

LIB. XIII c. I. (*lemm.*) 2 tullii *QZXΠ* || cusior *X pr.* || 3 antoniarum *Π* || (libro) *i* || 4 p̄ter (que *om.*) *Q* || factum *X* || 5 factum *QX* || (§ 1) 6 Parchus (P *rubr. col. add. q*) *Q* || antoniarum *Π* || *Cic. or. Phil.* I § 10 || 7 uti *Z pr.* || ut sequerer] inserere *Π* || sequaerer *N* serer *O pr.* || quem] q. *sup. lin. Cic. Vat.* || 8 sicuti *Z* || 9 neque] nec *Cic. V* || enim] = *Cic. V al.: om. codd. Cic. Bamb. et Tegerns.* || 10 mihi] *om. Z* || multa—fatum] *ex Cic. afferunt Serv. ad Aen.* IV 653; *Lact. Plac. ad Stat. Theb.* III 205 || autem] enim *Π* || autem impendere] mihi imminere *Serv.* || 11 videntur] = *Cic. V, Lact.:* uidebantur *Cic. rell., Serv.* || etiam] = *Cic. V: om. Cic. rell., Serv.* et *Lact.* || p̄ter que *x* p̄ter quę *X* praeter *Lact.* || 12 factum *Cic. Bamb. Teg., Serv. Hamb.* || *post* fatum ***** *O* || huius tamen diei *Cic. V* || 13 erga] $\overset{i}{\text{ga}}$ *X pr.* ||

naturam, inquit, praeterque fatum. An utrumque idem 2
valere voluerit fatum atque naturam et duas res καθ' ἑνὸς
ὑποκειμένου posuerit, an vero diviserit separaritque, ut alios casus
natura ferre videatur, alios fatum, considerandum equidem puto,
atque id maxime requirendum, qua ratione dixerit, accidere multa
humanitus posse praeter fatum, quando sic ratio et ordo et in-
superabilis quaedam necessitas fati constituitur, ut omnia intra
fatum claudenda sint, nisi illud sane Homeri secutus est:

Μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄιδος εἰσαφίκηαι.

Nihil autem dubium est, quin violentam et inopinatam mortem 3
significaverit, quae quidem potest recte videri accidere praeter
naturam.

Sed cur id quoque genus mortis extra fatum posuerit, neque 4
operis huius est explorare neque temporis. Illud tamen non 5
praetermittendum est, quod Vergilius quoque id ipsum, quod
Cicero, de fato opinatus est, cum hoc in quarto libro dixit
de Elissa, quae mortem per vim potita est:

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,

tamquam in faciendo fine vitae, quae violenta sunt, non videantur
e fato venire. Demosthenis autem, viri prudentia pari atque 6
facundia praediti, verba idem fere significantia de natura atque

---

QZXOΠN

(§ 2) 14 An—fatum] *post* fatum *om. Q* || 15 factum *X* fatum* (q;) *Z* || GR *Q* ΚaΤaΕΝΟCΥ ΠΟ ΚΕΛ|ΜΕΝΟΥ *X* kata enos ypokeimenoy *Π* || ΚaΤ *Z* ΚaΤa *N* ἀνθ' *SGerm.* 643 ς || 16 posuerit] *om. X pr.* πεπρωμένην posuerit *SGerm.* πεπρωμένην καὶ φύσιν posuerit ς posuerunt *distinctionis nota sq. om. Z* || an] tam *QZ* || 17 alios] alio *O pr.* || fa*tum (c) *X* || equidem—requirendum] *post* considerandum *om. X pr.* || 18 id maxime] ad maxime *Z* admaxime *Q* || 19 humanitus—quando] *in ras., cuius litt. extr.* lis *fuerunt, x, ut X praecepisse videatur proxime sqq.* || fa*tum (c) *in ipsa ras. x* || 20 necee sit affati *Z* necessit a*fati (tis *x*) *X* || 21 claudenda—μοῖραν] *in ras. x* || sunt *X pr.* || omeri *X* homini *Z* || *Hom. Il.* XX 336 || 22 ΜΕ *Z* || ΜΗRaΤΙΠΕΡ *X* || aΕΙΔΟC *OΠN* ΔΕΙaΟC *X* ΔΕΥΔΟC *Z* || ΕΙCaΦΙΚΗΛΙ *Π* || (§ 3) 23 uole(ẹ *x*)ntā *X* uiolẹntā *X m. rec.* || 24 quidā *X* || (§ 4) 26 cur id] urit *O pr.* || genus* (q) *O* || factū *Z* || 27 operis—neque] *post* neque *om. Z* || (§ 5) tā *Q* || 28 id] ad *X* || 29 facto *X* || hẹc *Π* || *Verg. Aen.* IV 696 || 30 de lissa *Q pr.* || mortē p ui *X* morte p uī *x* || 31 merito *Π Verg. Bern. c* || (§ 6) 33 pru*dentia *X* || 34 fere] = *x:* fe *X* || significantiam *Z* || atqui *X pr.* ||

fato M. Cicero secutus videtur. Ita enim scriptum est in oratione illa egregia, cui titulus est ὑπὲρ στεφάνου: Ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων μόνον γεγενῆσθαι, τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει· ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν
7 ἀποθνήσκειν βουλεύσεται. Quod Cicero 'fatum' atque 'naturam' videtur dixisse, id multo ante Demosthenes 'τὴν
8 πεπρωμένην' et 'τὸν αὐτόματον θάνατον' appellavit. 'Αὐτόματος' enim 'θάνατος', quasi naturalis et fatalis, nulla extrinsecus vi coactus venit.

II.

Super poetarum Pacuvii et Accii conloquio familiari in oppido Tarentino.

1 Quibus otium et studium fuit, vitas atque aetates doctorum hominum quaerere ac memoriae tradere, de M. Pacuvio et
2 L. Accio tragicis poetis historiam scripserunt huiuscemodi: 'Cum Pacuvius', inquiunt, 'grandi iam aetate et morbo corporis diutino adfectus, Tarentum ex urbe Roma concessisset, Accius tunc, haut parvo iunior, proficiscens in Asiam, cum in oppidum venisset, devertit ad Pacuvium comiterque invitatus plusculisque ab eo

---

QZXOΠN

35 fato] *om. Q* ‖ 36 cui** *X* ‖ *Demosth. or. de cor.* § 205 *p.* 296 *R.* διαφέρει δὲ τί; ὅτι (*om. Aug. alt. Dem.*) ὁ μὲν *etc.* ‖ ὑπὲρ—θάνατος] *lin.* 43 GR. *Q* ‖ 37 ΓΟΝΕΥCΙΝ. ΟΜΙΖω *N* ‖ νομίζων] *ϛe Demosthenes:* ΝΟΜΙΖω *ZXOΠ cf. adn. praec.* ‖ ΤΕΤΕΝΗC¦ΘΑΙ *X* Γ|ΕΓΕΝΕCΟΜΤΟΝ *Z* ‖ ΘΕCΕΙΜaΡΜΕΜ(Ν *x*)ΗΟ *X* ‖ 38 aΥΤΟΜΤΟΝ *Z* ‖ ΤaΝaΤΟΝ *X* ‖ ΠΡΙΜΕΝΕΙ *Z* ‖ ΠΕΡΙΜΕΝΕΙΟ ΔΕΚaΤΤΠaΤΡΙaΔΙ *X* ‖ 39 τῇ] ΤΙ *OΠN* ‖ ΜΕ *Z* ‖ ΤaΥΤΗ|ΝΕΠΙΔΕ ΙΝΔΟΥΛΕΥ ΟΥCaΝa|ΠΟΘΝΗCΚΕΙΝ *X* ‖ ΕΡΙΔΕΙΝ *O* ‖ ΔΟΥaΕΥΟΥCaΝ aΠΟΘΝΕCΚΕΙΝ ΒΟΥΛΕΙCΕΤaΙ *Z* ‖ 40 aΠΟΘΝΗCΚaΙΝ *O* ‖ ἐθελήσει *Demosthenes* ‖ (§ 7) Cicero] uero *Π* ‖ 41 ΤΕΝ *ZΠ* ‖ 42 *num* εἱμαρμένην? πεπρωμένην *tum esset pro gloss. habendum, quod genuinam scripturam amovisset* ‖ et] *Z:* ΚΑΙ *OΠN* ‖ ΚaΤΤΟΝ *X* ‖ ΤΟΝaΥΤΟΜaΤΟΜ ΤΟΝΘaΝaΤΟΝ *Z* ‖ (§ 8) Αὐτόματος enim] *om. Z* ‖ 43 fa*talis (c) *X* ‖ uico actus *X pr.* ‖

II. (*lemm.*) 2 attii *ex sil. Z* accidi *O pr.* accidii *Π* ‖ terentino *Q pr. Z* ‖ (§ 1) 3 et] est *Z* ‖ 4 paccuuio *XN* ‖ 5 L.] *om. QZ* ‖ actio *QXOΠ* ‖ poetis] penis *Z* phenis *Q* ‖ . huiuscemodi cū *Z* ‖ (§ 2) 6 paucuuius *Z* paccuiuius *X* ‖ diutina *Z* ‖ 7 urbę *O* ‖ actius *q* ‖ tunc (, *h. l. posuit h*) haut parvo] paruo tē *Π* haud paruo (haud *sup. lin. add.* tē *del.*) *π* ‖ aut *Z* ‖ 8 asia *ON* ‖ 9 diuertit *Π* ‖ comit*|q; (a) *Q* ‖ plusculis quę habeo (que ab eo *x*) *X* ‖

diebus retentus, tragoediam suam, cui Atreus nomen est, desi-
deranti legit. Tum Pacuvium dixisse aiunt, sonora quidem 3
esse, quae scripsisset, et grandia, sed videri tamen ea sibi duriora
paulum et acerbiora. 'Ita est', inquit Accius, 'uti dicis; neque 4
id me sane paenitet; meliora enim fore spero, quae deinceps
scribam. Nam quod in pomis, itidem', inquit, 'esse aiunt in 5
ingeniis; quae dura et acerba nascuntur, post fiunt mitia et iucunda,
sed quae gignuntur statim vieta et mollia atque in principio sunt
uvida, non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum igitur 6
visum est in ingenio, quod dies atque aetas mitificet'.

III.

An vocabula haec 'necessitudo' et 'necessitas' differenti significatione sint.

Risu prorsus atque ludo res digna est, cum plerique gram- 1
maticorum adseverant, 'necessitudinem' et 'necessitatem' mutare
longe differreque, ideo quod 'necessitas' sit vis quaepiam premens
et cogens, 'necessitudo' autem dicatur ius quoddam et vinculum
religiosae coniunctionis, idque unum solitarium significet. Sicut 2
autem nihil quicquam interest, 'suavitudo' dicas an 'suavitas',
'sanctitudo' an 'sanctitas', 'acerbitudo' an 'acerbitas', 'acritudo'
an, quod Accius in Neoptolemo scripsit, 'acritas', ita nihil

QZXOΠN

10 trago ediam *X pr.* ‖ (§ 3) 11 Tc̄ *Π* cū *Z* ‖ paccuuiū *N* pacuuius *X pr.* ‖ 12 sed] = *x*: se *X* ‖ duri ora *X pr.* ‖ 13 paululum *Π* ‖ acerbi*(*s.* **)ora *X* ‖ (§ 4) actius *Z* ‖ uti] = *π*: uti tu *Π* ‖ 14 sane me *X* ‖ *f.* molliora *Oiselius* ‖ (§ 5) 15 pomis est *QZOΠ* ‖ id idem *Z* utidem *X pr.* ‖ 16 post] p*** *X pr.* ‖ mitia] *om. X* ‖ iocundia *Π* ‖ 17 gignum tur *X* ‖ uita *Q* ueta *X pr.* u&ă *O* ‖ sunt] *om. Q* ‖ (§ 6) 19 quot *Z* ‖

III: *lemma sic notatum lemmati capitis* V, *quod ei est* IIII, *postponit Π; §* 1 *et* 4 *sq. adhibuit Non. s. v.* necessitas *p.* 354, 7 *M. cf. ann. phil.* 85, 787 *sq.* ‖ (*lemm.*) 2 An] n *litt. init. spat. rel. Q* In *q* ‖ sint.] *e:* sint (. *Π*) et descripta(bta *N* pto *q*) alexandri *QZXOΠN cf. lemm. cap.* 4 ‖ (§ 1) 3 est (. *Π*) et cum *X pr. ΠN* ‖ gr**maticorum *X* ‖ 4 necessitat rē 7 innecessitatē *Q pr. ut vid.* necessitu(*? a ?*)* rē 7 **necessitatē *q* ‖ multa re *Q* ‖ 5 differre que (q̄ *Q*) *QX* ‖ 6 ius] = *x:* *¦us (e) *X pr.* ‖ 7 coniuctionis *Q* ‖ (§ 2) 8 dicas—sanctitudo] *post* suavitudo *om. X add. x* ‖ 9 an acerbitas an acritudo an *Z* ‖ 10 *Accii Neoptol. fr.* III *p.* 196 *R.*[2] veritatis vis (*GIVossius;* uis ueritatis *libri*) atque acritas (*Non. s. v.* acritas *p.* 493, 14 *M.* ‖

rationis dici potest, qui 'necessitudo' et 'necessitas' separentur.
3 Itaque in libris veterum vulgo reperias, 'necessitudinem' dici pro
4 eo, quod necessum est. Sed 'necessitas' sane pro iure officioque observantiae adfinitatisve infrequens est, quamquam, qui ob hoc ipsum ius adfinitatis familiaritatisque coniuncti sunt, 'necessarii'
5 dicuntur. Repperi tamen in oratione C. Caesaris, qua Plautiam rogationem suasit, 'necessitatem' dictam pro 'necessitudine', id est iure adfinitatis. Verba haec sunt: Equidem mihi videor pro nostra necessitate non labore, non opera, non industria defuisse.

6 Hoc ego scripsi de utriusque vocabuli indifferentia, admonitus forte verbi istius, cum legerem Sempronii Asellionis, veteris scriptoris, quartum ex historia librum, in quo de P. Africano, Pauli filio, ita scriptum est: Nam se patrem suum audisse dicere L. Aemilium Paulum, nimis bonum imperatorem signis conlatis non decertare, nisi summa necessitudo aut summa occasio data esset.

QZXOΠN

11 qui (*s.* quî) necessitudo] *ed. Par. a.* 1536 (*Th. Vogel ann. phil.* 111. 573; *CDziatzko*) quinecessitudo *X pr. O pr.:* quin necessitudo ‖ (§ 4) 13 officio que *x* officio quę *X* offitioq; *Z* ‖ 14 adfinitatis ue *Qx* adfinitis ue *X* affinitati sue *Z* adfinitati suae *O pr.* ‖ 15 familiariiatisue (ę *X*) *XOΠN* ‖ sunt] *om. unus Q* (*indeque h*[r]), *ad quod adtendere debebam h*[ra] 24, 57 ‖ (§ 5) 16 ta**mex (cē *ni f.*) *X* ‖ .g. *Q* ‖ C. Caesar, cum Plautiam suasit rogationem *Nonius l. l.* ‖ 17 plauti an *Z* ‖ rogatione *Q* ‖ *C. Iul. Caesaris suasion. rogat. Plaut. p.* 412 *HM*[2], *or. cum Plaut. rog. suasit p.* 750 *Nipp. fr.* ‖ dicam *O* ‖ 18 id est] *om. X* ‖ et quidem (*s.* etquidem) mihi uidetur *codd. Non.* ‖ 19 nostra] *om. Nonius* ‖ (§ 6) 21 ego] *om. X* ‖ scrips *Q pr.* ‖ 22 uerbi*(s) *X* ‖ legem *Q* ‖ *P. Sempronii Asell. rer. gest. lib.* IIII *fr.* 5 *p.* 180 *HPet. Cf. Val. Max.* VII 2, 2 idem (Scipio Africanus *sc.*) negabat aliter cum hoste confligere decere (*Foertschius,* debere *Bern. Parid. epit.*) quam aut si (si aut *Par.*) occasio obvenisset aut necessitas incidisset; *Veget.* III 26 *p.* 123, 1 *Lg.* Boni duces publico certamine numquam nisi ex occasione aut nimia necessitate confligunt; *App. Iber.* 87 εἶναι δ' ἄλογον κινδυνεύειν ἐπὶ ὀλίγοις καὶ στρατηγὸν ἀμελῆ τὸν ἀγωνιζόμενον πρὸ τῆς χρείας, ἀγαθὸν δὲ τὸν ἐν μόναις παρακινδυνεύοντα ταῖς ἀνάγκαις. ‖ 23 quantum *Q* ‖ existoria *X* ‖ quo* (d) *X* qua *QZ fort. recte* ‖ 24 sepatri *X* ‖ 25 nimis] = *x: f.* neminem *g f.* numquam *praeeunte fere* λ *HPeter* ‖ 26 conlatis] *om. Q* ‖ non] *x:* n̄ *voc.* signis *spscr. q: om. Q rell.* (*g Pet.*) ‖ 27 summa] summa ei *IINx* summaei *X* ‖

IV.

Descripta Alexandri [ad matrem Olympiadem epistula; et quid Olympias festive ei rescripserit].

**In plerisque monimentis rerum ab Alexandro gestarum et 1
paulo ante in libro M. Varronis, qui inscriptus est Orestes
vel de insania, Olympiadem Philippi uxorem festivissime
rescripsisse legimus Alexandro filio. Nam cum is ad matrem ita 2
scripsisset: Rex Alexander, Iovis Hammonis filius,
Olympiadi matri salutem dicit, Olympias ei rescripsit ad
hanc sententiam: Amabo, inquit, mi fili, quiescas neque
deferas me neque criminere adversum Iunonem; malum
mihi prorsus illa magnum dabit, cum tu me litteris tuis
paelicem esse illi confiteris. Ea mulieris scitae atque 3
prudentis erga ferocem filium comitas sensim et comiter admonuisse
eum visa est, deponendam esse opinionem vanam, quam ille
ingentibus victoriis et adulantium blandimentis et rebus supra
fidem prosperis inbiberat, genitum esse sese de Iove.**

QZXOΠNTY

IV. *Exstat in TY; num. nota non addita, in linea partim continua* (*ZON*), *ne distinctionis quidem nota in Z interposita, ad cap. praecedens adglutinant rell.* || (*lemm.*) 2 Descripta Alexandri] *cf. lemm. c.* 3; *rell. add. h:* Olympiadis Alexandri matris comis ac prudens ad filium (filium Alexandrum *al.*) rescriptio. *e vg.* || (§ 1) 4 inplerisq; *Z* Implerisq; *QX* Imperisq; *x* || monumentis *ZX pr. OΠNY* || 5 horestes *ZY* || 6 ualde *TY* || insana olympiade (olympia de *al.*) *Vat.* 3452 *m. pr. SGerm.* 643 ϛ || *Varronis logistor. Orest. vel de insania fr. p.* 324 *Bip. p.* 255 *Ries.; iambicis senariis includere studuit Th. Roeper philol.* 9, 277 *sq.* || olimpiade *Z* || phylippi *T* || uxore *Vat. m. pr. SGerm.* ϛ || 7 rescripsisse. Legimus *Q pr.* || (§ 2) his *Q pr.* his et *X* isset *O* || 8 scripsisset] *e*: rescrip(b *N*)sisset(set *eras. in O*) *libri* || hamonis *Z* ammonis *X* || filius filius *T* || 9 olympiadiș *T* olimpiadi *ZY* || olimpiadimatri *x* holimpiadimari *X* || olimpias *ZY* || ad] *om. X* || 10 sentiā *O* || Ambo *Q* Amͦbo *q* || 11 deseras *T* || me] *om. Π* || crimine re *X pr. Y* criminiris *T* || icinonē (*prius* i *ex corr. z; in mg.* ⁊ *nota*) *Z* || 12 prorsus *QY:* prorsum || dabat magnum *T* || dauit *O* dauid *Z* dabat *Y* || cunctū e *Z* cum me *ΠTY* || 13 illi esse *X* || ↄfiteri *X pr.* || confiteri se ámulieris *Z* || (§ 3) 14 comit tas *Y* || coṃmiter *X* || 15 usa *X pr.* || 16 in gentib; *T* .m. gentib; *X* || 17 ꝓperis *T* (*Q test. i, de quo nihil enotatum habeo*) ||

V.

De Aristotele et Theophrasto et Eudemo philosophis; deque eleganti uerecundia Aristotelis successorem diatribae suae eligentis.

1 Aristoteles philosophus, annos iam fere natus duo et
2 sexaginta, corpore aegro adfectoque ac spe vitae tenui fuit. Tunc omnis eius sectatorum cohors ad eum accedit, orantes obsecrantesque, ut ipse deligeret loci sui et magisterii successorem, quo post summum eius diem proinde ut ipso uterentur ad studia doctrinarum conplenda excolendaque, quibus ab eo inbuti fuissent.
3 Erant tunc in eius ludo boni multi, sed praecipui duo, Theophrastus et Eudemus. Ingenio hi atque doctrinis ceteros praestabant; alter ex insula Lesbo fuit, Eudemus autem Rhodo.
4 Aristoteles respondit, facturum esse quod vellent, cum id sibi foret tempestivum.
5 Postea brevi tempore cum idem illi, qui de magistro destinando petierant, praesentes essent, vinum ait, quod tum biberet, non esse id ex valitudine sua, sed insalubre esse atque asperum ac

---

*QZB*ᵘ *XOΠNTY* (*fragm. Bonn.*)

V. *Exstat in B*ᵘ *TY fragm. Bonn.* || IIII *et in lemm. indice et in cap. initio QZXOΠN* īcipit. IIII. capitulū X IIII. libri agellii (Lib. 13 c. 5 *supscr. m. rec.* Ex lib. 14. A. Gellii *al. m. ad mg.*) *B*ᵘ || (*lemm.*) 2 Eudemo] *v. v. lin.* 11 *et* 12: menedemo *QZOΠN* me ne demo *X* || pħo is deq; *Z* || 3 uerecondia *N* reuerecundia *q* || diatrie *Q* || (§ 1) 4 ĩ aristotiles *B*ᵘ || annis *B*ᵘ || iam frenatus *O pr.* || duos *q* || 5 sexagingta *Z* || adfecto que*ac (h) *X* || ad spe *Q* ad spē *q* || tenuis *q* || (§ 2) 7 deligeret] = *x:* diligeret *QZB*ᵘ*X f. recte* eliligeret *q* || locis ui* *X pr.* locis sui *Z* || magisterii sui *Π pr.* || quo] q* (e *ut vid.*) *Q pr.* || 8 studoctrinarum *X pr.* || 9 cōtēplanda *B*ᵘ || ex***endaq. *X pr.* || imbuiti *X pr.* || .] *om. Z* || (§ 3) 10 errant *ZB*ᵘ || praecipue *O pr. Π* praecipuā *X* || iduo *X* ⊢i,duo *x* || 11 Eudemus] *Y et sup. lin.* ł eudemus *T GIVossius de hist. Gr. p.* 350 *ed. L. B.* 1651 *s. v.* Damas; *Oiselius; EZeller Philos. d. Gr.* II 2³, 41, 4 *nimis fere audacter de h. l.* '*wo aber statt Menedemus Eudemus stehen sollte, selbst wenn der Verfasser Menedemus geschrieben hat*': eudemius *fragm. Bonn.* menedemus *T rell.* || hii *Z* || 12 ł eudemus *sup. lin. T:* eudemius *fragm. Bonn.* menedemus *TY* (*ex sil.*) *rell.* || rhoilo *q* r*oilo (*nihil aliud nisi* h, *ut vid.*) *Q* || (§ 4) 13 facturā *O pr.* || uellent] *om. X* || cibi *XOΠ* || 14 forent *O pr. ut vid.* || (§ 5) 15 poste abreui *X* || idem] = *B*ᵘ *macula haustum, sed in mg. iteratum:* idēm *Z* iidem *O ex sil.* || pecierant *Q* || unum *Z* || aut *O pr.* || tumberet *X pr.* || 17 id] ad *X* adeo *x* || id—esse] *post* esse *om. T* || ualetudine *O pr. N* ||

propterea quaeri debere exoticum, vel Rhodium aliquod vel
Lesbium. Id sibi utrumque ut curarent petivit, usurumque eo 6
dixit, quod sese magis iuvisset. Eunt, quaerunt, inveniunt, ad- 7
ferunt. Tum Aristoteles Rhodium petit, degustat: 'firmum', 8
inquit, 'hercle vinum et iucundum'. Petit mox Lesbium. Quo 9
item degustato: 'utrumque', inquit, 'oppido bonum, sed ἡδίων
ὁ Λέσβιος'. Id ubi dixit, nemini fuit dubium, quin lepide simul 10
et verecunde successorem illa voce sibi, non vinum delegisset.
Is erat e Lesbo Theophrastus, suavitate homo insigni linguae 11
pariter atque vitae. Itaque non diu post Aristotele vita defuncto 12
ad Theophrastum omnes concesserunt.

VI.

Quid veteres Latini dixerint, quas Graeci προσῳδίας appellant; item quod vocabulum barbarismi non usurpaverint neque Romani antiquiores neque Attici.

Quas Graeci 'προσῳδίας' dicunt, eas veteres docti tum 'notas 1
vocum', tum 'moderamenta', tum 'accentiunculas', tum 'voculationes'

QZB^u XOΠNTY (fragm. Bonn.)

18 rhoịdiū *Z* rodium *B^u* ‖ 19 lesbium id *B^u T* ‖ (§ 6) cibi *XOΠ* ‖ utrumque] *om. B^u* ‖ curaren *B^u pr.* ‖ 20 quod] quo *T* ‖ se *TY* esse *OΠ* = ēe *X* ‖ uiuisset *X pr.* ‖ .] *om. Z* ‖ (§ 7) Eunt] *om. Z 'quid si legas,* quaerunt' *Oiselius* ‖ quaerunt] *fragm. Bonn., quod eo nondum cognito coniecerat LMüller (Oiselii coni. huc rettulit* λ): curant *rell.; num* (curant) *?* ‖ (§ 8) 21 Tum] *om. B^u* ‖ .Degustat. *Π* ‖ 22 hercle] = *x:* hercule *ut vid. X* ‖ (§ 9) 23 **item (ịṭ) *Q* ‖ gustato *T* ‖ bono *O pr.* ‖ GR. Vbi *Q* ‖ HΔEIωN *ZXONTY:* HΔE. IωN *B^u* HΔEION *Π* ‖ 24 ΛEC. (; *X*) *XOΠN* ‖ ΛECBIOC id. Vbi *Z* ΛECBIOCIƏ. Vbi *TY* ‖ (§ 10) qui* *Q pr.* ‖ (§ 11) 26 elesbo* (t) | *** (*s.* ****) eophrastus *X* lesboth *eophrastus *O* ‖ insignis *TY* ‖ (§ 12) 28 adteophrastum *x* adteo phrastnm *X* atheophrastum *Q pr.* ‖

VI: V *QZXOΠN in lemm. tab., QZXΠN in cap. init.; om. ibi O* ‖ (*lemm.*) 2 latine *X pr.* ‖ προσῳδίας] *lac. rel. om. ON, nullo spatio rel. om. X* ΠPOCωΔIΛEC *Π* ‖ et item] *XOΠN* ‖ 3 Romani] p oīa *Q* p omīa *Z i. e.* p(er) omnia, *ex litt. metathesi* p *et* r *litt. mutatis ortum* ‖ 4 neque|***** attici (neque) *X* ‖ (§ 1) 5 ΠPOCωΔIΛEC *Π* ‖ προσῳδίας dicunt] *om. X:* ΠPOCωΔLaEC *sup. lin. x* ‖ doctium notas *Π* ‖ notas] = *x:* motas *X ut vid.* ‖ 6 modulamenta *Benloew et Weil théorie gén. de l'accent. Lat. p.* 6, 4, *at v. FSchoell ASPhL* 6, 89, 1 ‖ tunc *X* ‖ ad cenciunculas *Z* ‖

[redacted]

2 appellabant; quod nunc autem 'barbare' quem loqui dicimus, id vitium sermonis non barbarum esse, sed 'rusticum', et cum eo
3 vitio loquentes 'rustice' loqui dictitabant. P. Nigidius in commentariis grammaticis: rusticus fit sermo, inquit,
4 si adspires perperam. Itaque id vocabulum, quod dicitur vulgo 'barbarismus', qui ante divi Augusti aetatem pure atque integre locuti sunt an dixerint, nondum equidem inveni.

VII.

Diversum de natura leonum dixisse Homerum in carminibus et Herodotum in historiis.

1 Leaenas inter omnem vitam semel parere eoque uno partu numquam edere plures quam unum, Herodotus in tertia
2 historia scriptum reliquit. Verba ex eo libro haec sunt: 'Ἡ δὲ δὴ λέαινα, ἐὸν ἰσχυρὸν καὶ θρασύτατον, ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν· τίκτουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ
3 τὰς μήτρας. Homerus autem leones, sic enim feminas quoque virili genere appellat, quod grammatici 'ἐπίκοινον' vocant, pluris
4 gignere atque educare catulos dicit. Versus, quibus hoc aperte demonstrat, hi sunt:

QZXOΠNTY

7 appellant *X* ‖ (§ 2) 8 esse] *om. Z* ‖ 9 vitio] *om. Π* ‖ (§ 3) P.] *om. QZ* ‖ *P. Nigidii Fig. comm. gramm. lib. inc. fr. Rutgers. VL* III 16 *p.* 266; *ex Lucilio* (*lib.* IX ?) *a Nigidio excerptum esse coni. ARiese philol.* 27, 300, 10 ‖ (§ 4) 11 dicitur] *om. Z* ‖ 12 didi *Z* ‖ augustiae¦tatē *X* ‖ 13 lucuti *Q pr.* ‖ dixerunt *QZ* ‖ aequidē *XΠ* ‖

VII: VI *libri utrobique. Exstat in TY usque ad* demonstrat *lin.* 12 (*lemm.*) 2 Diversum de] Dide *X* De *x* ‖ hominū *Z* homerus *O* eterodotum *X* ‖ erodotum *O* ‖ 3 in historiis] *om. Z* inistoriis *X* ‖ (§ 1) 4 eo qđ *QZ* ‖ 5 herodoctus *Q* ‖ intercia *Q* inτ|cia *X* ‖ 6 reliq̄rit *QZ* ‖ (§ 2) *Herod.* III 108 ‖ GR. *Q* (*et sic ubivis infra*) *TY* ΗaΗΛΕΜΝa *Z* ‖ 7 δή] *om. aliquot codd. Herod.* ‖ δή—ἐόν] ΗΔΕΛΙaΕ|ΟΝ *X* ‖ ΛΕaΙΛΕΟΝ *OΠN* ‖ ΙCΙΧΥΡΟΝ *Z* ἰσχυρό(ώ *al.*)τατον ς *cum Herodoto* ‖ .KaI *N* KaL *X* ‖ Παξ *O* ‖ ΤωCωΒΙω *X* ‖ 8 CΥΝΕΚ-Βa|ΛΛΛΕΙ *Z* CΥΝΕΚ|ΒaΜΕΙ *X* ‖ ΤΟΤΕΚΝω *N* ΤΟΓΕΚΝω *XOΠ* Τω *Z* ‖ 9 *Post* μήτρας *verba apud Herodotum sqq.* τὸ δὲ αἴτιον—ὑγιὲς οὐδὲν *add.* ς *part. e* ‖ (§ 3) 10 genere̜ *X pr.* ‖ appellat—gignere] *post* genere *om. O, in mg. add. o* ‖ quā *Q pr.* ‖ grāmaticici *X* ‖ ΕηΙ ΚΟΙΝΟΝ *X* ΕΝΙΚΟΙΝΟΝ *T* ΕΠΙΚΟΥΝΟΝ *Z* ‖ plures *Π* ‖ 11 ait *Π* ‖ dicit uersus *Y* ‖ (§ 4) 12 *in* demonstrat *expl. TY* ‖ hii *Z* ‖ *Hom. Il.* XVII 133 *sqq.* ‖

Εἱστήκει, ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν,
Ὧι ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσωνται ἐν ὕλῃ
Ἄνδρες ἐπακτῆρες.

Item alio in loco idem significat: 5

Πυκνὰ μάλα στενάχων· ὥς τε λὶς ἠυγένειος,
Ὧι ῥά θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ
Ὕλης ἐκ πυκινῆς.

Ea nos dissensio atque diversitas cum agitaret inclutissimi poetarum et historicorum nobilissimi, placuit libros Aristotelis philosophi inspici, quos de animalibus exquisitissime composuit. In quibus, quod super ista re scriptum invenerimus, cum ipsius Aristotelis verbis in his conmentariis scribemus. 6

VIII.

Quod Afranius poeta prudenter et lepide Sapientiam filiam esse Vsus et Memoriae dixit.

Eximie hoc atque verissime Afranius poeta de gignenda conparandaque sapientia opinatus est, quod eam filiam esse Vsus et Memoriae dixit. Eo namque argumento demonstrat, qui sapiens 1 2

QZXOΠNTY

13 εἱστήκει] ς, *v. l. ap. Hom.*: ICTHKEI *OΠN* ICTHKΛEI *Z* ICTHEI *X* ἑστήκει *scriptura maxime tradita ap. Hom.* ‖ τίς] TI *Z* ‖ OITI *X* OTCI *Π* ‖ TIEKECIN *XOΠN* ‖ 14 ATωNTI *X* ‖ CYNANTHCωNTAY *X pr.* CNANTHCω̄TAI *Z* συναντήσονται *v. l. ap. Hom.* ‖ IAH *Z* ‖ 15 ANAPEC *X* ‖ EΠAKTHEC *XOΠN* ‖ (§ 5) 16 Item—significat] = *inseruit x* ‖ *Hom. Il.* XVIII 318 *sqq.* ‖ 17 Πυκνὰ] πολλὰ *et* δηθὰ *vv. ll. ap. Hom.* ‖ λίς] ς: ΛEIC ‖ ΙΥΓΕΝΕΙΟC *OΠN* I|ΥΤΕΝΕΙΟC *X* ‖ 18 ωPAΛEIΠω *X* ‖ θ'] T *Z* ‖ ἁρπάσει *v. l. codd. Hom.* ‖ 19 YΔHC *X* ‖ TIYKINHC *X* ‖ *ap. Hom. sqq.* ὃ δέ—αἱρεῖ *v.* 320 *extr. add.* ς *part., e* ‖ (§ 6) 21 historiarum *Π* ‖ 22 animalibus] = *X m. rec.*: animabus *X* ‖ 23 inueniemus *ZOΠN* inuenimus *X* ‖ aristoteles *X pr.* ‖ 24 in his] *add. x* ‖ hiis *Z* ‖ *Post* scribemus (§ 7—11) Verba Aristotelis haec sunt ex libro de historia animalium sexto (*c.* 31 *p.* 579[a] *Bk.*) Λέων δὲ ὅτι μὲν ὀχεύει—βάλλει δὲ ἑξάμηνος ὢν τὴν ἡλικίαν. *add. e vg.*

VIII: VII *in lemm. indice QZXOΠN, in initio capitis QZXON* VI *in init. cap. Π. Exstat in TY;* § 3 *sq. adhibuit Io. Sarisberiensis Policr.* IV 6 *p.* 240 *G.* ‖ (*lemm.*) 2 affrani' *QZ* ‖ laepide *X* ‖ sapientia *O* ‖ (§ 1) 4 Eximiae *X pr.* ‖ haec *Y* ‖ afrannius *X pr. O* ‖ 5 opinatus est] = *e* μ 607: opinatus *Q* (*h·*) opinatust *HIMüller mus. phil.* 21, 429 *sq.* ‖ esse* *Q* ‖ (§ 2) 6 Ėo *X* ‖ nam quae *O* ‖

rerum esse humanarum velit, non libris solis neque disciplinis rhetoricis dialecticisque opus esse, sed oportere eum versari quoque exercerique in rebus comminus noscendis periclitandisque eaque omnia acta et eventa firmiter meminisse et proinde sapere atque consulere ex his, quae pericula ipsa rerum docuerint, non quae libri tantum aut magistri per quasdam inanitates verborum et imaginum tamquam in mimo aut in somnio deblateraverint.

3 Versus Afrani sunt in togata, cui Sellae nomen est:

Vsús me genuit, máter peperit Mémoria,
Sophiám vocant me Grái, vos Sapiéntiam.

4 Item versus est in eandem ferme sententiam Pacuvii, quem Macedo philosophus, vir bonus, familiaris meus, scribi debere censebat pro foribus omnium templorum:

. Ego odi homines ignava opera et philosopha sentértia.

5 Nihil enim fieri posse indignius neque intolerantius dicebat quam quod homines ignavi ac desides, operti barba et pallio, mores et

---

QZXOΠNTY

7 esse rerum *ZΠ* ‖ 8 rhetoricis** (*s.* ***) *X fo.* theoreticis *RBentley mus. phil.* 35, 634 ‖ dialeticisque *Z* dialecticis *per se recte Q cf. praef.* § 18 *adn.* ‖ 9 cominus *N* comunis *Z* ɔmunis *Q pr.* com(*s.* ɔ)-munibus *q*ɔς (*cf. PLambecius prodr. p.* 83 *sq., IHOnions journ. of phil.* XI, 1882 *p.* 78) ‖ nocendis *Q* ‖ periclitantisq; *XOΠ* ‖ 10 eaque] quae eaq; *X* ‖ uenta *Qpr.* auenta *Z* ‖ miminisse *T* ‖ 11 exisq̃; *X* ex hiisq; *Z* ‖ nonq; *Z* ‖ 13 in] *om. X* ‖ in mimo] minimo *TY* ‖ mmo *X* ‖ insomnio *X* in somno *Π* ‖ deblateraverint] *h ann. phil.* 103, 271 *sq.:* delectauerint *libri* dictitaverint ϰ (*cf. HStephanus spec. em. p.* 110) dictaverint *ILipsius elect.* I 21 obiectaverint μ I 60 deleraverint *INOtt ann. phil.* 103, 859 ‖ (§ 3) 14 affrani *Z:* af(aff *QXpr.*)ranii ‖ *Afran. Sell. fr.* I *p.* 202 *R*[3] ‖ 15 *me *X* ‖ genuit pat̃. pepit *Y* ‖ mater] *om. Io. Sarisb. l. l.* ‖ mater me peperit *Π* ‖ peperit; memoria sophyam *T* ‖ 16 me uocant Graii *Sarisb.* ‖ (§ 4) 17 *M. Pacuv. inc. fab. fr.* II *p.* 348 *R*[3] ‖ quem] q̃m in *Z* ‖ 18 mecedo *q* me cedo *Q* medio *Z* ‖ 20 Odi ego (= *FLLentz de verbis lat. ling. auxil.* IV *Regim.* 1863 *p.* 12 *n* *; *R*[3]) *s.* Ergo odi *Bothius* ‖ '*Erunt fortasse qui* ego odi homones *commendent*' *Ribbeckius* ‖ homines stultos et ignava *Sarisb.* ‖ philosophicas sententias *Sarisb.* ‖ (§ 5) 22 intollerantius *ZN* ‖ 23 acde sides *X* ‖ et] *sup. lin. add. o* ‖ mores] honores *HStephanus l. l. p.* 111 ‖

emolumenta philosophiae in linguae verborumque artes converterent et vitia facundissime accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes.

IX.

Quid Tullius Tiro in commentariis scripserit de suculis et hyadibus, quae sunt stellarum vocabula.

Tullius Tiro, M. Ciceronis alumnus et libertus ad- 1
iutorque in litteris studiorum eius fuit. Is libros compluris de 2
usu atque ratione linguae Latinae, item de variis atque
promiscis quaestionibus composuit. In his esse praecipui 3
videntur, quos Graeco titulo πανδέκτας inscripsit, tamquam
omne rerum atque doctrinarum genus continentis. Ibi de his 4
stellis, quae appellantur 'suculae', hoc scriptum est: Adeo, inquit, veteres Romani litteras Graecas nesciverunt et rudes Graecae linguae fuerunt, ut stellas, quae in capite tauri sunt, propterea 'suculas' appellarint, quod eas Graeci 'ὑάδας' vocant, tamquam id verbum Latinum Graeci verbi interpretamentum sit, quia Graece 'ὗες', 'sues' Latine dicantur. Sed ὑάδες, inquit, οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, ita ut nostri opici putaverunt, sed ab eo, quod est 'ὕειν', appellantur; nam et cum oriuntur et cum occidunt, tempestates pluvias largosque imbres cient. Pluere autem Graeca lingua 'ὕειν' dicitur.

QZXOΠNTY

24 emulumenta *T* molumenta *Z* ‖ in ligno *X* ‖ 25 adcusarent *N* ‖ int̊ cutibus *X pr. T* ‖ uic' *Q pr.* ‖ scatentes *HStephanus l. l.* ‖

IX: VIII *in lemm. ind. QZXOΠN, in init. cap. QZXON* VII *ibi Π* ‖ (*lemm.*) 2 tyro *ZO* ‖ hiadibus *XO* ‖ (§ 1) 4 tyro *QZXO* ‖ alumnis *Z* alumpnus *Π* ‖ (§ 2) 5 complures *Π* cū pl̄is *X* ‖ compluris**de (dš) *X* ‖ 6 usu* (s) *Q* ‖ 7 promiscuis *QO m. rec.* ‖ (§ 3) iis *QX* hiis *Z* ‖ 8 pandectas *Π* ΠΑΝΑΕΚΤΑϹ *Z* ‖ (§ 4) 10 seculę *X* ‖ *M. Tullii Tironis Pandectar. fr.* a *p.* 7 *sq.* λ² ‖ Ad eo *X* ‖ 13 succulas *Q* ‖ appellarint] = *o:* appellari *OΠ* ‖ 14 G'R. *Q et sic passim in sqq.* yadas *Π* ‖ 15 verbi] *om. X* ‖ grecę *X* ‖ g'ce^s; G'R. inqd (t *q*) G'R. id est *Q* ‖ 16 latinę *O* ‖ yades *Π* ΓΑΔΑϹ. *Z* ‖ ὑάδες—ὑῶν] *om. X, in mg. add. x* ‖ TON *Π* ‖ 17 ὑῶν] ON *Z* ‖ id est non a suibus (subus *Z*) *post* ὑῶν *add. libri e, del. Ald.* ‖ nosti *O pr.* ‖ nostiopici *Π* ‖ 18 .yein. *X* EIN *Z* ‖ appelantur *X* ‖ 20 plure *Q* ‖ autem] enī *Π* ‖ .EIN *Z* ‖

5 Haec quidem Tiro in pandectis. Sed enim veteres nostri non usque eo rupices et agrestes fuerunt, ut stellas hyadas idcirco 'suculas' nominarent, quod ὕες Latine 'sues' dicantur; sed ut, quod Graeci 'ὑπέρ', nos 'super' dicimus, quod illi 'ὕπτιος', nos 'supinus', quod illi 'ὑφορβός', nos 'subulcus', quod item illi 'ὕπνος', nos primo sypnus, deinde per y Graecae Latinaeque litterae cum o littera cognationem 'somnus': sic quod ab illis 'ὑάδες', a nobis primo 'syades', deinde 'suculae' appellatae.

6 Stellae autem istae non in capite tauri sunt, ut Tiro dicit, nullum enim videtur praeter eas stellas tauri caput, set hae ita circulo, qui 'zodiacus' dicitur, sitae locataeque sunt, ut ex earum positu species quaedam et simulacrum esse videatur tauri capitis, sicuti ceterae partes et reliqua imago tauri conformata et quasi depicta est locis regionibusque earum stellarum, quas Graeci 'πλειάδας', nos 'vergilias' vocamus.

QZXOΠN

(§ 5) tyro *QZXOΠ* ‖ pandetis *Q pr. X pr.* ‖ 22 rupices] '*Ita et Giph*[*anii*] *v. c.*' σ ‖ ὑάδας σ yadas *Π* ‖ idcir|*****(*s.* ****)co *X* ‖ 23 siculas *Z* ‖ GR. *Q* yes *Π* ‖ latinae *O* ‖ 24 yper. *Π* ‖ super dicimus] primo somn'* *Q* ‖ iptios *Π* ‖ 25 illi] *om. XOΠN* ‖ ΥΦΟΒΡΟC *O pr.* ΥΦΟΒΠΡΟC *X* yfrobros *Π* ΦΟΒΡΟC. *Z* ‖ quod] Ι *X* ‖ ὕπνος] *sine nota om. X* ypnos *Π* ‖ 26 primos omnus *ZX pr.* ‖ sypnus] *Ald.*: somnus *QOΠNx cf. adn. praec.* symnus *O m. rec. e* ‖ pgce *Q* ‖ y] *om. Z* ‖ o lit(*s.* tt)erae ς *part. ? e* ‖ graecae—syades] *om. O, in mg. add. o* ‖ 27 cum o littera] *quod post* litterae *facile excidere poterat add. h coll. CLSchneidero lat. Elementarlehre* I 44 *sq.; AFleckeiseno ann. phil.* 93, 9 *sqq.* (*add. eund. et FBuechelerum ibid.* 242 *sqq.; FOWeise d. griech. Wörter im Lat. p.* 35 *sq.*); *obloquitur WCorssenus üb. Musspr. etc.* II² 74 *sqq. n.* *; 81 *sq.* ‖ :sic] sit *Z* ‖ ΥαΛαEC. *Z* ΥΛΛEC *X* yades *Π* ‖ 28 primos yades *ZXΠ* primo yades *Π* ‖ hiades *Q* ‖ *coniciat quis* appellatae sunt, *ante* stellae *litt.* s̄t *excidisse ratus; opus tamen eo esse mihi certe non videtur cf. h*ʳᵃ 24, 57 ‖ (§ 6) 29 aut̄ * istae (ē) *X* ‖ in] *om. XO* ‖ tyro *ZOΠ* ‖ 30 preterea (s *propter sequens* s *om.*) *Z* ‖ hae] = *x in ras.*: eae *O* ee *Z* aeae *N* eadem *OΠ* ‖ 31 quitodiacus *X* ‖ sit elocate *Q pr.* ‖ **ex *q in ras.* ‖ 32 positus *X pr.* positŭ *Z* ‖ simulachrum *XΠN* ‖ 33 cae|terae (t *in mg. add.*) *x*: ***|erae *X* ‖ confor ta *X pr.* cū formata *O pr.* ‖ 34 depic*ta *X* ‖ regionib;quae *O pr.* regionib;q: *Z* ‖ quagreci *X pr.* ‖ 35 pleiadas *Π* ΠαΕΙΛΔαϹ *Z* ‖ uirgilias *Q* ‖

X.

Quid 'sororis' ἔτυμον esse dixerit Labeo Antistius et quid 'fratris' P. Nigidius.

Labeo Antistius iuris quidem civilis disciplinam principali 1
studio exercuit et consulentibus de iure publice responsitavit, set ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit et in grammaticam sese atque dialecticam litterasque antiquiores altioresque penetraverat Latinarumque vocum origines rationesque percalluerat, eaque praecipue scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos utebatur. Sunt adeo libri post mortem eius editi, qui poste- 2
riores inscribuntur, quorum librorum tres continui, tricesimus octavus et tricesimus nonus et quadragesimus, pleni sunt id genus rerum ad enarrandam et inlustrandam linguam Latinam conducentium. Praeterea in libris, quos ad praetoris edictum 3
scripsit, multa posuit partim lepide atque argute reperta. Sicuti hoc est, quod in quarto ad edictum libro scriptum legimus: Soror, inquit, appellata est, quod quasi seorsum nascitur separaturque ab ea domo, in qua nata est, et in aliam familiam transgreditur.

'Fratris' autem vocabulum P. Nigidius, homo inpense doctus, 4
non minus arguto subtilique ἐτύμῳ interpretatur: Frater, inquit, est dictus quasi fere alter.

QZXOΠNTY

X: VIIII *et* IX *QZXOΠN in lemm. ind., QZXON in init. cap.;* VIII *ibi Π. Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 Quid *Zς:* quod ‖ soror is *X* ‖ etymon *XO* &ymon *N* ęthimon *Π* ‖ et hymones se dixit *Z* 7 hymones se dixerit *Q* ‖ dixererit *O pr.* ‖ labeon|tistius *Z* ‖ quod] (*ς?*) *e:* quid ‖ pnigidius *Q:* nigidius *ZXOΠN* ‖ (§ 1) 3 anstiti**us (ti) *Q* ‖ iuris—Praeterea] *lin.* 13 *om. TY* ‖ pricipali* (s) *X* ‖ 4 set] *ante* ceterarum *add. h* ‖ 6 dialeticā *Z* ‖ 7 penitrauerat *x* ‖ percalluerat] = *x o mg.:* pcaluerat *X pr. O* ‖ 8 pleros *X pr.* ‖ (§ 2) 9 eius] *om. XOΠN* ‖ dediti *Z* ‖ 10 tricensimus *N* ‖ 11 octavus et] *om. Q* ‖ tricensimus *N* ‖ quadragensimus *N* ‖ 12 ad|ad *Z* ‖ enarrandum *Q* ‖ conducentiam *Z* ‖ (§ 3) 13 ad] a *Q* ‖ aedictum *X* ‖ 14 partem *X pr.* ‖ lapide *O pr.* ‖ 15 edi tū *X* ‖ legemus *Q pr.* ‖ *Antistii Labeonis ad edict. praet. lib.* IV *fr.* 26 *p.* 114 *Huschk. IA*[4]*; usque ad vocc.* nata est *descripsit Non. s. v.* sororis *p.* 52, 2 *M. cf. ann. ph.* 85, 713 *et* 715 ‖ 16 Sorror *Q* furor *O pr.* seorsum (*ex sqq. male praeceptum*) *T* ‖ 17 que] *om. XOΠ* ‖ eo *X pr.* ‖ domū *X pr. O* ‖ 18 familiam] = *x:* fimiliā *X* ‖ (§ 4) 19 uocabulumq; p. *Y* ‖ pnigidius *Q* ‖ 20 nominus *X* ‖ ETIMω *Π* &TraICO. *Z* ‖ *P. Nigidii Fig. fr. inc.,*

XI.

Quem M. Varro aptum iustumque esse numerum convivarum existimarit; ac de mensis secundis et de bellaris.

1 Lepidissimus liber est M. Varronis ex satiris Menippeis, qui inscribitur: nescis quid vesper serus vehat, in quo disserit de apto convivarum numero deque ipsius convivii
2 habitu cultuque. Dicit autem, convivarum numerum incipere oportere a Gratiarum numero et progredi ad Musarum, id est proficisci a tribus et consistere in novem, ut, cum paucissimi convivae sunt, non pauciores sint quam tres, cum plurimi, non
3 plures quam novem. Nam multos, inquit, esse non convenit, quod turba plerumque est turbulenta et Romae quidem stat, sedet Athenis, nusquam autem cubat. Ipsum

---

QZXOΠNTY

sed ad comm. gramm. indubitate pertinens p. 269 *Rutgers. V. L.* III 16; *descripsit Non. s. v.* fratrum *p.* 35, 33 *M. cf. ann. ph.* 85, 716 || inquid ē *x* inquidē *X* || 21 est] *om. TY* || ductus *Q* ||

XI: X *in lemm. tab. QZXOΠN, in init. cap. QZXON;* IX *ibi Π. Exstat in TY usque ad voc.* praecipit. *lin.* 32; § 6 *sqq. adhibuit Macr. Sat.* II 8, 2 *sq., unde pendere censeo Io. Sarisb. Policr.* VIII 7 *p.* 239 *G.* (*idem affertur in nov. thes. Lat. class. auct. ed. Mai* VIII 62); *ex* § 1 *autem non pendet Macr.* I 7, 12, *quo usus est Sarisb.* VIII 10 *p.* 261 *G. Totum caput* (*om. lin.* 38 *sqq.* Vina—bellaria *Büch.*) *Varr. sat. nescis q. s. v. v. fragmentis intulerunt harum reliquiarum editores Oehlerus p.* 171 *sq.* (*fr.* 1); *Riesius p.* 175 *sq.* (*fr.* I) *cf. p.* XIII *sq.; Büchelerus*[3] *p.* 196 *sq.* (*fr.* I)*; enarrat fere Fr. Petrarca de reb. fam. epp.* IX 10 || (*lemm.*) 2 M.] *post* m *om. QZ* || raptū *Z* || attumiustum queēe *X* || conuirarum *X* || existimaret *QZ* || 3 secundus *X pr.* || bellaris] *Q, quod in coll. loco maculato non satis dignoscere potui, Z:* bellariis || (§ 1) 4 menippe is *Q* menyppeis *OY* menippaeis *Z* menyppacis *N* men7ppeis *X* || 5 qui—vehat] *om. TY* || 6 dis*serit *X* dixerit *O pr. Π* || conuii *T* || (§ 2) 7 dicet *Y pr.* || numero] *om. X* || 9 constitere *Z* con***(s. **)tere (sti ?) *X* || 10 sint] sunt *Z* = s̄ *Q* || (§ 3) 11 esse] *om. X* || 12 et Romae quidem constat, sed et Athenis, nusquam autem cubat *vg., quae uncis inclusit* λ et nusquam accubat *rell. eiectis Oehlerus;* 'Romae inquit constat nusquam aut cubat — *sic inter asteriscos* x —] Romae inquit constat sed Athenis nusquam autem plures cubant — *sic fere* ꞔe —. *Scal.* nusquam alicubi. *Et vocem* inquit *subduxit linea.*' σ || quidem] inquit *XOΠ* || 13 stat] *h*ᵉ: con(*s.* c̄)stat *libri ex lin.* 14 *sc. praeceptum; erat cum* c̄(= cum) stat *conicerem* || sedet] *Π* (*h*ᵉ)*:* sed(*s.* s;) et || athesanisquā *Q* ||

deinde convivium constat, inquit, ex rebus quattuor et tum denique omnibus suis numeris absolutum est, si belli homunculi conlecti sunt, si electus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus. Nec loquaces autem, inquit, convivas nec mutos legere oportet, quia eloquentia in foro et apud subsellia, silentium vero non in convivio, set in cubiculo esse debet. Sermones igitur id temporis habendos censet non super 4
rebus anxiis aut tortuosis, sed iucundos atque invitabiles et cum quadam inlecebra et voluptate utiles, ex quibus ingenium nostrum venustius fiat et amoenius. Quod profecto, inquit, eveniet, 5
si de id genus rebus ad communem vitae usum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro atque in negotiis agendi non est otium. Dominum autem, inquit, convivii esse oportet non tam lautum, quam sine sordibus, et: In convivio legi non omnia debent, sed ea potissimum, quae simul sint βιωφελῆ et delectent.

Neque non de secundis quoque mensis, cuiusmodi esse eas 6
oporteat, praecipit. His enim verbis utitur: Bellaria, inquit, ea maxime sunt mellita, quae mellita non sunt; πέμμασιν enim cum πέψει societas infida.

QZXOΠNTY

14 deniq. *T* ‖ conuium *X pr.* ‖ 16 uelli *QXOz* u*lli *Z* uel ii *Π* imbelli *Petrarca l. l., quod ita explicat, tamquam* imbelles *scripsisset* ‖ colleti *X* ‖ lectus *O pr. Π* (*at cf.* conlecti—electus—lectum—neglectus) ‖ 17 nonne glet(glect *x*)us *X* ‖ 18 multos *XO pr. Π* ‖ 19 quia] qui *Z* ‖ 20 coubicolo *X pr.* ‖ (§ 4) 21 habendo *X* ‖ senset *O pr.* ‖ 22 ineuitabiles *T* ‖ 23 et in(il *Z*)lecebre(a *q*) uoluptate *QZ* ‖ uoluptati *XΠ* ‖ ex] et *TY* ‖ 24 uetustius *TY* ‖ (§ 5) 25 si] *sup. lin. add. x* ‖ usu *Z* ‖ pertinentibus usum *T* ‖ 26 confa**lemur *X pr.* confabulemus *T* ‖ in] *alterum* in *om. Π* ‖ 27 agendis *T* agendis loqui *XOΠNY* ‖ 28 conuiuiis *Z* conuiui *O* ‖ esse] autem (*male iteratum*) *Z pr.* ‖ s*ine *X* ‖ 29 et „in *Oehlerus:* et in (*s.* , *s.* : et in *s.* .Et in) ‖ In convivio—delectent] *add. iis, quae ap. Varr. sequebantur, exhibuerat G.* I 22, 5 (*fr.* II *R., B.*) ‖ non omnia legi *TY* ‖ non] nec *G. lib.* I *l. l.* ‖ sed] et *G. l. l.* ‖ 30 simul] *om. TY* ‖ ΒΙΩΦΕ II *X pr.* GR. *Q* utilia *TY* ‖ (§ 6) 31 Nec *Q* ‖ de] *om. Π* ‖ quoque] *om. Π* ‖ cuius modi *X* ‖ 32 His—bellaria] *lin.* 40 *om. TY* ‖ hiis *Z* ‖ 33 maxisunt *X pr.* ‖ bellita *QZ* ‖ .Quae *Π* ‖ πέμμασιν] dulcibus *Macrobius* ‖ πέμμασιν—πέψει] .GR. *Q* ‖ 34 ΕΝΙΜΩΜΠΕΙΕΙ. *Z* ‖ *(*s.* **)societas *X* ‖

7 Quod Varro hoc in loco dixit bellaria, ne quis forte in
ista voce haereat, significat id vocabulum omne mensae secundae
genus. Nam quae 'πέμματα' Graeci aut 'τραγήματα' dixerunt,
ea veteres nostri 'bellaria' appellaverunt. Vina quoque dulciora
est invenire in comoediis antiquioribus hoc nomine appellata
dictaque esse ea 'Liberi bellaria'.

XII.

Tribunos plebis prensionem habere, vocationem non habere.

1 In quadam epistula Atei Capitonis scriptum legimus,
Labeonem Antistium legum atque morum populi Romani
2 iurisque civilis doctum adprime fuisse. Sed agitabat, inquit,
hominem libertas quaedam nimia atque vecors, tamquam eorum, divo Augusto iam principe et rempublicam obtinente, ratum tamen pensumque nih
haberet, nisi quod iussum sanctumque esse in Romanis
3 antiquitatibus legisset, ac deinde narrat, quid idem Labeo
4 per viatorem a tribunis plebi vocatus responderit: Cum a muliere, inquit, quadam tribuni plebis adversum eum aditi,

---

QZXOΠN

(§ 7) 35 dixit hoc (hoc in π) loco *Π* ‖ in lodixit *X pr.* ‖ bellaria ne] = *q*: bellare ante *QZ* ‖ 37 nāq; *X* ‖ nāq; (q̃ *q*) GR. gce dixerunt *Q* ‖ pemmata *Π* ‖ gretia et *Z* ‖ tragemata *Π* ΓΡaΓΕΜaΤa *X* ‖ 38 Vna *Q pr.* ‖ 39 inco mediis *x* inco medetis *X* ‖ 40 ea] *om. X* ‖ bellaria] = *Macr.*: *om. X* ‖

XII: XI *in lemm. tabula QZXOΠN, in init. cap. QZXON;* X *ibi Π* ‖ (§ 1) 3 qua *X pr.* ‖ antei *QZ* athei *Vat.* 3452 *m. pr. ς part.* ‖ *C. Ateii Capitonis epp.* (*cf. Frederking philol.* 19, 658) *fr. unicum fr.* 19 *p.* 120 *Huschk. IA.*[4] ‖ 5 ad prime *Z* prime *O pr. Π* ‖ (§ 2) 6 vecors tamquam eorum] *ex Q Bentleius ad Hor. serm.* I 3, 82 *cf. h*[ra] 4 *sq.*: uecor s̄t q̃ (que *Z*) eorum *QZ* uecors usque eo ut *XOΠN* ‖ 7 auguto *Z* ‖ prime cipe *ut vid. in ras. X pr.* ‖ 8 obinente *N* iam (*ex praeced. iteratum*) obtinente *Vat. SGerm.* 643 *ς* ‖ 9 iussum] *Bentleius l. l.; GMaiansius ad* XXX *Ictor. fr.* (*Genev.* 1764) II 174: iustum ‖ (§ 3) 10 quid idem] quidem *QZ* ‖ 11 plebis *Q* ‖ responditrit *X pr.* ‖ (§ 4) eum *Q* ‖ ad *X* ‖ 12 inquit] = *x:* in *X* ‖ aditi in Gallianum] *h ann. phil.* 91, 214 *sqq. coll. imprimis et Pompon. D.* I 2, 2, 47 *et tab. alim. Ligurum Baebianorum CIL* IX 1455 *col.* III 62—64, *quod olim ab eo in ep. ad me data addubitatum nunc fere probari video a τ RStR* I[2] 319, 1 *coll.* 140, 4 *eiusdemque ad CIL* III 536 *adn.; inspicienda porro erit Ioannis*

in Gallianum ad eum misissent, ut veniret et mulieri responderet, iussit eum, qui missus erat, redire et tribunis dicere, ius eos non habere, neque se neque alium quemquam vocandi, quoniam moribus maiorum tribuni plebis prensionem haberent, vocationem non haberent: posse igitur eos venire et prendi se iubere, sed vocandi absentem ius non habere.

Cum hoc in ea Capitonis epistula legissemus, id ipsum 5
postea in M. Varronis rerum humanarum uno et vicesimo libro enarratius scriptum invenimus verbaque ipsa super ea re Varronis adscripsimus: In magistratu, inquit, habent alii 6
vocationem, alii prensionem, alii neutrum: vocationem, ut consules et ceteri, qui habent imperium; prensionem, ut tribuni plebis et alii, qui habent viatorem; neque vocationem neque prensionem, ut quaestores et ceteri, qui neque lictorem habent neque viatorem. Qui vocationem habent, idem prendere, tenere, abducere possunt, et haec omnia sive adsunt quos vocant sive acciri iusserunt. Tribuni plebis vocationem habent nullam, neque minus multi imperiti, proinde atque haberent, ea sunt usi: nam quidam non modo privatum, sed etiam consulem in rostra vocari iusserunt. Ego triumvirum, vocatus a Porcio, tribuno

---

QZXOΠN

Flechia** comm. 'nomi locali del Napolitano derivati da gentilizi Italici' vol.* X *actor. acad. Taurin. inserta, quam adhibere non potui:* aditi gallianum *Oς* (*Linc.*) aditi g(G *vg.*)ellianum *QXΠNo vg.* ad intelligellianū *Z* ‖ 14 iussitq. *Π pr.* ‖ eum] *om. X* ‖ 16 quoniam] quom *N* quē *Z* ‖ maior *X* ‖ 17 pensionem *X pr.* ‖ 18 eossuę nire *X pr.* ‖ prendi se] = *o:* prendisse *QZOΠ* p̃rendisse *X* ‖ (§ 5) 21 uno uicesimo *Z* ‖ uicensimo *N* ui*cesimo *X* ‖ 22 enarratus *O pr. Π* ‖ inuemimus *Π* ‖ (§ 6) *Varr. ant. hum. lib.* XXI *fr. p.* 210 *sq. Bip., fr.* II *p.* 134 ***Mirsch. ‖ 23 habent ali *X pr.* ‖ 25 cęteri *X* ‖ 26 uictorem *X pr.* ‖ 27 q̄stiores *Z* ‖ 28 caeteri *X* ‖ litorem *O pr.* ‖ uitorem *X* uictorem *x* uariatorē *O pr.* ‖ 29 iidem *XO m. rec.* ‖ aducere *X pr.* ‖ 31 acciriusserunt *X pr.* ‖ iusserunt tribuni *Z* ‖ locationem *O pr. Π pr.* ‖ 32 neque eo minus *g* ‖ impii *Q* ‖ 33 perinde *O m. rec.* ‖ usi sunt *Π* ‖ quidem *O pr. Πσ* ‖ 35 triumvirum] = σ: triumuir* *O* XXvirum *BBadt de orac. Sibyll. a Iudaeis compos.* I (*diss. Vrat. a.* 1869) *thes.* 3 ‖ uocat̆ *O* ‖ a portio *QZΠO m. rec.* apportio *XO* a p. porcio *N, quod ex falsa*

plebis, non ivi, auctoribus principibus, et vetus ius tenui; item tribunus cum essem, vocari neminem iussi nec vocatum a conlega parere invitum.

7 Huius ego iuris, quod M. Varro tradit, Labeonem arbitror vana tunc fiducia, cum privatus esset, vocatum a tribunis non
8 isse. Quae, malum, autem ratio fuit vocantibus nolle obsequi, quos confiteare ius habere prendendi? Nam qui iure prendi
9 potest, et in vincula duci potest. Sed quaerentibus nobis, quam ob causam tribuni, qui haberent summam coercendi potestatem, ius vocandi non habuerint, * * *, quod tribuni plebis antiquitus creati videntur non iuri dicundo nec causis querelisque de absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis, quibus usus praesens fuisset, ut iniuria, quae coram fieret, arceretur; ac propterea ius abnoctandi ademptum, quoniam, ut vim fieri vetarent, adsiduitate eorum et praesentium oculis opus erat.

QZXOΠN

distinctione falsae scripturae apportio *ortum esse nec genuinum hominis praenomen praebere arbitror; nobis certe P. Porcius tr. pl. Varronis aequalis natu maior notus non est, ut equidem spectare haec potius crediderim ad M. Porcium Catonem, Saloniani f., Vticensis patrem, quem trib. pl. fuisse novimus ex G.* XIII 20, 14 *cf. Drumannum Gesch. Roms etc.* V 152 *n.* 21; *Haakhium in Pauli RE* V 1911 *n.* 17 ‖ 36 auctoris *Z* actoris *Q* ‖ uetusius tenuite tribunus *Q* ‖ ius senui *x* ius se nui *X* ‖ 37 item] te *Z* Idem *IBongarsius* ‖ 38 accollega *X* ‖ (§ 7) 39 ego iuris] = *x:* ris *X* ‖ 40 tum fidutia *Z* ‖ attribunis *X* atribun' *Z* ‖ (§ 8) 42 quos] = *o:* qui *ut vid. O* ‖ confitear (it *ex* ea *corr.*) *Q* ‖ iure prendi (prende *O pr.* yprendi *X*) qui potest *XOΠ* ‖ 43 et] etiam *XOΠN* ‖ et—potest] *post* potest *om. Z* ‖ dici *O pr.* ‖ (§ 9) .Sed] s; *Z* ‖ 44 cohercendi *QZXON* ‖ 45 habuert̄ *Q* ‖ *lacunae notam statuit h; exspectes* respondebitur *s. quid simile: om. libri;* iḍ occurrit (*in mg.* repertum *teste i,*) *O m. rec.* illud occurrit *c* ‖ (quod) *g* ‖ 46 nonnuri (i *supra*) *X* ‖ in iuri *O* in iure *o* ‖ querellisq. *o* quaerelis que *X* ‖ 47 (quibus praesens fuisset) *h*ᶜ (= τ *RStR* I 260, 1[2]) ‖ usus praesens fuisset] *o:* usus (*coniectura assecutus*) in praesens fuisset μ prae(*s.* p̄ *s.* pre)sens fuisset (fuisse *X*) *libri* (usus *propter praecedens* us *periit*) ‖ ([usus] praesens fuisset, ut) *HHagen in Bursiani nunt. a.* 1873 *p.* 1411 *sq.* ‖ 48 ut] *om. X* ‖ incuria *X* ‖ quoram *O* ‖ acceretur *X* acciretur *x* ‖ 49 abnoctandi] = *o:* adnoctandi *OΠ* = *Π mg.* (*test. ORibbeckio, qui a me rogatus cod. inspexit, non* abnoctandi) abnotandi *X* adnoctandū *Z* aduocandi *Q* ‖ quom *N* ‖ vim] *om. O* ‖ 50 ⊢orum *X* orum *O pr.* ‖ occulis *O* ‖

XIII.

Quod in libris humanarum M. Varronis scriptum est, aediles et quaestores populi Romani in ius a privato ad praetorem vocari posse.

Cum ex angulis secretisque librorum ac magistrorum in medium 1
iam hominum et in lucem fori prodissem, quaesitum esse memini in plerisque Romae stationibus ius publice docentium aut respondentium, an quaestor populi Romani a praetore in ius vocari posset. Id autem non ex otiosa quaestione agitabatur, sed usus 2
forte natae rei ita erat, ut vocandus esset in ius quaestor. Non 3
pauci igitur existimabant, ius vocationis in eum praetori non esse, quoniam magistratus populi Romani procul dubio esset et neque vocari neque, si venire nollet, capi atque prendi salva ipsius magistratus maiestate posset. Sed ego, qui tum adsiduus in libris 4
M. Varronis fui, cum hoc quaeri dubitarique animadvertissem, protuli unum et vicesimum rerum humanarum, in quo ita scriptum fuit: Qui potestatem neque vocationis populi viritim habent neque prensionis, eos magistratus a privato in ius quoque vocari est potestas. M. Laevinus, aedilis curulis, a privato ad praetorem in ius est eductus; nunc stipati servis publicis non modo prendi non possunt, sed etiam ultro submovent populum.

Hoc Varro in ea libri parte de aedilibus, supra autem in 5
eodem libro quaestores neque vocationem habere neque prensionem dicit. Vtraque igitur libri parte recitata, in Varronis omnes 6
sententiam concesserunt, quaestorque in ius ad praetorem vocatus est.

QZXOΠN

XIII: XII *in lemm. ind. QZXOΠN, in init. cap. QZXON* XI *ibi Π* ‖ (*lemm.*) 3 ius a] iussa *Z* iussu *Q* ‖ a pretore *Z* a p̄tore *Q* ‖ (§ 1) 4 ex sangulis *Z* ‖ 5 p̄dissem *O pr.* ‖ 7 apretore *QZ:* ad praetorem ‖ (§ 2) 9 nat|aerei *X pr.* ‖ ut] *om. X* ‖ (§ 3) 10 ius] iussu *X* ‖ p̄****|tori (tori) *X* ‖ 11 quom *N* ‖ dubio n̄ eēt *Z* ‖ 12 siue**nire (ri) *X* ‖ (§ 4) 13 tum] cum *Z* ‖ 14 fui* (t) *XO* ‖ 15 p̄tulium & *X pr.* ‖ uicensimum *N* ‖ rerum humanarum rerum *X* rerum humanarum librum *x* ‖ *Varr. ant. rer. hum. lib.* XXI *fr. p.* 211 *Bip.; fr.* III *p.* 134 *Mirsch.* ‖ 18 uacari *QX pr. O* ‖ leuimus *X* ‖ 19 curulis] eurilis *Q* ‖ a pri| *X pr.* ‖ ad praetorem] 7 p̄tore *QZ* de p̄torē *ut vid. in litura X pr.* ‖ 20 stipatis *O pr. Π* ‖ 21 ultrosū mouent *Z* ‖ submo uenit *X pr.* ‖ (§ 5) 22 parte libri *Q* ‖ deedilib; *X* ‖ supra] *c.* 12, 6 ‖ 23 neq; uocacionē neq; h̄re *Q* ‖ (§ 6) 25 sentenciā cū cesserunt *Q* ‖

XIV.

[Quid sit pomerium.]

1 'Pomerium'. quid esset, augures populi Romani, qui libros de auspiciis scripserunt, istiusmodi sententia definierunt: Pomerium est locus intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros regionibus certeis
2 determinatus, qui facit finem urbani auspicii. Antiquissimum autem pomerium, quod a Romulo institutum est, Palatini montis radicibus terminabatur. Sed id pomerium pro incrementis reipublicae aliquotiens prolatum est et multos editosque
3 collis circumplexum est. Habebat autem ius proferendi pomerii, qui populum Romanum agro de hostibus capto auxerat.

4 Propterea quaesitum est ac nunc etiam in quaestione est, quam ob causam ex septem urbis montibus, cum ceteri sex intra pomerium sint, Aventinus solum, quae pars non longinqua nec infrequens est, extra pomerium sit, neque id Servius Tullius rex neque Sulla, qui proferundi pomerii titulum quaesivit, neque postea divus Iulius, cum pomerium proferret, intra effatos urbi fines incluserint.

QZXOΠNTY

XIV: XIII *in lemm. ind. Π, om. rell.;* XIII *in init. cap. QXON,* XII *Π* XXIII *Z. Exstat in TY usque ad* § 3 *extr.; affertur in schol. Rhedig. recentissimis ad Luc. Phars.* I 594 Pomoerium est illud spatium, quod est inter muros urbis et aedificia privatorum, ut refert A. Gellius ‖ (*lemm.*) 2 Quid sit pomerium] *Π: om. QZXON*ς Verba ex libro Messalae auguris quibus docet quid sit pomerium et qui sint (sunt *al.*) minores magistratus *etc.* (*cf. cap. sq.*) ς ‖ (§ 1) 3 agures *Y* ‖ 4 auspitiis *O* ‖ istius modi *ZX* ‖ 6 certeis] *ed. princ. Rom. ϰg cf. i*: certe is *No* certe*is *X* certe his *QZTY* certa his *OΠ* ‖ 7 determinatur *O pr.* ‖ (§ 2) 8 institum *X pr.* ‖ palati *ZXOΠN* ‖ 10 aliquoties *O pr.* ‖ platū *OΠ* ‖ aeditosq; *XOΠ* ‖ 11 colli*s *X* colles *x Q m. rec.* coles *Q pr.* ‖ (§ 3) pomerium *X* ‖ (§ 4) 14 ce(cae *X*)teris ex *ZX* ‖ intraq. *Z* ‖ 15 longinquo *X* ‖ 16 extra] ex *X* ‖ 17 proferundi] λ *ex Q, ut arbitrabatur:* profundi *Q* proferendi *ZOΠN* pro ferendi *X* ‖ quaesunt *Z* ‖ 18 siuillius *ut vid.* (*tertia litt.* i *et prior apex litt. alt.* u *macula hausta*) *X* alīt Iulius *in mg. x* ‖ pferret pferret *Q pr.* ‖ urbi] *h cf. Liv.* X 37, 15 locus templo effatus: libri *QZ* urbis *XOΠN* ‖ 19 incluserunt *X pr. Z* incluserunt (*ad mg.* ·/) *z* ‖

Huius rei Messala aliquot causas videri scripsit; sed praeter 5
eas omnis ipse unam probat, quod in eo monte Remus urbis condendae gratia auspicaverit avesque inritas habuerit superatusque in auspicio a Romulo sit: Idcirco, inquit, omnes, qui pome- 6
rium protulerunt, montem istum excluserunt, quasi avibus obscenis ominosum.

Sed de Aventino monte praetermittendum non putavi, quod 7
non pridem ego in † Elydis, grammatici veteris, commentario offendi, in quo scriptum erat, Aventinum antea, sicuti diximus, extra pomerium exclusum, post auctore divo Claudio receptum et intra pomerii fines observatum.

XV.

Verba ex libro Messalae auguris, quibus docet, qui sint minores magistratus; et consulem praetoremque conlegas esse; et quaedam alia de auspiciis.

In edicto consulum, quo edicunt, quis dies comitiis centuriatis 1
futurus sit, scriptumst ex vetere forma perpetua: ne quis magistratus minor de caelo servasse velit. Quaeri igitur solet, 2

QZXOΠN

(§ 5) 20 mesalla ς ‖ *M. Valerii Mess. Corvini de auspiciis fr.* 3 *p.* 104 *Huschk. IA*⁴ ‖ aliqđ *Z* ‖ scribit *OΠ* scrisit (*sic* b *del. et* s *spscr.*) *o* ‖ preterea somnis *Z* ‖ 21 omnes *X* = ōs *Π* ‖ una improbat *Z* ‖ 22 auspicauit *Q* auspicarit *i* ‖ abesq; *O* habesq; *Q pr. Z* alesq; *X pr.* ‖ habuerint *Z* ‖ 23 in] *om. Π* ‖ auspitio *Z* ‖ (§ 6) ōs *Π* ‖ 25 ominosum] = *xo* = ominos. *o mg.:* hominosum *X* omninosum *q* omnino sum *QZO* ‖ *distinguendi notam om. Z* ‖ (§ 7) 26 pp̄tmittendum *Q pr.* ‖ 27 Elydis] *QXOΠN:* elidis *Z* Felicis (*Laelii sc. Fel.*) *m* 691, 10 *cf. eund. philol.* 16, 168 *sqq.; mus. phil.* 18, 297 *sqq.* Heraclidis (*Pontici sc. iunioris, de quo nunc add. HKleist de Philoxeni stud. gramm. Gryph.* 1865 *p.* 22 *sq., HDiels doxogr. p.* 151, 3) *h ibid.* 17, 578 *sqq.* Epelydis *recte fort. Th. Bergk Aug. rer. — ind. p.* 93, 1 ‖ grā(gra *Z*)aticis *ZX* ‖ 28 auentino (*ut lin.* 26) *Z* ‖ sicut *Π* ‖ 29 actore *Q* ****tore *Z* ‖

XV: XIII *in ind. lemm. QZXON* XIIII *Π; ipsum caput sine num. nota in ead. linea continuatur in QZXON*, XIII *notatur a Π* ‖ (*lemm.*) 2 missale *Q pr.* ‖ auguriis *Z* ‖ (§ 1) 5 edictū (*propter sq.* consulum) *QZ* ‖ consulem *O pr.* ‖ quę dicunt *X* ‖ comic' *Q pr.* ‖ centuriaris *ut vid. Q pr.* ‖ 6 scriptumst] *h:* scriptū *Q* scriptur' (*praec. sc.* futurus) *Z* scri*bitur (p *ut vid.*) *X* scribitur *recte fort. OΠN* ‖

3 qui sint magistratus minores. Super hac re meis verbis nil opus fuit; quoniam liber M. Messalae auguris de auspiciis
4 primus, cum hoc scriberemus, forte adfuit. Propterea ex eo libro verba ipsius Messalae subscripsimus: Patriciorum auspicia in duas sunt divisa potestates. Maxima sunt consulum, praetorum, censorum. Neque tamen eorum omnium inter se eadem aut eiusdem potestatis, ideo quod conlegae non sunt censores consulum aut praetorum, praetores consulum sunt. Ideo neque consules aut praetores censoribus neque censores consulibus aut praetoribus turbant aut retinent auspicia; at censores inter se, rursus praetores consulesque inter se et vitiant et obtinent. Praetor, etsi conlega consulis est, neque praetorem neque consulem iure rogare potest, ut quidem nos a superioribus accepimus aut ante haec tempora servatum est et ut in commentario tertio decimo C. Tuditani patet, quia imperium minus praetor, maius habet consul, et a minore imperio maius aut maior a minore conlega rogari iure non

---

QZXOΠN

(§ 3) *M. Valerii Mess. Corvini de auspiciis fr.* 1 *p.* 103 *Huschk. IA*[4]*; indidem desumptus vv. dd. satis probabiliter videtur Festi l. s. v.* [minora itemque maio]ra auspicia *p.* 157[b] *M., locus ceterum non minus brevis quam mutilus* ‖ 8 eis *Z* ‖ nihil *XO* ‖ 9 quom *N* ‖ au*guris (t) *X* ‖ (§ 4) 11 *His praecessisse fere haec* Auspicia magistratuum sunt aut patriciorum aut plebeiorum *suo iure adnotat Th. Mommsen RStR* II[2] 272, 1 ‖ 12 dua (s *ante* s *om.*) *Q pr.* ‖ potestates] = p̄tates (*inscite igitur add.* '*fort.* partes') σ ‖ maxime** *Q* ‖ sunt consulum—praetores] *lin.* 16 *ante* consulum sunt *om. Q* ‖ 13 p̄tore (v̄) *X* praetorē *Z* ‖ 14 eadem] eã *X* ‖ 16 consules sunt *X* ‖ 18 au*spicia (t) *X* ‖ at] aut *QZ* ‖ 19 rursus—inter se] *post* inter se *om. X sup. lin. add. x* ‖ 21 consulem interrogare potest. Vt *Π* ‖ 22 nos aspioribus *X pr.* ‖ 23 aut] et σ (aut) *Huschkius* ‖ hee *Z* ‖ esse *Huschkius* ‖ *C. Sempronii Tuditani magistratuum* (*p.* CCXI *sq.*) *lib.* XIII *fr.* 8 *p.* 146, *p.* 92 *ed. min. Pet.; fr.* 2 *p.* 8 *Huschk. l. l.* ‖ 24 pat̄ *Π* ‖ quia] '*Fortasse excidit* inquit' *Huschkius* ‖ in|perium *X* ‖ 26 maior a minore] *h praeeunte fere Pighio ann. Rom.* III 262, *cf. adn. sq.*: maiore (*non* a maiore) *QXOΠN, quod facile ex* maior(a minor)e *oriri poterat* maiorē *Z; defendere studui* maiore *ann. phil.* 85, 51, *ubi addere poteram G. cum* III 18, 4, *tum* V 8, 1 *sqq.* a maiore ς maior *g* maioris *Huschkius praeeunte fere PMerula de comit. c.* 2 § 13

potest. Nos his temporibus praetore praetores creante veterum auctoritatem sumus secuti neque his comitiis in auspicio fuimus. Censores aeque non eodem rogantur auspicio atque consules et praetores. Reliquorum magistratuum minora sunt auspicia. Ideo illi 'minores', hi 'maiores' magistratus appellantur. Minoribus creatis magistratibus tributis comitiis magistratus, sed iustus curiata datur lege; maiores centuriatis comitiis fiunt.

Ex his omnibus verbis Messalae manifestum fit, et qui sint 5
magistratus minores et quamobrem 'minores' appellentur. Sed et 6
conlegam esse praetorem consuli docet, quod eodem auspicio
creantur. Maiora autem dicuntur auspicia habere, quia eorum 7
auspicia magis rata sunt quam aliorum.

QZXOΠN

maiori *coni.* τ *RStR* II² *p.* 77, 2, *recepit ibid. p.* 118, 4 ‖ a minore collega maior *Pighius* ‖ rogare *XOΠN* ‖ 27 hiis *Z* ‖ praetores praetore *XOΠ* ‖ creante *Z* ‖ 28 hiis *Z* is *X* ‖ 29 cōmitiis *X* ‖ auspitio *ZO pr. et sic Z saepius infra* ‖ fuimus censores (. *Q*) atq; *ex lin. sq. praeceptum QZ* ‖ 30 utq. *X* ‖ 31 magistratum *X pr.* ‖ au*spicia *X* ‖ 32 hii *ZXOΠ* ‖ maiores] = *o:* mago *O* ‖ 33 Minoribus creatis] reatib; *Z* ‖ *'Es hat eine Verschiebung der Worte stattgefunden, und ursprünglich lautete die Stelle so:* Minores magistratus tributis comitiis, maiores centuriatis comitiis fiunt, sed [maioribus] creatis [magistratibus] ius (imperium ?) curiata datur lege' μ *a.* 1881 *d. Verf. u. Verw. d. röm. Staates* I 238 *n.* *, *multo cautior a.* 1873 (*adv. crit.* II 603) *ubi de h. l. 'verba' inquit 'prorsus perturbata emendare nequeo'* ‖ creatis] = σ ‖ tributis|*comitiis *X* ‖ *num* tributis [comitiis, his (*aut* his quidem)] comitiis *?* ‖ magistratus ratus et iustus *Büttner-Wobst ann. phil.* 121, 183 ‖ 34 sed] *om. Huschkius l. l.* (*retinuerat id. olim*) ‖ iustius *e vg.* ius *Latinus Latinius Lucubrat.* II (*Viterb.* 1667) *p.* 123; *bibl. sacr. et prof.* (*Rom.* 1687) II *p.* 30ᵇ; 35ᵃ ius illis *i* ius iis *ROuwens noct. Hagan.* (*Franeq.* 1780) II 2 *p.* 162 ius eius *Niebuhrius RG* II 412, 4 (*Huschkius Serv. Tull.* 407, 30) eius ius *LLange RA* I³ 387, 2 ius minus *s.* ius deterius *Em. Hoffmann patric. u. pleb. Curien* (*Vindob.* 1879) *adn.* 22 *p.* 24 *sq.* ius istius *HRoensch; erat cum de* ius tum *cogitarem* ‖ datur. *X* ‖ lege maiores *ZXΠ* ‖ 35 comic' *Q* ‖ fiunt ex *Z* ‖ (§ 5) 36 his] *om. Z* ‖ qui sit *X pr.* ‖ 37 magistratis *O pr.* ‖ appellantur *ZOΠ* apellantur *X* ‖ (§ 7) 39 dicuntus *Q* ‖ auspicia—eorum] *ante* auspicia *om. Q* q̃ *sup. lin. q* ‖ 40 magistrata *Z* ‖

XVI. (vg. XV. extr.)

Item verba eiusdem Messalae disserentis, aliud esse 'ad populum loqui', aliud 'cum populo agere'; et qui magistratus a quibus avocent comitiatum.

1 (XV. 8) Idem **Messala in eodem libro** de minoribus magistratibus ita scripsit: **Consul ab omnibus magistratibus et comitiatum et contionem avocare potest. Praetor et comitiatum et contionem usquequaque avocare potest, nisi a consule. Minores magistratus nusquam nec comitiatum nec contionem avocare possunt. Ea re, qui eorum primus vocat ad comitiatum, is recte agit, quia bifariam cum populo agi non potest nec avocare alius alii potest. Set, si contionem habere volunt, uti ne cum populo agant, quamvis multi magistratus simul**
2 (9) **contionem habere possunt.** Ex his verbis Messalae manifestum est, aliud esse 'cum populo agere', aliud 'contionem habere'.
3 (10) Nam 'cum populo agere' est rogare quid populum, quod suffragiis suis aut iubeat aut vetet, 'contionem' autem 'habere' est verba facere ad populum sine ulla rogatione.

QZXOΠN

XVI (XV *extr.* – § 8—10 *Longol.* – *e vg.*): XV *in ind. lemm. Π,* XIIII *rell., ad initium cap. omnes* ‖ (*lemm.*) 2 eiudē *Z* ‖ deserentis *Z* ‖ 3 a] *om. X* ‖ uocent *Π* ‖ 4 cõmitiatum *X* comitatum *Π* ‖ (§ 1) 5 messale *Q* messalę *X pr.* ‖ eđ *Q* ‖ *M. Valerii Mess. Corvini de auspiciis fr.* 2 *p.* 104 *Huschk. l. l.* ‖ demnoribus *X pr.* ‖ 6 consulab' (*ad sq.* omnibus *sc. aptatum*) *QZ* ‖ 7 avocare] *om. Π* ‖ comitatum *Q* comu|tia tum *Z* ‖ 8 aduocare *Z* ‖ 9 ne∗ *X pr.* ne *O* ‖ comitiatum nec] *post* nec *om. Q* ‖ 10 aduocare *Z* ‖ earequies *X pr.* ‖ 11 ad] a *Z* ‖ cognitiatum *O pr.* cogmitia *X* ‖ 12 bin fariam *X* ‖ *distinctionis notam maiorem post* potest *om.* ϛμ ,*ponit* τ *RStR* I² 247, 1 ‖ avocare] cauo re *Z* ‖ illius *O pr. Π* ‖ aliis alii possunt, si sic *Huschkius* ab eo alii possunt, si *Büttner-Wobst ann. phil.* 121, 183 *sq.* alius alio (ἄλλος ἀλλαχῆ *sc.*) possit, si *HRoensch* ‖ 13 potest. Sed τ *l. l.:* potest; μ posset *QZXONvg.* possent *Π* posst̄ *Franeq. m. alt.* ‖ uti∗ *X* ‖ neq. (?) *O pr.* ‖ 14 agat *B.-W.* ‖ 15 haberere possent *O pr.* ‖ (§ 2) hiis *Z* ‖ manifest∗um (t) *X* manifectū *Q* ‖ (§ 3) 18 autu|beat *X* ‖ aut uetet *ut vid. in ras. iteratum erat in Q* ‖

XVII. (XVI.)

Humanitatem non significare id, quod volgus putat, sed eo vocabulo qui sinceriter locuti sunt magis proprie esse usos.

Qui verba Latina fecerunt quique his probe usi sunt, 1
'humanitatem' non id esse voluerunt, quod volgus existimat quodque a Graecis 'φιλανθρωπία' dicitur et significat dexteritatem quandam benivolentiamque erga omnis homines promiscam, sed 'humanitatem' appellaverunt id propemodum, quod Graeci 'παιδείαν' vocant, nos 'eruditionem institutionemque in bonas artis' dicimus. Quas qui sinceriter percupiunt adpetuntque, hi sunt vel maxime humanissimi. Huius enim scientiae cura et disciplina ex universis animantibus uni homini datast idcircoque 'humanitas' appellata est.

Sic igitur eo verbo veteres esse usos et cumprimis M. Var- 2
ronem Marcumque Tullium, omnes ferme libri declarant.
Quamobrem satis habui unum interim exemplum promere. Itaque 3
verba posui Varronis e libro rerum humanarum primo, cuius principium hoc est: Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est paulum modo humaniori ignotus.

QZXOΠN

XVII (XVI *vg.*): XVI *in lemm. ind. Π,* XV *ibi rell., in init. cap. omnes; in usum suum convertit Non. s. v.* humanitatem *p.* 52, 11 *M. cf. ann. phil.* 85, 713, *qua de re perperam dubitat PMirsch de M. Ter. V. ant. rer. hum. lib.* XXV *p.* 59 ‖ (*lemm.*) 2 putat** (or) *O* ‖ qui inceriter *X pr.* ‖ 3 magis—usos] *om. Z* ‖ proprię *X* ‖ (§ 1) 4 hiis *Z* ‖ probe] *om. Z* ‖ 6 ΦΙΛaΝΤΡωΠΙa *X* filantropia *Π* ‖ 7 beni*uolentiamque (e) *Q* beniuolentiam quae *XO pr.* ‖ omnes *Z* ‖ promiscuam *Q* ‖ sed—Graeci] *om. X* ‖ 8 prope modum *QZ* ‖ παιδείαν] ς: ΠaΤΔΕΙaΜ *Z* ΠaΙΔΕΙa (. *N*) *ON* paideia *Π* ΠaΙΛΕΙa *X* ‖ 9 artes *QΠx* ‖ 10 quis incerit̄ *X* ‖ percupiunt] *Q*: cupiunt (per *propter praecedens* ter *om.*) *ZXOΠN*ς percipiunt *q* ‖ hi] ς: hii *QZX* ii *OΠN* ‖ vel] *om.* ς et ς, *quod 'considerandum' esse videbatur Handio Tursell.* III 591, *at cf. Haasii ad Reisig. adn.* 404, *EWölfflin lat. u. rom. Comparation p.* 47 ‖ 11 humanissime *O pr.* ‖ 12 datast] *N:* data est ‖ humanitatis *X* ‖ (§ 2) 13 eo] ego *O pr. Π* ‖ esse] *om. Q* ‖ cum primis *Z* ‖ 14 declanant *O pr.* ‖ 15 promere] = σ: **omere *Q* ‖ (§ 3) 16 *sq.* ,cuius] ;tuus *X* ‖ 17 est praxiteles. *X* ‖ *Varr. antiq. rer. hum. lib.* I *fr. p.* 204 *Bip. fr.* I *p.* 82 *Mirsch.* ‖ 18 eggregiū memini Z ‖ humani ori *X pr.* humani*ori (h) *O* ‖ humaniori ignotus] humanior *libri Noniani* ‖ ignatus *X* ‖

[redacted]

4 Humaniori inquit, non ita ut vulgo dicitur, facili et tractabili et benivolo, tametsi rudis litterarum sit, hoc enim cum sententia nequaquam convenit, sed eruditiori doctiorique, qui Praxitelem, quid fuerit, et ex libris et ex historia cognoverit.

XVIII. (XVII.)

Quid apud M. Catonem significent verba haec 'inter os atque offam'.

1 Oratio est M. Catonis Censorii de aedilibus vitio creatis. Ex ea oratione verba haec sunt: Nunc ita aiunt, in segetibus, in herbis bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Saepe audivi, inter os atque offam multa intervenire posse; verumvero inter offam atque herbam, ibi vero longum intervallum est.
2 Erucius Clarus, qui praefectus urbi et bis consul fuit, vir morum et litterarum veterum studiosissimus, ad Sulpicium Apollinarem scripsit, hominem memoriae nostrae doctissimum, quaerere sese et petere, uti sibi rescriberet, quaenam esset eorum verborum
3 sententia. Tum Apollinaris, nobis praesentibus, nam id tem-

---

QZXOΠNTY

(§ 4) 19 humani ori *X pr.* hu|niori *Q pr.* || ita ut] *om. QZ h*[e] ut *ibi add. m*[a] || 20 beni*uolo (e) *Q* || 21 erudiori *N* || doctoriq; *Q pr. Z* || praxitē *O* || praxiteles inquit *q* || 22 quis *mg. Gryph.* 1537 (= c. 20, 5), *at cf.* XVII 6, 5; XIX 10, 13; XX 10, 2; *Fronto ad M. Caes. epp.* II 5 *p.* 29 *Nab.* || ex hiis libris *Z* || *cognouerit (a) *X* ||

XVIII (XVII *vg.*): XVII *in ind. lemm. Π* XVI *ibi rell., in init. cap. omnes;* § 1 *exstat in TY* || (*lemm.*) 2 apud ros m. (ros *ex sqq. praeceptum cf. adn. sq.*) *Q* || hecanteros *Q* || *os (e) *X* || (§ 1) 3 deae dilibus *X pr.* || *M. Porcii Cat. de aedilibus vitio creatis or. fr. p.* 125 *HM*[2], *or.* LXV *fr.* 1 *p.* 67 *Iord.; Varroni haec tribuunt Vincentius Bellovacensis, Iacobus Magnus, Arnoldus de Hollandia, qui tamen addit* istud dictum secundum alios est Catonis. *Cf., ne longus sim, Devit M. Varr. sent. ed. p.* 20; 44 *sq.; HDüntzer ann. phil. suppl.* 15 *a.* 1849 *p.* 120 *coll. Fr. Oehlero ann. phil.* 54, *a.* 1848, 142; *Ch. Chappuis sentences de Varron p.* 56 || 4 agunt *QZTY* || 5 segetibus et in *X ex sil. coll.* || fumenta *Z* || 6 *os (e) *X* ôs *et sic et* os *passim O* || 7 multam (*ad offam aptatum*) *Z* || uerum uero *Z* || 8 .] *om. Z* || (§ 2) 9 Erutius *XOΠ* erudicius *Z* eruditius *Q* || 10 et litterarum] litterarumque *XN* || veterum] *sup. lin. add. o* || suppliciū *Z* supicium *X pr.* || appollinarē *X* || 11 scribit *Π pr.* || 12 sese] *om. Z* || que nam *Z* || que nameet *X* || (§ 3) 13 Tē *Π* || appollinaris *Z* ||

poris ego adulescens Romae sectabar eum discendi gratia, rescripsit Claro, ut viro erudito, brevissime, vetus esse proverbium 'inter os et offam', idem significans, quod Graecus ille παροιμιώδης versus:

'Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου'.

XIX. (XVIII.)

[Platonem tribuere Euripidi Sophocli versum; et similia quaedam alia.]

Versus est notae vetustatis senarius: 1

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ.

Eum versum Plato in Theaeteto Euripidi esse dicit. Quod 2 quidem nos admodum miramur; nam scriptum eum legimus in tragoedia Sophocli, quae inscripta est Αἴας Λοκρός, prior autem natus fuit Sophocles quam Euripides.

Sed etiam ille versus non minus notus: 3

Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ,

QZXOΠN

14 sæctabar *O pr.* ‖ discendi] = *z in ras.* ‖ res¦scripsit *X* ‖ 15 breuissimũ uetus *Z* ‖ proverbium] *om. Q, recte fort. coll. Plaut. asin. v.* 203 *G.-L.* (I 3, 51) Vetus est 'nihili coctiost', scis cuius, *at cum saepius singulas voces om. Q, eum unum sequi non ausus sum* prouerbum *X* ‖ hos *X* ‖ 16 grecis *X* ‖ gcus ille GR. uersus ē note (*v. init. cp. sq.*) *Q* ‖ ΠaΡΟΙΜΙωΔΕC *XOΠ* ‖ *post* παροιμιώδης *notam* ⌈/ *inseruit n cf. cp. sq. adn. init.* ‖ versus—πέλει] *in ras. z* ‖ 17 ΠΟaΛa *Xz* ΠaΛΛa *O* ‖ ΠΕΛΕΤ *X* ‖ ΚΥLI¦ΚΟC *X* ΚΥα¦ΥΚΟC *Z* ‖ ΧΕΙaΕΟ-CaΚΟΡΙ. *Z* ‖

XIX (XVIII *vg.*): *in lemm. ind. num. cum ipso lemm. om., caput praecedenti continuo litt. fere init. min., num. nota om. adiungitur in rell.* XVIII *in mg. N* XVII *litt. init. min. in mai. mutata O m. rec. cf. adn. cap. praec. lin.* 16 ‖ (*lemm.*) 2 Platonem—alia] *exempli causa h: om. libri* Platonem tribuere Euripidi Sophoclis (cli *al.*) versum; et inveniri versus verbis iisdem aut paucis syllabis immutatis apud diversos poetas temporibus variis natos *e vg.* ‖ (§ 1) 3 nostae *X* ‖ uenustatis *O* ‖ uenustati senarius *x* uenustates enarius *X* ‖ 4 CΟΦΟΥΤΥΡaΝΝΟΥ *XOΠ* ‖ ΤΟΝ *XOΠ* Θ¦ω *Z* ‖ (§ 2) 5 in Theaeteto] *immo in Theage p.* 125 *B.* (*add. reip.* VIII *p.* 568 *A*)*:* inthea & ęto *X pr. cf. adn. sqq.* ‖ intheaeto-aeuripidis *Q* ‖ theato *Z* Theage *i* ‖ 6 ad modũ *Z* ‖ 7 tragaoedia *O* tragodici *X* ‖ sofocli *Ox* sof**cli *X* sofali *QZ* ‖ Αἴας Λοκρός] *sine nota om. Q* aias locros *Π* ***(*ΟC)aΤaCaΟΚΒΟC *X* Αἴας ὁ Λοκρός ς ‖ *Soph. Ai. fr.* 3 *Nck. TGF p.* 105, *ubi cf. adn.* ‖ 8 'γρ. natu' *Salmasius* ‖ sofocles *Z* ‖ euripedes *ZN* eripides *X pr.* ‖ (§ 3) 9 no min' *Z* nominus *X* ‖ 10 ΤΕΡωΝ *Z* ‖ ΓΕΡωΝΤa *XOΠ* ΓΕΠΟΝΤa *Z* ‖

et in tragoedia Sophocli scriptus est, cui titulus est Φθιώτιδες et in Bacchis Euripidi.

4 Id quoque animadvertimus, aput Aeschylum ἐν τῷ πυρφόρῳ Προμηθεῖ et apud Euripidem in tragoedia, quae inscripta est Ἰνώ, eundem esse versum absque paucis syllabis. Aeschylus sic:

Σιγῶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγων τὰ καίρια,

Euripides ita:

Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές.

Fuit autem Aeschylus non brevi antiquior.

XX. (XIX.)

De genere atque nominibus familiae Porciae.

1 Cum in domus Tiberianae bibliotheca sederemus ego et Apollinaris Sulpicius et quidam alii mihi aut illi familiares,

---

QZXOΠNTY

ΠαΙΔαΓΟΓΗCω *OΠ* ΠαΙΔαΤωΤΗC|ω *Z* ΠαΤααΓΟΓΕΙ(ΓΗ *x*)Cω *X* ‖ CE *XOΠN* ‖ ΕΓΟ *Π* ΕΤω *Z* ΕΤΟ *X* ‖ 11 tragoediaso focli *X* ‖ sofocli *x* sophochi *Q* ‖ scriptus] (*X ex sil.?*) *e vg.*: scrip(b *N*)tum ‖ Φθιώτιδες] *ICasaubonus:* ΦΙΛΟΤΙΔΕC *ONς* filotides *Π* ΦΙΛΟΤΙΔΕC *x* ΦΙΛΟΤΙΛΛΕC *X* ΦΙaΟΤΙΔΕC *Z* Φιλοκτήτης ς (*Scheff.*) *e* (*Welckerus gr. Trag.* I 139; 257) ‖ *Soph. Phthiot. fr.* 628 *Nck. GTF p.* 225 ‖ 12 bachis *XOΠ* ‖ *Eurip. Bacch. v.* 193 *N.* ‖ (§ 4) 13 aeschilum *Π* a***chylum *X pr.* ‖ eschilū** GR *Q* ‖ ΠΙΡΦΟΡΟ *XOΠ* ΝΥΡΦΟΡω *Z* ‖ 14 ΠΡΟΜΕΤΗΙ. *Z* ‖ *Aesch. Prom.* πυρφ. *fr.* 221 *p.* 370 *Hm.* 204 *Nck. TGF p.* 54 *cf. Aesch. Choeph. v.* 576 (569 *K.*) σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια ‖ .Et *Z* *& (&) *X* ‖ euripedem *ZN* erupidem *X* ‖ traguoedia *O* tragaedia *X* ‖ 15 scripta *Z* ‖ ΙΝω *Ven. a.* 1489: ΕΙΝω (ΕΙΝ ω *X*) ‖ *Eur. Inus fr.* 417 *v.* 2 *Nck. GTF p.* 386; *Eur.* III 108; *de rell. fontibus eorumque vv. ll. cf. utrobique Nauckii adn.* (*add. GTF praef. p.* XV) ‖ 16 aeschilus *Πx* eschilus *Q* aeschillus *X* ‖ siccei ΤωΝΓΕ *Z* ‖ 17 CΕΙΓωΝ *XOΠN* ‖ ΤΕ *XOΠN* ‖ ωΠΟΥ *Z* ‖ ΛΕΓΟΝ *X* ΛΕΤω *Z* ‖ ΛΕΓΟΝΤa *OΠ* ‖ 18 euripedes *Zn* euripedis *N* erupides *X* ‖ ita] sic *Q* (*cf. lin.* 16) it aCΕΥΤa *Z* ‖ 19 CΕΙΓaΝ *ZOΠN* CΕΤΓaΝ *X* ‖ ΤΕ *ZXOΠN* ‖ Ο|ΠΙ *X* ὅπῃ *v. l. ap. Eur.* ‖ χρὴ *v. l. ap. Eur.* ‖ ΛΕΤΕΙΝ *O* ΛΕΤΕ ΙΝ *X* ‖ ἵν'] *libros secutus g cf. i* ‖ aCΦaΛΛΕC *X* ‖ 20 aes chilus *X* eschilus *QZΠ* ‖

XX: XVIII *in lemm. tab. Π, init. cap. N, praeterea* XVII *utrobique omnes. Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 atque] at *Π* ‖ portie *QZ* porcae *X* ‖ (§ 1) 3 domuş *X* ‖ tyberianae *QT* ‖ biblioteca *QZ* bibliothecae *OΠ* biblithecae *N* ‖ 4 appollinaris *Z* a*pollinaris (e?) *Q* apollonaris *X* & pollinaris *T* pollinaris *Y* ‖ Sulpicius] = *z in ras.* ‖ familia resprolatas *X* ‖

prolatus forte liber est ita inscriptus: M. Catonis Nepotis.
Tum quaeri coeptum est, quisnam is fuisset M. Cato Nepos. 2
Atque ibi adulescens quispiam, quod ex eius sermonibus con- 3
iectare potui, non abhorrens a litteris, 'hic', inquit, 'est M. Cato,
non cognomento Nepos, sed M. Catonis Censorii ex filio nepos,
qui pater fuit M. Catonis, praetorii viri, qui bello civili Vticae
necem sibi gladio manu sua conscivit, de cuius vita liber est
M. Ciceronis, qui inscribitur laus Catonis, quem in eodem
libro idem Cicero pronepotem fuisse dicit M. Catonis Censorii.
Eius igitur, quem Cicero laudavit, pater hic fuit M. Cato, cuius 4
orationes feruntur inscriptae M. Catonis Nepotis'.

Tum Apollinaris, ut mos eius in reprehendendo fuit, 5
placide admodum leniterque: 'laudo', inquit, 'te, mi fili, quod in
tantula aetate, etiamsi hunc M. Catonem, de quo nunc quaeritur,
quis fuerit, ignoras, auditiuncula tamen quadam de Catonis familia
aspersus es. Non unus autem, sed conplures M. illius Catonis 6
Censorii nepotes fuerunt, geniti non eodem patre: duos enim 7
M. ille Cato, qui et orator et censor fuit, filios habuit, et matribus
diversos et aetatibus longe dispares. Nam iam adulescente altero, 8
matre eius amissa, ipse quoque iam multum senex, Saloni clientis
sui filiam virginem duxit in matrimonium, ex qua natus est ei

---

QZXOΠNTY

5 scriptus *X* ‖ (§ 2) 6 ceptum *QZΠ* inceptum *TY* ‖ is] *om. X* ‖ cato nepos atq; *Y m. rec.* catone post atq; *ZY* ‖ Cato. Ibi *T* ‖ (§ 3) 7 ex] et *TY* ‖ 8 aborrens *Y* ‖ marci' *Y* ‖ 9 non] *om. Q* ‖ cognomen tonepos *X* ‖ neposs; *Z* ‖ *una linea* (*litt.* sorii—m. ca) *in ras. z* ‖ 10 ciuilli *X* ‖ uti cenę cem (ce nęcem *x*) *X* ‖ 11 necem] = *Y m. rec.:* nece *Y* necesse (necēe *pro* necē *legere sibi visus*) *Z* ‖ manus (*sq. sc.* s) *Y pr.* ‖ de cuius] decus *Z* ‖ 12 laudes *TY* ‖ 13 p nepote *Z* ‖ dicit fuisse *Y* ‖ *Cic. M. Cat. s. laud. M. Cat. fr.* 1 *p.* 987 *Or.*[2]; *fr.* 13 *p.* 329 *M. cf.* § 14 ‖ censorii eius. Igitur *T* ‖ (§ 4) 14 igitur] *om. Q* ‖ (§ 5) 16 appollinaris *Z* apolinaris *Y* apollonaris *X* ‖ rep̄hendo *Q* ‖ 17 ad modū *Z* ‖ leuiterq; *Z* pleniterque *O pr.* ‖ fili* (e) *X* ‖ 18 t******,** (*litt. duae extr. eras.* = la, *priores incertae*) *X pr.* ‖ 19 fueris (*praecedit sc.* quis) *N pr.* ‖ auditi uncula *o* auditi ungula *O* audit uincula *Z* ‖ auditiun quadam *quattuor fere litt. lac. med. rel. Y* ‖ (§ 6) 21 eadem parte *Q* ‖ (§ 7) 23 et] *ante* etatibus *om. QZ* ‖ bispares *ut vid. X pr.* ‖ (§ 8) 24 mater *Z* ‖ Saloni] *q:* salonis *QZ* soloni *XONTY* solonii *x* solonis *Π* ‖ 25 dixit *Q pr.* ‖ ei] *om.* σ ‖

M. Cato Salonianus: hoc enim illi cognomentum fuit a Salonio,
9 patre matris, datum. Ex maiore autem Catonis filio, qui praetor
designatus patre vivo mortuus est, et egregios de iuris disci-
plina libros reliquit, nascitur hic, de quo quaeritur, M. Cato,
10 M. filius, M. nepos. Is satis vehemens orator fuit multasque
orationes ad exemplum avi scriptas reliquit et consul cum
Q. Marcio Rege fuit, inque eo consulatu in Africam profectus, in
11 ea provincia mortem obiit. Sed is non, ita ut dixisti, M. Catonis,
praetorii viri, qui se Vticae occidit et quem Cicero laudavit,
pater fuit, nec, quia hic nepos Catonis Censorii, ille autem pro-
12 nepos fuit, propterea necessum est, patrem hunc ei fuisse. Hic
enim nepos, cuius haec modo prolata oratio est, filium quidem
M. Catonem habuit; sed non eum, qui Vticae periit, sed qui,
cum aedilis curulis et praetor fuisset, in Galliam Narbonensem
13 profectus, ibi vita functus est. Ex altero autem illo Censorii
filio, longe natu minore, quem Salonianum esse appellatum dixi,
14 duo nati sunt L. Cato et M. Cato. Is M. Cato tribunus plebis
fuit et praeturam petens mortem obiit ex eoque natus est M. Cato
praetorius, qui se bello civili Vticae interemit, de cuius vita
laudibusque cum M. Tullius scriberet, pronepotem eum Catonis
15 Censorii dixit fuisse. Videtis igitur hanc partem familiae, quae

---

QZXOΠNTY

26 solonianus *QZXOΠT* solonianis *o* ‖ cognomen σ ‖ a] *om.* *Π* ‖ Salonio] = *Q in ras.:* salono *q* solonio *ZOΠTY* ‖ (§ 9) 29 reliquit. Nascitur *Q pr. T* ‖ .m. cato filius *X* ‖ 30 filius] = *o in litt.* ‖ nepotes *Q* ‖ nepotis is *Z* ‖ (§ 10) arator *ut vid. X pr.* ‖ multaq; *Q pr.* ‖ 31 alii *TY* aliis *QZ* ‖ cum Q.] cumque *Yx* conque *X* cum *T* ‖ 32 in quę *O* ‖ africa *XO* affrica *Π* ‖ 33 prouintia *T* ‖ obiit] *QTx:* obit ‖ (§ 11) hiis *Z* ‖ 34 viri] *om. X* ‖ actice *Q* ‖ 35 Catonis— enim nepos] *post* nepos *om. TY* ‖ censoriis (*ob praecedens* Catonis) *X* ‖ prenepos *Z* ‖ 36 ei hunc *Z* ‖ (§ 12) 37 ∗prolata (p̄ *ut vid.*) *X* ‖ 38 M. Catonem] *h*: maiorem catonem *libri* (maiorem Catonem) μ I 63 ‖ periit] = *qx:* perit *QZXOn* ‖ qui] *om. Y* ‖ 39 curulibus (*propter* cum*? at scripsit* aedilis) *T* ‖ 7|et *Z* ‖ fuisset et praeter (p̄ter *X* pretor *T*) *XTY* (*non tamen Q*) ‖ (§ 13) 40 altẽro *Q* ‖ illo] *Q:* iro *Z* uiro *rell.* ‖ 41 quam *Z* ‖ solonianum *X* solomanum *TY* ‖ 42 nati sunt] natis (*debebat* nati s̄) *X* ‖ (§ 14) Is] is iã *x* et *Y* ‖ cato marcus *O pr. Π* mar cus (Cato *om.*) *X* ‖ 43 morte *Y* ‖ 44 p̈temit *Z* ‖ .De *Π* ‖ 45 laudibus quę *X* ‖ M. Tullius] *l.* § 3 *l. ap. Müllerum; non attulit Or.*[2] ‖ pro nepotem *X* ‖ 46 dixi *TY* ‖

ex minore Catonis filio progenita est, non solum generis ipsius tramitibus, sed temporum quoque spatio differre: nam quia ille Salonianus in extrema patris aetate, sicuti dixi, natus fuit, prognati quoque ab eo aliquanto posteriores fuerunt quam qui a maiore fratre eius geniti erant. Hanc temporum differentiam facile anim- 16
advertetis ex hac ipsa oratione, cum eam legetis'.

Haec Sulpicius Apollinaris audientibus nobis dixit. Quae 17
postea ita esse, uti dixerat, cognovimus, cum et laudationes funebres et librum commentarium de familia Porcia legeremus.

XXI. (XX.)

Quod a scriptoribus elegantissimis maior ratio habita sit sonitus vocum atque verborum iucundioris, quae a Graecis 'εὐφωνία' dicitur, quam regulae disciplinaeque, quae a grammaticis reperta est.

Interrogatus est Probus Valerius, quod ex familiari eius 1
quodam conperi, 'has' ne 'urbis' an 'has urbes', et 'hanc turrim' an 'hanc turrem' dici oporteret. 'Si aut versum', inquit, 'pangis aut orationem solutam struis atque ea tibi verba dicenda sunt, non finitiones illas praerancidas neque fetutinas grammaticas spectaveris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco conveniat

---

QZXOΠNTY

(§ 15) 47 ipsius generis *Z* ‖ 49 dixit *Q* ‖ nat' natus *O* ‖ pronati *q* pro nati *Q* ‖ 50 quam qui a] .Nam quia (qui a *ΠNo, ex lin.* 48 *repetitum*) *ZOΠNTY* ‖ (§ 16) 51 difforentię *X* ‖ 52 ac *O pr.* ‖ legens *Z* ‖ (§ 17) 53 appollonaris *X* ‖ 54 uti] ut *X* ‖ 55 funebre s; *Z* ‖ (librum) τ *CIL* I *p.* 277*b* ‖ portia *T* forcia *O pr.* fortia *Z* ‖

XXI (XX *vg.*): XIX *in lemm.*. *tab. Π*, XVIII *rell.* (= *N*) *et sic in init. cap. omnes. Exstat in TY usque ad* § 12 *extr.; Nonii cum hoc cap. conexus in una* § 13 *agnoscendus cf. ann. phil.* 85, 782 *coll. adn. ad* § 13, *k* 35 *sq.* 92 *sq.* ‖ (*lemm.*) 2 habita ratio *Z pr.* ‖ 3 εὐφωνία] *lac. rel. om. OΠN*, *sine ulla nota om. X* ‖ 4 regula *Q* ‖ a] *om. Q fort. recte* ‖ (§ 1) 5 est] *om. TY* ‖ 6 quodam] *enotavi ex QZOΠNTY* (*S. Germ. Vat.* 3452 ς), *ex X enotavit g:* quon(ō *Iunt.*)dam *Iunt. vg.* ‖ *conpleri *Q* ‖ turrem *XOΠN* ‖ 7 hunc *Z* ‖ turrim *XOΠN* ‖ *uersum *X* ‖ 8 oratio|nēsalutem (*litt.* es *spscr.* t *vel* I *in ras.*) *X* rat(c *q*)ionem solutam *Zq* racionem salutam *Q* ‖ tibi verba] uerba tibi *OΠ* uerba tui *X* uerbi tui *x* ‖ 9 praerancidas] = *O mg.:* prancidas *O* ‖ neque] *om. TY* ‖ fetutinas] = *o, o mg.:* fetudinas *OΠ* fecutinas *Y* secuti nas *T* ‖ 10 ē ueniat *Y* ‖

2 dicere; quod illa suaserit, id profecto erit rectissimum'. Tum is, qui quaesierat: 'quonam modo', inquit, 'vis aurem meam inter-
3 rogem?' Et Probum ait respondisse: 'Quo suam Vergilius percontatus est, qui diversis in locis urbis et urbes dixit arbitrio
4 consilioque usus auris. Nam in primo georgicon, quem ego', inquit, 'librum manu ipsius correctum legi, urbis per i litteram scripsit. Verba e versibus eius haec sunt:

Vrbisne invisere, Caesar,
Terrarumque velis curam.

Verte enim et muta, ut 'urbes' dicas, insubidius nescio quid facies
5 et pinguius. Contra in tertio Aeneidis urbes dixit per e litteram:

Centum urbes habitant magnas.

Hic item muta, ut 'urbis' dicas, nimis exilis vox erit et exsanguis, tanta quippe iuncturae differentia est in consonantia vocum proxi-
6 marum. Praeterea idem Vergilius turrim dixit, non 'turrem', et securim, non 'securem':

Turrim in praecipiti stantem

et:

Incertam excussit cervice securim.

QZXOΠNTY

11 quodq. illa *T* ‖ sua serit *X* ‖ profectum *XO* ‖ retissimū *X* ‖ .] *om.* *Y* ‖ (§ 2) Tunc *T* tu *Y* ‖ *is (h) *aut* **is (hi) *X* ‖ 12 interro*gem (e) *X* ‖ (§ 3) 13 Quo suam] = *T:* quosnam *t* ‖ 14 quid (*sq.* d) *QZ* ‖ urbis locis *Y* ‖ urbes et urbis *Π* ‖ (§ 4) 15 georgii c̄ *Y* georgicic̄ *Q* georgicorū *T* ‖ 16 correctum] *mg. Gryph.* 1537, *vg.:* col(n *N*)lectum ‖ legiť bis *Z* ‖ 17 .] *om. Z* ‖ uerbe uersib; *QZ* uerba uers' *q* ‖ *sunt (ī) *Q pr.* ‖ *Verg. georg.* I 25 *sq.* ‖ 18 Vrbisne] = *Verg. PR:* urbesne *Verg. M* ‖ īsere *Y* inuiscere *Verg. R* ‖ 19 que] = q. *sup. lin. q: om. Q* ‖ 20 muta, ut] mutauit *Q* mutanit *Z* ‖ insubidius] = *O: lac. rel. om. TY* .r. *in mg. T* insubid; *in mg. O* insub bidias *X* ‖ 21 pingius *X* ‖ (§ 5) t̄ cio *X* ‖ urbis *Q pr. Z* ‖ *Verg. Aen.* III 106 ‖ 23 urbes] = *codd. Verg.* (*FMP*), *Serv. ampliat. A* IX 87, *schol. Ver. ecl.* 6, 1 *p.* 73, 9 *K.* ‖ 24 muta, ut] mutauit *Q* ‖ exillis *Y* ex illis *T* ‖ vox] = *Y m. rec.:* nox *Y* ‖ erit et sanguis *Z* erat 7 sanguis *Q* crit et anguis *O pr.* ‖ 25 differentiae (*post* iuncturae) *X* ‖ est. ut in *TY* ‖ (§ 6) *Verg. Aen.* II 460 ‖ 28 Turrim] = *Verg. MP Prisc.* VII § 52, 59 *p.* 757, 761 *P.:* turrem *Verg. F ut vid.*, *Charis.* I *p.* 25 *P.* 39, 19 *K.*, *eiusd. exc. p.* 544, 15 *K.*, *Prisc. Darmst. m. pr.* § 52 ‖ p̄cepiti *Q pr.* praecipia *X pr.* ‖ precipit is. tante met *Z* ‖ *Verg. Aen.* II 224 ‖ 30 * (&) excuss* (ū ? ī ?) *X* ‖ ceruices (*sq.* s) *Q pr. Z* ‖ securim] = *Verg. M* (*in P una* S *litt. superest*) *Prisc.* VII § 52 ‖ securī-|quę *X* ‖

Quae sunt, opinor, iucundioris gracilitatis, quam si suo utrumque
loco per e litteram dicas'. At ille, qui interrogaverat, rudis pro- 7
fecto et aure agresti homo: 'cur', inquit, 'aliud alio in loco potius
rectiusque esse dicas, non sane intellego'. Tum Probus iam 8
commotior: 'noli', inquit, 'igitur laborare, utrum istorum debeas
dicere, 'urbis' an 'urbes'. Nam cum id genus sis, quod video,
ut sine iactura tua pecces, nihil perdes, utrum dixeris'.

His tum verbis Probus et hac fini hominem dimisit, ut mos 9
eius fuit erga indociles, prope inclementer. Nos autem aliud 10
quoque postea consimiliter a Vergilio duplici modo scriptum
invenimus. Nam et tres et tris posuit eodem in loco ea iudicii
subtilitate, ut si aliter dixeris mutaverisque et aliquid tamen auris
habeas, sentias suavitatem sonitus claudere. Versus ex decimo 11
hi sunt:

Tres quoque Threicios Boreae de gente suprema
Et tris, quos Idas pater et patria Ismara mittit.

Tres illic, tris hic: pensicula utrumque modulareque, reperies
suo quidque in loco sonare aptissime. Sed in illo quoque itidem 12
Vergilii versu:

Haec finis Priami fatorum,

si mutes haec et 'hic finis' dicas, durum atque absonum erit

QZXOΠNTY

31 gragilitatis *Z* ‖ si] qui *X* ‖ 32 litterram *O* litteras *T* ‖ (§ 7) 34 intelligo sane *T* ‖ (§ 8) iam|iam *Z* ‖ 35 ɔmorior *Q* ‖ igitur inquit *N ex sil.* (?) ‖ labore *Z* ‖ 36 cū cū *X* ‖ sit *TY* ‖ 37 ut] *om. Y* ‖ si negatura *O pr.* ‖ tua] *QZ:* tui ‖ (§ 9) 38 hiis *Z* ‖ p quibus *Y* ‖ fine *T* ‖ 39 indocules *X pr.* ‖ (§ 10) 41 inuenimus] = *q:* iuuemus *Q* ‖ iuditii *X* iudici *O* iudiciis *Q pr.* iudicis *Z* (*sq. sc.* s) ‖ 42 dixeris] *om. O* ‖ mut*auerisq. *O* mutarisq; *Q* ‖ iuris *Y* ‖ 43 sentencias *QZ* ‖ (§ 11) 44 hii *ZXOΠ* ‖ *Verg. Aen.* X 350 *sq.* ‖ 45 Tres] = *Verg. P:* tris *Verg. MR* ‖ treicios *ZXO pr. Π* treicias *Q* ‖ bore ae *X pr.* ‖ sup^{e} m^{i}ats (*om.* et) *Q* ‖ 46 tris] = *Verg. MR et* s *sup. lin. add. P* ‖ quod *O pr. Y* ‖ ida *q* ‖ id aspater *Z* ‖ patriassmara *X pr.* ‖ ismaria *TY* ismar *O pr.* ‖ mittit tres. illic *TY* ‖ 47 tris] = *q*: tres *Q* *(*s.* **)tris *O* ‖ hic pensicula *Y* ‖ pensicula* *Q* ‖ modularequę *X pr.* ‖ modulareque repperies *OΠ* ‖ 48 quitque *Y* quodque *N* ‖ (§ 12) in loco (*ex praeced. post* in *iteratum*) illo *T* ‖ ididē *Z* ‖ *Verg. Aen.* II 554 ‖ 50 Haec] = *Verg. M* (*P, unus praeterea hic superstes, h. l. mancus*) *et loci grammaticorum a Ribbeckio indicati:* hec *q* hoc *Q* ‖ 51 mutes hec & *Q*: simul ut et *XOΠN* si mutes lut(. *Y*)et (*lectt.* si mutes et *et* simul ut et *conflatis*) *ZTY* si mutes, ut *IMercier ad*

respuentque aures, quod mutaveris. Sicut illud contra eiusdem Vergilii insuavius facias, si mutes:

Quem das finem, rex magne, laborum?

Nam si ita dicas: 'quam das finem', iniucundum nescio quo pacto et laxiorem vocis sonum feceris.

13 Ennius item rectos cupressos dixit contra receptum vocabuli genus hoc versu:

Capitibus nutantis pinos rectosque cupressos.

Firmior ei, credo, et viridior sonus esse vocis visus est, rectos 14 dicere cupressos quam 'rectas'. Contra vero idem Ennius in annali duodevicesimo aere fulva dixit, non 'fulvo', non ob id solum, quod Homerus 'ἠέρα βαθεῖαν' dicit, sed quod hic sonus, opinor, vocabilior visus et amoenior.

15 Sicuti Marco etiam Ciceroni mollius teretiusque visum, in quinta in Verrem fretu scribere quam 'freto': Perangusto,

---

QZXOΠNTY

Non. p. 205, 14 *cf. supra lin.* 20; 24 ‖ ,durum] dicunt̆ *Z* ‖ 53 facias] *om. TY* ‖ *Verg. Aen.* I 241 ‖ 54 Quem] = *codd. Verg.* (*FMRV*), *Charis. exc. p.* 555, 28 *K.* ‖ sex *QZ* ‖ 55 nesciquo*acto *X* ‖ 56 laxiore (*praec. ablat.*) *Y* ‖ *in* § 12 *extr. h. l. desinunt TY* ‖ (§ 13) 57 cupressus *Π* ‖ preceptum *X* ‖ *Enn. sat.* (*sic Bergkius et LMüllerus*) *aut ann. lib. inc. fr., unus sc. versus hexameter cf. GHermann elem. doctr. metr. p.* 347, *WChrist mus. phil.* 23, 557, 1 (*minus recte, ut mihi quidem videtur, praeeunte CLSchneidero lat. Gramm.* I 1, 171, *Bergkius ann. phil.* 83, 620 *sq.* = *opusc. phil.* I 289 *sq.*)*; trag. fr. inc.* XXV *p.* 149 *Vahl. secundum Ritschelii* (*tit. Mumm. p.* XV = *opusc.* IV 108) *duorum versuum trochaicorum frusta proponentis sententiam Ribbeckio quoque olim* (*TLR*[1] *p.* X *sq.*) *probatam; Sotadicum uno pede vitiosum errore quodam Gellii censet LMüller de re m. p. L. p.* 137 *sq.* ‖ 59 capite *LMüller* captibu' *Schneiderus l. l. cf. Bergkius l. l.* ‖ nutantis] = *Merc. ad Non. l. l.:* nutantibus *X pr.* (*propter* capitibus), *codd. Non. s. v.* cupressus *p.* 195, 23 *M., qui G. h. l. usus est* (*v. ann. phil.* 85, 779; 782) nutantibus | Ibi *Ritschelius* nutante *LMüller* ‖ cupressos firmior; Ei *X* ‖ (§ 14) 60 uiuidior ς (*Scheff.*) *PScriverius, Oiselius, at cf.* II 3 § 1 *ab i allatam* ‖ (§ 14) 62 duo de uicesimo *Z* duodeuicensimo *N* ‖ *Enn. ann. lib.* XVIII *fr.* III *p.* 65 *Vahl. cf.* II 26, 11 ‖ ere *QZ* ‖ ﬞ non ob *X* ‖ 63 ob] *om. QZ* ‖ *Hom. Il.* XX 446; XXI 6 *sq.* ‖ ΗΘΡΑ *XOΠ* ‖ 64 vocabilior] = σ: hocabilior *O* hoc abilior *o* hoc ⊢abilior *X* ‖ visus] *om. Π* est uisus *XON* ‖ moenior *O pr.* ‖ (§ 15) 65 .marco *QZ* ‖ etiam marco (*s.* M.) *XOΠ* ‖ etiam] = 7̄ *z in ras.:* etiam. *N* ‖ *Cic. in Verr. or.* II v § 169 ‖ 66 fretu] = *Cic. Lag.* 42: freto *codd. Cic. rell.* ‖

inquit, fretu divisa. Erat enim crassius iam vetustiusque,
'perangusto freto' dicere. Itidem in secunda, simili usus modu- 16
lamine: manifesto peccatu inquit, non 'peccato'; hoc enim
scriptum in uno atque in altero antiquissimae fidei libro Tiro-
niano repperi. Verba sunt Ciceronis haec: Nemo ita 17
vivebat, ut nulla eius vitae pars summae turpitudinis esset expers, nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, ut, cum inpudens fuisset in facto, tum inpudentior videretur, si negaret.

Huius autem vocis cum elegantior hoc in loco sonus est, 18
tum ratio certa et probata est. 'Hic' enim 'peccatus', quasi 19
'peccatio', recte Latineque dicitur, sicut 'hic incestus', non qui admisit, sed quod admissum est, et 'hic tributus', quod 'tributum' nos dicimus, a plerisque veterum dicta sunt. 'Hic' quoque 'adlegatus' et 'hic arbitratus' pro 'adlegatione' proque 'arbitratione' dicuntur, qua ratione servata 'arbitratu' et 'adlegatu meo' dicimus.
Sic igitur in manifesto peccatu dixit, ut 'in manifesto incestu' 20
veteres dixerunt, non quin Latinum esset 'peccato' dicere, sed quia in loco isto positum subtilius ad aurem molliusque est.

QZXOΠN

67 diuisa erat enim *O* diuisa erat. enim *Π* diuisa enim erat *Z* diuisa erit (2 *fere litt. lac.*) enim *N* ‖ iam] *Q:* quam *Z om. XOΠN* ‖ vetustiusque] vastiusque *e et sic s.* invenustiusque (= *LMüller de re m. p. L. p.* 381) *GWakefield ad Lucr.* I 721 ‖ 68 .] *om. Z* ‖ (§ 16) id idem *Z* ‖ 69 manifestu (*propter* peccatu) *Q pr.* ‖ peccato (*propter sq.* peccato) *Z* ‖ inquit peccatu *Q* ‖ 70 *alterum* in] *om. Z* ‖ .Antiquissime *X* ‖ tyroniano *Q* tyrroniano *Z* ‖ (§ 17) *Cic. in Verr. or.* II II § 191 ‖ *fort. ante* Nemo *lin.* 71 *sententiae Ciceronianae initium* Nemo enim ita tum peccabat, ut defensioni locum non relinqueret *excidit in codd.* ‖ 72 nulle ius *O pr.* ‖ parsummę *O* ‖ parsumętur pitidinis *X* parssumę turpitidinis *x* ‖ 73 expars *X pr.* ‖ peccat utenebatur *X* ‖ 74 fui*sset *X* ēet *O* ‖ imprudentior *Z* ‖ 75 sine garet *X* ‖ (§ 18) 76 cum] *om. X* ‖ est] *om. O* ‖ (§ 19) 78 sicut] sic *Q* ‖ hic] *om. X pr.* ‖ incertus *Q pr. Z* ‖ q⸗ (*i. e.* quia; *sq. sc.* a) *Z* ‖ 81 adlegatus] = *o:* adnegatus *OΠ* ‖ adlegatione proque] *ante* arbitratione *om. libri* (*de X tamen nihil enotatum habeo, vix quidem recte, ut arbitror*) allegatione proque (*X ?*) *e vg.* q̄ *in mg. o* ‖ 82 arbitratur *Q* ‖ ablegatu *XΠo* ‖ ablegatum eo *O pr.* (alleg; *o mg.*) ad legatū eo *Z* adlegatum in eo *Q* ‖ (§ 20) 83 peccato *O pr. Π* ‖ peccatu—manifesto] *post* manifesto *om. QZ* ‖ incertu *OΠ* ‖ 85 melliusq; *Z* ‖

21 Lucretius aeque auribus inserviens 'funem' feminino genere appellavit in hisce versibus:

Haut, ut opinor, enim mortalia saecla superne
Aurea de caelo demisit funis in arva,

cum dicere usitatius manente numero posset:

'Aureus e caelo demisit funis in arva'.

22 Sacerdotes quoque feminas M. Cicero 'antistitas' dicit, non secundum grammaticam legem 'antistites'. Nam cum insolentias verborum a veteribus dictorum plerumque respueret, huius tamen verbi in ea parte sonitu delectatus: Sacerdotes, inquit, Cereris
23 atque illius fani antistitae. Usque adeo in quibusdam neque rationem verbi neque consuetudinem, sed solam aurem
24 secuti sunt suis verba modulis pensitantem. Quod qui non sentiunt, inquit idem ipse M. Cicero, cum de numerosa et apta oratione dissereret, quas auris habeant aut quid in his hominis simile sit, nescio.

25 Illud vero cumprimis apud Homerum veteres grammatici adnotaverunt, quod, cum dixisset quodam in loco κολοιούς τε ψῆράς τε, alio in loco non 'ψηρῶν τε', set ψαρῶν dixit:

Τῶν δ' ὥς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν,

QZXOΠN

(§ 21) 86 fumem *X pr.* ‖ 87 hissce *x* ‖ *Lucr.* II 1153 *sq. L. B. M.* ‖ 88 ut] ς *vg. Lucr.: om.* ‖ opinor enim] = *Marullus ap. Lucr.:* opinore (opinor et *oblongi corr.*) im(n *quadr.*)mortalia *Lucr. Lugd. uterque* ‖ supernę *O* ‖ 89 aure adece(ę *x*)lo *X* ‖ 90 nunero *X* munero *x* ‖ 91 dimisit *ZO pr. N* ‖ finis *XO pr.* ‖ (§ 22) 92 antistas *Q* ‖ 93 antistes *Z* ‖ 94 respuer**(*) *X pr.* ‖ 95 sonit' (*sq.* delectatus) *O pr. Π* ‖ *Cic. in Verr. or.* II IV § 99 ‖ cetis *QZ* celeris *XO* ‖ 96 fani] fama *X* ‖ antistitae] = *Cic. Lag.* 1; 45; 48 *Prisc.* V § 25 *p.* 650 *P. cf. Char. p.* 100, 23 *K.:* antistites *et* antistatae *etc. vv. ll. ap. Cic.* ‖ (§ 23) 97 urbi *X* ‖ 98 sicuti *Q* ‖ (§ 24) *Cic. or.* § 168 ‖ quis *X pr.* ‖ 99 ipse] ī se *Q* ‖ 100 aures *Q, v. l. ap. Cic.* ‖ aut] au *Z* ‖ hiis *Z* eis *et* iis *vv. ll. ap. Cic.* ‖ 101 similis (*post* hominis *et ante* s) *X* ‖ nesci*o *X* ‖ (§ 25) 102 homorum *O pr.* ‖ 103 in loco (κολοιούς—in loco *post* in loco *om.*) non GR secutus (*lin.* 106) *Q* ‖ *Hom. Il.* XVI 583 ‖ ΚΑΛΑΙΟΥΣ *XO* ‖ 104 ΨΕΡΑΣ *Π* ΥΗΡΑΣ *Z* ‖ ΥΗΡΩΝ *Z* ‖ ΥΡΩΝ *Z* ‖ 105 Τῶν δ'] ΤΩΝΑ *x* ΤΩΑ *X* ‖ ΩΣ. ΤΕ *Π* ‖ ΥΑΡΩΝ *Z* ‖ ΕΡΧΕΤΕ *OΠN* ‖ ΕΡΕΧΕΚΘΛΟΙΩ *X* ‖ ἠὲ] ΝΕ *Π* Ε *Z* ‖

secutus non communem, sed propriam in quoque vocis situ iucunditatem; nam si alterum in alterius loco ponas, utrumque feceris sonitu insuave.

XXII. (XXI.)

Verba Titi Castricii rhetoris ad discipulos adulescentes de vestitu atque calciatu non decoro.

T. Castricius, rhetoricae disciplinae doctor, qui habuit 1
Romae locum principem declamandi ac docendi, summa vir
auctoritate gravitateque et a divo Hadriano in mores atque
litteras spectatus, cum me forte praesente, usus enim sum eo
magistro, discipulos quosdam suos senatores vidisset die feriato
tunicis et lacernis indutos et gallicis calciatos: 'equidem', inquit,
'maluissem, vos togatos esse; si pigitum est, cinctos saltem esse
et paenulatos. Sed si hic vester huiusmodi vestitus de multo
iam usu ignoscibilis est, soleatos tamen vos, populi Romani senatores, per urbis vias ingredi nequaquam decorum est, non hercle
vobis minus quam illi tum fuit, cui hoc M. Tullius pro turpi
crimine obiectavit'.

Haec, me audiente, Castricius et quaedam alia ad eam 2
rem conducentia Romane et severe dixit. Plerique autem ex his, 3
qui audierant, requirebant, cur 'soleatos' dixisset, qui gallicas,
non soleas, haberent. Sed Castricius profecto scite atque in- 4

QZXOΠN

116 quocunque *XN* || 117 alterius] altero *Q* ||

XXII: XX *Π in lemm. tab.; rell. ibi atque omnes in cap. init.* XVIIII *s.* XIX || (§ 1) 4 T.] *om. Z* || c****icius *Qpr. Xpr.* || *post* rethorice (*sic* = *Q*) *dim. lin. vac. rel. Z* || 5 principū (*praeced.* locum) *Z* || vir—in] *unam ut vid. lin. archet. om. Π* || 6 adriano *QZXO* || **mores (li *ut vid., praecepto* litteras) *X* || 7 expectatus *QZ* || forte] *om. XOΠN* || sum*eo (a) *X* || 8 suos quosdam *Πpr.* || sectatores *x* || 9 gallicis] callicis *Z* caligis *Q* (*infra uterque lin.* 18; 23; 25 gallicas *et* gallicis *recte cf. etiam ed. Diocl. de pret. rer. ven.* 9, 12 *sqq. cum inscriptione* DE SOLEIS ET GALLICIS *CIL* III *p.* 833) = σ, *atque* σ *itidem infra* || 10 maluisse nos *Z* || esse pigitum est. *Π* || si] *add. CDziatzko* || — pigitum est! — *i* || cunctos *Zq* cultos *ut vid. Q* || salutem *O pr.* || 11 penulatos? *Oiselius* || huiuscemodi *OΠN* huius cemodi *X* || 12 innoscibilis *Opr. Π* || 13 est] *om. O* || .Non *Π* || ercle *X* || 14 nobis *Z* || (§ 2) 16 castritius *Z* || 17 conducentiam *X pr.* || (§ 3) hiis *Z* || (§ 4) 19 scit*e *X* ||

5 corrupte locutus est: omnia enim ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimae teguntur, cetera prope nuda et teretibus habenis vincta sunt, 'soleas' dixerunt, nonnumquam voce Graeca
6 'crepidulas'. 'Gallicas' autem verbum esse opinor novum, non diu ante aetatem M. Ciceronis usurpari coeptum, itaque ab eo ipso positum est in secunda Antonianarum: Cum gallicis,
7 inquit, et lacerna cucurristi. Neque in ea significatione id apud quemquam alium scriptum lego gravioris dumtaxat auctoritatis scriptorem; sed ut dixi, 'crepidas' et 'crepidulas', prima syllaba correpta, id genus calciamentum appellaverunt, quod Graeci 'κρηπῖδας' vocant, eiusque calciamenti sutores 'crepidarios'
8 dixerunt. Sempronius Asellio in libro rerum gestarum XIV: Crepidarium, inquit, cultellum rogavit a crepidario sutore.

XXIII. (XXII.)

[De Neriene Martis in antiquis comprecationibus.]

1 Conprecationes deum inmortalium, quae ritu Romano fiunt, expositae sunt in libris sacerdotum populi Romani et in

---

QZXOΠN

(§ 5) 20 id ∻ genus *Q* ‖ 21 infi|meteguntur *X pr.* ‖ tretib; *X* ‖ 22 uicta *X pr.* ‖ iunctas unt *Z* ‖ non numquam *QZ* ‖ (§ 6) 23 esse] est *Z* ‖ non uiuante *X* non uiuente *x* ‖ 24 aetate *x* ‖ 25 antonianarū *X pr.* ‖ *Cic. or. Philipp.* II § 76 ‖ calligis *Cic. cod. bas. Vat. opt., iustae scripturae vestigia servans* caligis *rell. ap. Or.*[2] *et paulo supra ibid. fere omnes = Iul. Rufin. de fig.* § 6 *p.* 40 *Halm.* (calceis caligis *unus Bern.*) ‖ (§ 7) 27 quamquam *Z* ‖ dum taxat *Z* ‖ 28 auctorem (*propter praeced.* auctoritatis) *Q* ‖ *crepidas *Q* ‖ s; (*praecedit* s) *Z* ‖ primas (*sequitur* s) *Z pr.* ‖ 29 calciamenti *ZXNq* ‖ 30 ΓΡΗΠΕΙΔaC *OΠN* ΚΡΗΠΘΙΔaC *X* ‖ ΚΡΗΠΕΙaaC. Vocant *Z* ‖ eiusque] eius *Q* ‖ calciamentis utores *O pr.* calciamentis ut ores *Z* ‖ sutares *X pr.* ‖ (§ 8) *Sempron. Asell. rer. gest. lib.* XIIII *fr.* 11 *p.* 183, 111 *ed. min. P.* ‖ 32 XIV] .xuu. *Q* XIII; *X* ‖ crepida*rium (t) *O* ‖ a (*male praeceptum*) rogauit a *Π* ‖ accrepidario *X pr.* ‖ acrepidarios ut ore *Z* accrepidarios ute(o *o*)re *O* ‖

XXIII: *in lemm. tab. numerum cum lemm. om. QZXOΠN* XX *s.* 20 *ibi n ς; cap.* XX *s.* 20 *inscr. Πς* XXI *divisionis nota ante* Comprecationes *add. n; nulla novi capitis nota add. numerum om. QZXON* ‖ (*lemm.*) 2 De—comprecationibus] *exempli causa h: om. QZXOΠN* Comprecationes quae ritu romano fiunt (fiunt *om. ς*) diis expositae sunt (sunt *om. ϰ*) in libris sacerdotum, inter quas Marti Nerienem tribuunt; et quid Neriene seu (se *n*) Nerio nomen importet *n ς e vg.* ‖ (§ 1) 3 querit uromano

plerisque antiquis orationibus. In his scriptum est: Luam 2
Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini, Virites Quirini, Maiam Volcani, Heriem Iunonis, Moles Martis Nerienemque Martis. Ex quibus id, quod postremum posui, 3
sic plerosque dicere audio, ut primam in eo syllabam producant, quo Graeci modo dicunt 'Νηρεΐδας'. Sed qui proprie locuti sunt, primam correptam dixerunt, tertiam produxerunt. Est enim rectus 4
casus vocabuli, sicut in libris veterum scriptum est, 'Nerio', quamquam M. Varro in satura Menippea, quae scribitur Σκιομαχία, non 'Nerio', sed Nerienes vocative dicit in his versibus:

QZXOΠN

Q pr. ‖ 4 inbris *X* in libro *Z* ‖ (§ 2) 5 hiis *Z* ‖ Luam—Martis] *quattuor versibus Saturniis facili negotio includi posse admonet CDziatzko* ‖ luām *Z* lucam *O pr. Π* ‖ 6 salatiam *Π* solaciam *Q* ‖ Virites] *QZ, cf. LPreller R. Myth.* I 372[3], *coll. tamen adn.* 1: iurites *XOΠN* Curitis *ATurnebus adv.* XIX 11 Quiritis *Ios. Scaliger not. in Orph.* (*opusc. Francof.* 1612 *p.* 198; *indicavit c*) 'Quirites ?' *Schweglerus RG* I 531, 5 ‖ 7 quiritu *Q* quiritii *O pr. Π* (*et sic aut* Quirini *Turnebus l. l.*) ‖ quiritumaiam *X* ‖ uulcani *QZΠ* ‖ molas *XOΠ; at v.* [supplica]tio Mólibus Mártis *ferial. Cuman. lin.* 13 *ad d.* IIII *id. Mai.* (*Herm.* 17, 632 *coll.* τ *ibid. p.* 637) ‖ 8 que] *om. N* ‖ (§ 3) quod] *om. Z* ‖ 9 ut] *om. X pr.* ‖ 10 nereidas *Π* NEPEIΔaC *ZON et ut vid. X, ubi litt. paenultima in membranae scissura dignosci nequit* ‖ ppe (*pro* ppe) *Z* probe *XΠN* ‖ locuti* (*s.* **) ueterum, sunt—libris *om. O, in mg. add. o* ‖ 11 correptim *cod. Torn. et* 'v. c.' *teste Oiselio* (*ICGBoot misc. phil. et paed. Bat. n. s.* I 56) ‖ duxerunt (*ob sq.* produxerunt) *Π* ‖ t(*debebat* t)ciam *Q* ‖ (§ 4) 12 casus eius uocabuli *Z* ‖ 13 saturam elippea *X* ‖ mēnippea *Z* melippeat *O pr. Π* ‖ inscribitur *XOΠN* (*vg., Vahlenus in Varr. sat. Men. rell. coni. p.* 194) *cf.* I 17, 4 *adn.* ‖ 14 Σκιομαχία] = *Non. s. v.* illex *p.* 10, 12 *M.* (sciomachia *et* sciomacia *libri*)*:* Σκιαμαχία *id. s. v.* lucuns *p.* 131, 22; *s. v.* compendium *p.* 202, 4; *s. v.* nefantia *p.* 489, 14, *ubi* sciamachia *et sim. codd.* ‖ *Varron. sat.* Σκιαμαχία περὶ τύφου *fr.* I *p.* 219 *R.* 215 *B.*[3]; *versus hos praeter editores varie constituere studuerunt FUmpfenbach meletem. Plaut.* (*Giss.* 1860) *p.* 8 *sq.; Th. Bergk ind. l. Hal. hib. a.* 1863 *p.* V; *GStudemund de cant. Plaut.* (*Berol.* 1864) *p.* 61. ‖ Σκιομαχία non] GR. *Q* CKIOMaXIaNON (. *Π*) non *XOΠ* CKIOMaXIaNON (C *n*). Non *N* CKIOMaXIaNON. *Z* ‖ Nerio sed] nerios *X* ‖ uocat iue *X pr.* ‖

Te Anna ác Peránna, Pánda†te, Lató, Pales,
Neriénes et Minérva, Fortuna ác Ceres.

5 Ex quo nominandi quoque casum eundem fieri necessum est. 6 Sed 'Nerio' a veteribus sic declinabatur, quasi 'Anio': nam perinde ut 'Anienem', sic 'Nerienem' dixerunt tertia syllaba pro- 7 ducta. Id autem, sive 'Nerio' sive 'Nerienes' est, Sabinum ver- 8 bum est, eoque significatur virtus et fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, quis erat egregia atque prae- 9 stanti fortitudine, 'Nero' appellatus est. Sed id Sabini accepisse a Graecis videntur, qui vincula et firmamenta membrorum 'νεῦρα' 10 dicunt, unde nos quoque Latine 'nervos' appellamus. 'Nerio' igitur Martis vis et potentia et maiestas quaedam esse Martis demonstratur.

QZXOΠN

16 teanna *Q* || Te Anna ac Perenna σ Ted Anna Perenna ϰ *AL* I 1 Te Anna o Peranna *ARiese, at cf. HUsener mus. phil.* 30, 209 || acper anna *O* || Peranna] = XVI 7, 10 *Non. s. v.* collabella *p.* 90, 22 *M.* || panda te lato *QON:* pandate lato *ZX* pandatelato *Π* Panda (Pranda *al.*) Ce(*s.* Cae)lato ϛ*e, unde* Panda Cela, te *ingeniosissime sane* τ *unterital. Dial. p.* 136, 21 (*Riesius, Buechelerus, consentientibus fere Marquardtio RA* IV 19 41 = *RStvw* III 19, 4; *Iordano krit. Beitr. p.* 23 *et paulo minus confidenter ap. Prellerum R. Myth.*[3] I 346, 2, *quod quamquam deteriorum librorum scriptura nisum verum esse posse haud praefracte negaverim*) Panda te calo *Bergkius; equidem utrique coni. praetulerim* Panda te lito *cf. Serv. ad A.* IV 50 (sacrisque litatis] 'diis litatis' debuit dicere; non enim sacra, sed deos sacris litamus, id est placamus'; *ibidem Serv. ampliatus* 'litare' *explicat* 'propitiare et votum impetrare'), *Amm. Marc.* XXIX 1, 31 (litato numine), *ne afferam exempla, quibus praeterea ablativus rei, qua dii litantur, additus est, composita a Georgesio Lex.*[7] *s. v.* lito II C 1; *h. enim l. ablativum in sqq. periisse vix crediderim* || 17 Nerienes] *de accentu huic voc. imponendo cf. Fleckeisenus z. Krit. etc. p.* 35 || Nerienes et] *ed. Paris. a.* 1536 (*in Scriveriano cod. notatum teste Oiselio;* ϰ *l. l.*): nerienes *libri* Nerienis (*cf. Bergkius l. l.*) et *Buechelerus* Te Nerienes, *alt. scriptura ap.* ϰ *l. l. et sic vel* Nerienes ac *Bergkius* || mineruā *QZ* miner uā *X* || acceres *Π* ar ceres *X* || (§ 5) 18 casu (*propter* ex quo) *XO* || (§ 6) 19 Sed] si *Z* || a] *om. X* ab *x* || declinabatur] λ: declinabitur *QZ* declinatur *XOΠN* || amo *X* || anionā *Z* || Namp inde *X pr.* || 20 amenem *Q* auienē *Z* || nerionem *Π* || producta] *om. QZ* || (§ 7) 21 nerie *Q pr.* || si*uenerieNes (c) *X pr.* || est] *om.* σ *SGerm.* 643 || (§ 8) 23 quosabinis *X* || quis] *Q cf.* IV 12, 2: qui *rell.* quisquis *CFWMüller mus. phil.* 20, 155 || 24 nerio *Q* || (§ 9) 25 a grecis accepisse *X* || firmamenta* *X* || neura *QOΠN:* neutra *X* neura *Z* || (§ 10) 27 ius *Q* ||

Plautus autem in Truculento coniugem esse Nerienem 11
Martis dicit, atque id sub persona militis in hoc versu:

Márs peregre adveniéns salutat Nérienem uxorém suam.

Super ea re audivi non incelebrem hominem dicere, nimis comice 12
Plautum inperito et incondito militi falsam novamque opinionem
tribuisse, ut Nerienem coniugem esse Martis putaret. Sed id perite 13
magis quam comice dictum intelleget, qui leget Cn. Gellii
annalem tertium, in quo scriptum est, Hersiliam, cum apud
T. Tatium verba faceret pacemque oraret, ita precatam esse:
Neria Martis te obsecro, pacem da, te, uti liceat
nuptiis propriis et prosperis uti, quod de tui coniugis
consilio contigit, uti nos itidem integras raperent,
unde liberos sibi et suis, posteros patriae pararent.
De tui, inquit, coniugis consilio, Martem scilicet significans; 14
per quod apparet, non esse id poetice a Plauto dictum, sed eam
quoque traditionem fuisse, ut Nerio a quibusdam uxor esse Martis

---

QZXOΠN

(§ 11) 29 nenienem *Q pr.* ‖ 30 uersū asp egre *Z* ‖ *Plaut. Truc.* II 6, 34 (*v.* 515 *Sch.*) ‖ 31 salutauit *Q* salutati *Z* ‖ neriene uoxorē *Plaut. Vet.* ‖ (§ 12) 33 superare *X pr.* ‖ audiuit *Z* ‖ illecebrē *Z* ‖ 34 impedito *X* imperitū (*post* Plautum) *O pr.* ‖ 35 esse] *om.* *Π* ‖ (§ 13) id perite] imperite *Π* ‖ perite] *om.* *Q* ‖ 36 quis *Z* ‖ .CN. *N:* gn. (*s.* gñ. *s.* .gn.) *QZXOΠ* ‖ 37 .hersilia cum *Π* ‖ 38 uerbū (*praecedit* Tatium) *X pr.* ‖ *Cn. Gellii ann. lib.* III *fr.* 15 *p.* 169, 94 *ed. min. Pet.; senariis iambicis includere haec conatus est Th. Roeper philol.* 7, 591 *sq., ad praetextam aliquam, Naevii fort. Romulum, ea referens; post de Ennii Sabinis cogitavit id. de Q. Ennii Scipione* (*Gedan.* 1868) *p.* 27; *cf. tamen Iordan krit. Beitr. p.* 181; 188 ‖ 39 neri∗ (e ? o ?) *X pr.* ‖ neriam artis *Q pr.* ‖ neriam artiste *Z* ‖ da, te,] *h*ʳ*:* date *libri* (= σ) dare *e vg.* dato *Bootius l. l.* (*Pet.*[2]) ‖ utilice ad *Z* ‖ 40 propriis] propitiis *IMeursius exerc. crit.* (*L. B.* 1599) *lib.* II *c.* 1 *p.* 62, *Oiselius* ‖ s; *Z* ‖ et prosperis] *post* propriis *om.* *O pr.* prosperis *Oiselius* ‖ prosperiis (*propter* propriis) *Q pr. ZΠN* ‖ de te tui *Z* ‖ 41 contingit *X* contingat (*propter* uti liceat) *O* ‖ ut ī nos *QZ* ‖ id idē *Z* ‖ 42 libros *O pr.* ‖ sibi et suis, posteros patriae] *Bootius l. l.:* sibi et suis posteris patriae (ie *QZ*) *libri* sibi et suis posteris, patriae *vg.* sibi, suis posteris, patriae ϰ ‖ patrarent (*propter* patriae) *Z* ‖ (§ 14) 43 silicet *X* ‖ 44 appareret *Q pr.* ‖ petite *Z* ‖ dictem *X pr.* ‖ eã¦∗ (ã *ut vid.*) *X* ‖ 45 a] *sup. lin. add.* o ‖ uxor esse] = *x:* uxorei *ut vid.* *X* ‖

15 diceretur. Inibi autem animadvertendum est, quod Gellius Neria dicit per a litteram, non 'Nerio', neque 'Nerienes'.
16 Praeter Plautum etiam praeterque Gellium Licinius Imbrex, vetus comoediarum scriptor, in fabula, quae Neaera scripta est, ita scripsit:

Nolo égo Neaeram té vocent, set Nérienem,
Cum quidem Mavorti es in conubiúm data.

17 Ita autem se numerus huiusce versus habet, ut tertia in eo nomine syllaba, contra quam supra dictum est, corripienda sit; cuius sonitus quanta aput veteres indifferentia sit, notius est quam ut
18 plura in id verba sumenda sint. Ennius autem in primo annali in hoc versu:

Nerienem Mavortis et Herem,

si, quod minime solet, numerum servavit, primam syllabam intendit, tertiam corripuit.

19 Ac ne id quidem praetermittendum puto, cuiusmodi est, quod in commentario quodam Servii Claudii scriptum inveni-

---

QZXOΠN

(§ 15) 46 I*nibi (m) *X* ‖ an īaduertendum *X pr.* ‖ est] *sup. lin. add. o* ‖ (§ 16) 49 ne aera *X* nerea *Z* ueara *Q* ‖ scripta] *QZ, fort, praeceptum ex sq.* scripsit *cf. tamen lin.* 13: inscripta ‖ 50 ita scripsit] *om. O add. o* ‖ *Licinii Imbr. Neaer. fr. p.* 35 *Ribb.*[2] ‖ 51 neaerem (*sq.* Nerienem) *Z* neaere *Q* neaera *Π* ‖ 52 Cum (quom *Usenerus mus. phil.* 30, 221) quidem] Cum quondam λ Quoniam quidem *Fleckeisenus l. l. p.* 35 *sq.* ‖ Quandoquidem es Marti *GIVossius* ‖ Quandoquidem in connubium Marti es data *altera Vossii coni.* Quandoquidem Marti (*vel* Mavorti) es in concubium (*vel* coniugium) data *ALuchs stud. a Studemundo ed.* I 72 ‖ Mavorti es] *Ribbeckius, IHOnions journ. of. philol.* XI 1882, *p.* 78 (Mavorti's *Usenerus*): marti es *QON* marcies *Z* marti ē *XΠ* ‖ *de* es ipsa in coniugium data *cogitavit Ribbeckius* ‖ (§ 17) *in mg.* sum; *o* (*num ad* se numerus *pertineat an quo alias nescio*) ‖ 53 Ita autem se] = σ ‖ huiuscae *ΠN* eiusce *Z* ** *Q* ‖ 54 sillaba* (˘) *Q* syllaba producatur *Π* ‖ supradictum *Z* ‖ 55 sonus ς*e Bootius l. l.* ‖ nou' *Z* ‖ est] *om. X pr.* ‖ (§ 18) 56 primo] principio *Z* ‖ 57 in] *sup. lin. add. o* ‖ *Enn. ann. lib.* I *fr.* LXVI *p.* 17 *Vahl.* (*cf. Fleckeisenus l. l. p.* 35; *Vahlenus mus. phil.* 16, 582 *sq.; al. Bergkius opusc. phil.* I 288 *sq.*) ‖ 58 Herem] *IMeursius l. l. lib.* III *c.* 6 *p.* 119 (*Fleckeisenus l. l. p.* 35 *quemque l. COMüller ad P. D. p.* 100, 2) ‖ (§ 19) 61 cuiusmodi] *Q:* cuimodi *ZX* cuicuimodi *OΠN* cuicuiusmodi (*ex* cuimodi *et* cuiusmodi *conflatum*) ς cuicumodi σφ ‖ 62 quodam] *om. QZ* quedam *X* ‖ serui

mus, 'Nerio' dictum quasi 'Neirio', hoc est sine ira et cum placiditate, ut eo nomine mitem tranquillumque fieri Martem precemur: 'ne' enim particula, ut apud Graecos, ita plerumque in Latina quoque lingua privativa est.

XXIV. (XXIII.)

[Verba M. Catonis 'egere se multis rebus et nihil tamen cupere' dicentis.]

M. Cato, consularis et censorius, publicis iam privatisque opulentis rebus, villas suas inexcultas et rudes, ne tectorio quidem praelitas fuisse dicit ad annum usque aetatis suae septuagesimum. Atque ibi postea his verbis utitur: Neque mihi, inquit, aedificatio neque vasum neque vestimentum ullum est manupretiosum, neque pretiosus servus neque ancilla. Si quid est, inquit, quod utar, utor, si non est, egeo. Suum cuique per me uti atque frui licet. Tum deinde addit: Vitio vertunt, quia multa egeo; at ego illis, quia nequeunt egere. Haec mera veritas Tusculani hominis, egere 2

1

QZXOΠN

O pr. ‖ claudi *O pr.?* (*non satis dignosci potest, num alt.* i *a m. alt. additum sit*) ‖ *Ser. Claudii comm. fr. ap. IACvHeusde de L. Aelio Stil. p.* 82 ‖ 65 ne] Nc̄ *Q pr.* ‖ ut] ait *QZ* ‖ 66 est] *om. ON* st *sup. lin. o* ‖

XXIV: *num. in lemm. tab. cum lemm. om. QZXOΠN* XXI (*s.* 21) ς; *ipsum caput nec numeri nec distinctionis nota add. continuatur in QZXON*, XIX (*sic*) *Π, distinxit et* XXII *in mg. add. n,* XXI (*s.* 21) ς ‖ (*lemm.*) 2 Verba—dicentis] *exempli causa posuit h: om. QZXOΠN* M. (*s.* Marci) Catonis consularis et censorii pulcherrima exprobratio contra philosophantes nomine et non re. *ς e vg.* ‖ (§ 1) 3 publicus (*praecedentibus aptatum*) *QZ* ‖ priuatusq; *q* ‖ 4 apulentis** (q; *ut vid. male iteratum*) *X pr.* ‖ in excultas *Z* inexcultis *O pr.* ‖ rudes ne] = *o:* rudesq *O* ‖ ne tectorio] nectorio *X pr.* ‖ 5 p̄latas *O pr.* ‖ septuagensimum *N* ‖ 6 hiis *Z* is *X* ‖ *M.. Porcii Caton. inc. or.* (*cf. Iordan quaest. Cat. p.* 32, 48; 60 *coll. eod. ann. phil.* 73, 387; *ORibbeck nov. mus. Helv.* 1, 21 *sq. cf. etiam Meyeri adn.*) *fr. p.* 146 *HM.*[2] *fr.* 10 *p.* 72 *I.* ‖ inquit michi *Q* ‖ ae(e *Q*)dificatione que *Q pr. X* ‖ 8 magis p̄ciosum *ut vid. X, ni in enotando errorem aliquem commisi* ‖ *prius* neque] *om. QZ* ‖ ancilla est. *x* ‖ 9 .Si] *om. X* ‖ quidē (*pro* quid ē) *Π* ‖ quot *x* ‖ utar? *x* *ut*** *X* ‖ est] *om. Z* ē. *Π* ‖ egeo. suum *HStephanus apol. adv. LVivem p.* 26, *spec. em. p.* 102: ego sum *QZXOΠNς* .Ego sum ς ‖ 10 cuique; *O* ‖ at que *X pr.* ‖ de inde *X pr.* ‖ 12 agere *X* ‖ (§ 2) h̄ (*i. e.* hoc) mera *in ras. x* ‖

se multis rebus et nihil tamen cupere dicentis, plus hercle promovet ad exhortandam parsimoniam sustinendamque inopiam quam Graecae istorum praestigiae, philosophari sese dicentium umbrasque verborum inanes fingentium, qui se nihil habere et nihil tamen egere ac nihil cupere dicunt, cum et habendo et egendo et cupiendo ardeant.

XXV. (XXIV.)

Quaesitum tractatumque, quid sint 'manubiae'; atque inibi dicta quaedam de ratione utendi verbis pluribus idem significantibus.

1 In fastigiis fori Traiani simulacra sunt sita circumundique inaurata equorum atque signorum militarium, subscriptumque est:
2 ex manubiis. Quaerebat Favorinus, cum in area fori ambularet et amicum suum consulem opperiretur causas pro tribunali cognoscentem nosque tunc eum sectaremur, quaerebat, inquam,

---

QZXOΠN

13 ercle *X* ‖ commouet *Ald.* ‖ 14 exortandam *XO* ‖ parsumoniam *Q pr.* ‖ 15 prestrigie *Q* ‖ philisiphari *X* ‖ 16 manes fugientiū *Z* ‖ habere et nihil] *post* nihil *om. X* ‖ tamen] tam *Q* ‖ 17 egendo, cupiendo *HStephanus spec. em. p.* 104 ‖ Nam si divites potentesque sunt illi, qui se Philosophos dicunt, truculenti tyrannidem exercent: si egent nihil non agunt, adulantur divitibus, mentiuntur, captant coenas, et talia (alia *lib.* XLIX). Cupiendo vero ardent maxime, cum nihil illis satis sit. *tamquam Gelliana huc pertinentia affert CBarth advers.* (*Francof.* 1624) II 12 *p.* 74 XLIX 3 *p.* 2283.

XXV: XX *in lemm. tab. QZXONς* XXI *Π* XXII (*s.* 22) ς; XX *in init. cap. ZXOΠNq eundemque num., h. l. a Q om.*, § 25 *ante vocc.* Aliud manubiae *add. ibi rubricator, eras. q;* XXII (*s.* 22) ς. *Inde a* § 29 *exstat in TY;* § 6; 26; 31 *adhibuit Non. s. v.* manubias a praeda *p.* 432, 25 *M. cf. ann. phil.* 85, 796 ‖ (*lemm.*) 3 idem] = *x:* idest (ē *sc. male lecto*) *X* ‖ (§ 1) 4 I *rubricatori relicto ab* ℵ *inc. Q* ‖ simulachra *ΠN* ‖ circum undiq. *X* ‖ 5 subscrib(= *N* p *rell.*)tum *male tamquam ex libris h'* ‖ 6 ex manibus *Z cf. lin.* 11 *et passim infra: num* ex manibiis? DE MANIBIEIS *inscr. Cn. Domitii Calvini eph. ep.* I 215 (*non recte* DE MANIBEIS *CIL* VI 1301 *cf. HIordan in Bursian. nunt. ann.* XV 403) *ac sic* manibiis *mon. Anc.* III 8; 17; IV 24 *cf. FSchlitte de C. Iul. Caes. grammatico Hal.* 1865 *p.* 36; τ *Herm.* 1, 176, 3; *Th. Bergk Aug. rer. a se gest. ind. p.* 11; *HIordan Herm.* 15, 540 *coll. cod. form. urb. R. p.* 29ᵇ ‖ (§ 2) aera *Z* ‖ 7 consularem *tacite, Herodem Atticum intellegens, GFülles de Ti. Cl. Att. Herodis vita* (*Bonn.* 1864) *p.* 12 ‖ opperi&tur *O* ‖ 8 inquam] *sic fort. X in ras.:* q; *x* ‖

quid nobis videretur significare proprie 'manubiarum' illa inscriptio.
Tum quispiam, qui cum eo erat, homo in studiis doctrinae multi 3
atque celebrati nominis: ''ex manubiis', inquit, 'significat 'ex
praeda'; 'manubiae' enim dicuntur praeda, quae manu capta est'.
'Etiamsi', inquit Favorinus, 'opera mihi princeps et prope omnis 4
in litteris disciplinisque Graecis sumpta est, non usque eo tamen
infrequens sum vocum Latinarum, quas subsicivo aut tumultuario
studio colo, ut hanc ignorem manubiarum interpretationem vulgariam, quod esse dicantur 'manubiae' praeda. Sed quaero, an
M. Tullius, verborum homo diligentissimus, in oratione, quam
dixit de lege agraria Kalendis Ianuariis contra Rullum,
inani et inlepida geminatione iunxerit 'manubias' et 'praedam', si
duo haec verba idem significant neque ulla re aliqua dissident?'
Atque, ut erat Favorinus egregia vel divina quadam memoria, 5
verba ipsa M. Tulli statim dixit. Ea nos hic adscripsimus: 6
Praedam, manubias, sectionem, castra denique Cn.
Pompei sedente imperatore decemviri vendent; et infra
itidem duo haec simul iunctim posita dixit: Ex praeda, ex
manubiis, ex auro coronario. Ac deinde ad eum convertit, 7

QZXOΠN

9 quid] qui *X* || propriae *X* || manubioꝝ *X pr.* || illa manubiarum *Π pr.* || (§ 3) 10 multe *Z* || manib; *Q cf. lin.* 6 || 12 est] = *x:* etiam| (*ad* etiamsi *pertinens*) *X*, *quod ad mg. lin. sq. add. x* || (§ 4) 13 fauaorinus *X* || 15 subcisiuo *O* subciciuo *X pr.* || 16 hanc] habeat *Z* || manubiarum] *om. QZ* || 19 rullu|minani *Z* || 20 manubia s; *Z* || 21 neque ulla re aliqua] *non addubitandum cf. KSittl d. lokalen Verschiedenheiten d. lat. Spr.* (*Erlang.* 1882) *p.* 97 || (§ 5) 22 aegregia *X* || 23 M.] *om. Z* * (*non* m., *sed aut* c *aut* e *ut vid.*) *Q* || tullii *XΠN* || (§ 6) ad(a *Π* as π)scribimus hic *XΠ* || adscribimus *ON* || *Cic. de leg. agr. or.* I *fr. p.* 601 *Bait.* (*Or.*²); *p.* 147 (*cf.* XVIII) *Kays.*; *p.* 1 *Zumpt, qui praeter G. etiam Non. l. l. afferre debebant* || 24 sectiles *codd. Non.* || .CN. *N:* gn. *et* gñ. *rell.* gnei *codd. Non.* || 25 sedentē *QZ* || imperatorē *Q* || decē uiri *Z* || decemviri vendent] censores *Nonius* || infra] *at non in or. de leg. agr. Kal. Ian. in senatu dicta* (I), *sed or.* II *ad populum habitae* § 59 || 26 iunctū *Z* || 27 manibus *Cic. Erf. m. pr.* || auro coronario] = *coni. in mg. ed. Cic. Lambin. a.* 1584: coronario *libri Cic., vg. ap. eund.* (*lectionis Gellianae, quamvis ipsum h. l. afferat Zumptius, mentionem om. editores illi Cic. recentiores*); *paulo infra ibidem Cicero et ipse* quantum habeat praedae, manubiarum, auri coronarii || (§ 7) ad eum] = *o*: deum *O* ||

qui manubias esse praedam dixerat, et: 'videturne tibi', inquit, 'utroque in loco M. Cicero duobus verbis idem, sicuti tu putas, significantibus inepte et frigide esse usus ac tali ioco dignus, quali apud Aristophanen, facetissimum comicorum, Euripides Aeschylum insectatus est, cum ait:

Δὶς ταὐτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος.
Ἥκω γὰρ εἰς γῆν, φησί, καὶ κατέρχομαι·
Ἥκω δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ κατέρχομαι.
Νὴ τὸν Δί', ὥσπερ γ' εἴ τις εἴποι γείτονι,
Χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει, κάρδοπον'?

8 'Nequaquam vero', inquit ille, 'talia videntur, quale est 'μάκτρα' et 'κάρδοπος', quae vel a poetis vel oratoribus Graecis nostrisque celebrandae et ornandae rei gratia duobus eadem pluribusque nominibus frequentantur'.

9 'Quid igitur', inquit Favorinus, 'valet haec repetitio instauratioque eiusdem rei sub alio nomine, in 'manubiis' et in 'praeda'? num ornat, ut alioqui solet, orationem? num eam mo-

---

QZXOΠN

28 qui|qui *Z* ‖ 29 M.] *om. X* ‖ verbis] = *o in ras.* ‖ idem] id est (id ē *sc. pro* idē) *Z* ‖ 30 ac] ⁊ ac *Π pr.* ‖ ioco] loco *QZO* ‖ 31 aristofanen *QZ* aristo phanē *X* ‖ comito℞ *Z* ‖ euripedes *ZN* eruripedes *Q* ‖ 32 aeschilum *QXΠ* eschilū *Z* ‖ *Aristoph. Ran. v.* 1154; 1156 *sqq. Ddf. Post v.* 1154 *ibi sequitur v.* 1155 *Dionysi interrogatio* Πῶς δίς; *atque initium responsionis Euripideae* Σκόπει τὸ ῥῆμ'· ἐγὼ δέ σοι φράσω, *a G. om.; itidem ante v.* 1158 *sq. om. significationem personae Dionysi, ad quem hi duo versus ap. Aristoph. pertinent* ‖ 33 ΑΙC *Z* ‖ ΤΑΙΤΟΝ *ZO* ΤΑΓΓΟΝ *X* ΓΑΓΓΟΝ *Π* ‖ ΗΜΕΙΝ *ZOΠN* ΝΜΕΙΝ *X* ‖ ΑΙCΧΥΔΟΛ *X* ‖ ΑΙCΧΥΛΟ ΗΚѠ *Π* ‖ 34 ΗΚΜ *X* ‖ Ἥκω γὰρ εἰς] *om. Z* ‖ ἐς *v. l. ap. Aristophanem* ‖ ΗΝ *Z* ‖ γῆν, φησί,] ΓΗΝCΙ·˜ *X* ‖ ΚΑΤΗΡΧΟΜΑΙ *Z* ΚΑΤΕΡΧѠ ΜΑΙ *X* ‖ ΚΑΤΕΡΧѠΜΑΙΛΗΚΜ *Π* ‖ 35 *versus totus expunctus in Arist. Ambros.* ‖ ΕΗΚѠ *Z* ἥκειν *libri Aristophan.* ‖ ΤΛΥΤΟΝ *X* ΤΑΙCΟΝ *Π* ‖ 36 ΔΗ *XON* Δ Η *Π* ΔΕ *x* ‖ Νὴ τὸν Δί'] ΑΗΤΟΝΑΥ *Z* ‖ Γ·Ε(ΕΤ *x*)ΤΙC *X* ‖ εἴ] ἦν *Aristoph. Vrb.* ‖ Ε ΙΠΟΙ *X* ΕΤΠΟΙ *Z* ‖ ΓΟΙΤΟΝΙ *N pr.* ‖ 37 ΧΡΙCΟΝ *XO* ΡΗCΟΝ *Z* ‖ ΧΡΙCΟΝCΥ. *N* ΧΡΙCΟΝCΙ *Π* ‖ ΜΑΚΤΡΑΜ *XOΠN* ‖ ΒΟΥΑΕΙΚΑΡΑΟΠΟΝ *Z* ΒΟΥΛΘΙΚΑΡΛΟΠΟ; *X* ‖ (§ 8) 38 ΜΑΚΤΑ(Ρ *x*)ΑΡΔΟΠΟC *X* GR. *Q* ‖ 39 ΕΤ *Z* ‖ vel] *om. OΠ* ‖ petis *X pr.* ‖ 40 uenerande *Q* (*cf.* XIV 4, 1) onerandae *AEussner* ‖ celebrandae et venerandae *Longolius* ‖ et ornandae] *sup. lin. add. o* ‖ grati ad uob̉ *Z* ‖ duobussea|dem *X pr.* ‖ (§ 9) 43 manib; *Q* ‖ 44 predaenū ornatu tali|qui *Q* ‖ num] n *Q* ‖ modulatio rē *X* ‖

dulatiorem aptioremque reddit? num onerandi vel exprobrandi criminis causa exaggerationem aliquam speciosam facit? sicut in libro eiusdem M. Tulli, qui de constituendo accusatore est, una eademque res pluribus verbis vehementer atque atrociter dicitur: Sicilia tota, si una voce loqueretur, hoc diceret: quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, sedibus, delubris fuit. Nam cum urbes semel totas dixisset, sedes delubraque addidit, quae sunt ipsa quoque in urbibus. Item in eodem libro simili modo: Siciliam, in- 10 quit, provinciam C. Verres per triennium depopulatus esse, Siculorum civitates vastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur. Ecquid videtur, cum Siciliam pro- 11 vinciam dixerit atque insuper etiam civitates addiderit, domos etiam et fana, quae infra posuit, conprehendisse? Verba haec item multa atque varia: depopulatus esse, vastasse, exinanisse, spoliasse, nonne unam et eandem vim in sese habent? sane. Sed quia cum dignitate orationis et cum gravi verborum copia dicuntur, quamquam eadem fere sint et ex una sententia cooriantur, plura tamen esse existimantur, quoniam et aures et animum saepius feriunt.

Hoc ornatus genus in crimine uno vocibus multis atque saevis 12 exstruendo ille iam tunc M. Cato antiquissimus in orationibus

---

QZXOΠN

45 honerandi *Z* || 46 exaggenerat(c *Q*)ionē *Q ac sic ut vid. X pr.* || 47 tullii *QZXΠ* || constuendo *X* || acusatore *Z* || 48 ē* (ē) *Q* || *Cic. de const. accus.* (*div. in Q. Caec.*) § 19 || 51 aedibus *PManutius ap. Cic.* || fuit] = *Cic. Guelf. pr., dett.* (*Gellii rationem h. l. ex editoribus recentioribus unus habet CFWMueller*)*: om., ut vg. ferunt Cic. rell.* (*? :* fuit '*omnes ut videtur*' *Halmius in suppl. app. crit. Cic. Or.*[2] *p.* 443) || *post* cum] *in ras.* plures *Q* || totas semel *XΠ* || 52 ipsis *X* || (§ 10) 53 similim (o *supra* m) *q* similimū *Q* || *Cic. l. l.* § 11 || 54 C.] *num* ci *an* a *scripserit Q non plane dignoscitur* || 55 esse] * *Π* . *π* || uastas se *X* || exanisse *Z* || 56 expoliasse (*praec.* exinanisse) *ut vid. O pr.* || (§ 11) Ecquid] *Ald.* (*cf.* λ *adn.*) μ: Haec (*s.* Hec) quid *x rell.* Haec qui *X* || 57 ciuitates etiam *Π* || 58 con(m *Z*μ)prehendisse] *QZ* (*coniectura assecutus est* μ)*:* comprehendisset *OΠNvg.* conp̄h(*ex* d *corr.*)disset *X* || ?] *seq. litt.* V *mai. add.* μ :, || hec. Item *Q* || 59 vastasse, exinanisse] *inter* esse *et* spoliasse *om. QZ* || 60 spoliasse] populasse *X* || etendem *X pr.* || habent sane? *X* || 63 *oriantur (c) *X* caoriantur *Q* || esse] *om. Π* || 64 fuerint *O pr.* || (§ 12) 65 uotibus *Q* || se ius *X pr.* ||

suis celebravit, sicuti in illa, quae inscripta est de decem ho-
minibus, cum Thermum accusavit, quod decem liberos homines
eodem tempore interfecisset, hisce verbis eandem omnibus rem
significantibus usus est, quae quoniam sunt eloquentiae Latinae
tunc primum exorientis lumina quaedam sublustria, libitum est
ea mihi ἀπομνημονεύειν: Tuum nefarium facinus peiore
facinore operire postulas, succidias humanas facis,
tantam trucidationem facis, decem funera facis, decem
capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis
13 indicta causa, iniudicatis, incondemnatis. Item M. Cato
in orationis principio, quam dixit in senatu pro Rhodien-
sibus, cum vellet res nimis prosperas dicere, tribus vocabulis
14 idem sentientibus dixit. Verba eius haec sunt: Scio solere
plerisque hominibus in rebus secundis atque prolixis
atque prosperis animum excellere atque superbiam
15 atque ferociam augescere. Itidem Cato ex originum VII.
in oratione, quam contra Servium Galbam dixit, con-
pluribus vocabulis super eadem re usus est: Multa me dehor-
tata sunt huc prodire, anni, aetas, vox, vires, senectus;
verum enimvero cum tantam rem peragier arbitrarer,
* * *.

QZXOΠN

67 sic̄ (= sicut) *Q* ‖ 68 tremū *QX* ‖ termuma|acusauit *Z* ‖ acusauit *X* ‖ libros *Z* ‖ 69 rem omnibus *Π* ‖ 70 quae] *om. X* ‖ 71 lumine *QZ* limina *O pr.* ‖ quaedam] quidem *Π* ‖ ut ibi¦tum *Π* ‖ 72 mihi ea *Z pr.* ‖ .a. ΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΕΙΝ *Π* ‖ *M. Cat. or. c. Thermum de decem hominibus fr. p.* 40 *HM.*[2]*; in Q. Minucium Thermum de decem hominibus fr.* 1 *p.* 39 *I.* ‖ ∗nefarium *X* ‖ 73 facinore] *post* peiore *om. Q* ‖ succidias] = *x:* succidas *X* ‖ 74 tantam (tantū *Z*) truc(t *Q*)idationē *QZ:* tantas trucidationes *X* ‖ tantam trucidationem facis] *post* facis *om. OΠN* ‖ 76 indicta] in iudicata *Z* indicat *Π* indici *X* ‖ incondēpnatis *Q:* indem(mp *Zx*)natis ‖ (§ 13) Item] '*f.* idem' σ ‖ 79 uerba eius dixit. hec sunt *QZ* ‖ (§ 14) *M. Catonis or. pro Rhodiensibus fr.* 1 *p.* 104 *HM.*[2] *p.* 21 *I.; orig. lib.* V (*v. G.* VI 3, 7) *fr.* 95[a] *p.* 82 (59[2]) *P. cf.* VI 3, 14 ‖ 80 in] *om. codd. lib.* VI *l. l.* ‖ 82 ferotiā *Z* ‖ *post* augescere *excidisse arbitror verba ap. Catonem l. l. sequentia* atque crescere ‖ (§ 15) id idē *Z* ‖ origiū *Q* ‖ 83 contraserunt *X pr.* ‖ serum *Z* ‖ cum plib; *Q* ‖ 84 ∗ (*s.* ∗∗) usus *X* ‖ *Cat. or. in Ser. Sulpicium Galbam pro Lusitanis fr. p.* 123 *HM.*[2] *orig. lib.* VII *fr.* 1 *p.* 27 *I.; fr.* 108 *p.* 88 (63[2]) *P.* ‖ Multa me] Multarie *Π* ‖ deortata *Z* dechorata *X pr.* ‖ 85 etas uxor uires *in ras. z* ‖ 86 enī uiro *X pr.* ‖ '*v. c.*' rem pagier *f.* peragier' σ rēp. agier *O* rem. p. agier *N* ‖ ∗pagier (. *ut*

Sed ante omnis apud **Homerum** eiusdem rei atque sententiae luculenta exaggeratio est: 16

Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς ἔκ τε κονίης
Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης ἔκ θ' αἵματος ἔκ τε κυδοιμοῦ.

Item in alio versu:

Ὑσμῖναί τε μάχαι τε φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε.

Nam cum omnia ista utrobique multa et cognominia nihil plus demonstrent quam 'proelium', huius tamen rei varia facies delectabiliter ac decore multis variisque verbis depicta est. Neque non illa quoque **apud eundem poetam** una in duobus verbis sententia cum egregia ratione repetita est: Idaeus enim, cum inter Aiacem et Hectorem decertantes armis intercederet, his ad eos verbis usus est: 17 18

Μηκέτι, παῖδε φίλω, πολεμίζετε μηδὲ μάχεσθε,

in quo versu non oportet videri alterum verbum, idem quod superius significans, supplendi numeri causa extrinsecus additum et consarcinatum. Est enim hoc inane admodum et futtile. Sed cum in iuvenibus gloriae studio flagrantibus pervicaciam ferociamque et cupidinem pugnae leniter tamen ac placide obiurgaret, 19

QZXOΠN

vid.) *Z* agier *X* ‖ arbitraret *Z* arbitraretur *X* ‖ 87 *lacunae signum add. HIordan* ‖ (§ 16) 88 eius *X* ‖ *Hom. Il.* XI 163 *sq.* ‖ 90 ΕΚΤΟΡ. aΔ. *Π* ‖ δ' ἐκ] ΛΕΚ *X* λΕΚa *Z* ‖ ΒΕΛΕω *X* ΒΘΛΕω *Π* ‖ ΙΠaΓΕ *Z* ‖ ἔκ τε κονίης] *ante* ἔκ *om. Z* ‖ ΚΟΝΕΙΗC *N* ΚΟΝΕΙΕC *O* ΚΟΝΕΙΝC *X* ‖ ΚΟΝΕΙΝ CΕΚΤ *Π* ‖ 91 aΝaΡΟΚΤaCΙΗC *X* ‖ ἔκ θ'] ΕΚΕ *XΠ* ‖ θ'] Ο *Z* ‖ ΛΙaΜaΤΟC *X* ‖ ΕC *X* ‖ ἔκ τε] CΤ *Π* ‖ τε] *om. Z* ‖ aΓΔΟΙΝΟΓ *Z* ‖ *Hom. Od.* XI 612 ‖ 93 ΓCΜΕΙΝaΙ *XOΠN* ΓCΜΕΓΝaΙ *Z* ‖ λaΧaΙ *Z* ‖ aΝaΡΟΚΤaCΙλΤΕ *X* aΝΔΡΟΚΤaCΙaΓΕ *Z* ‖ (§ 17) 94 cognominia] *h:* cognomina *Q* (*Longolius*) connoīa *Z* continua nomina *XOΠN; an* cognominata, *ut ap. Cic. de part. or.* § 53 *?* ‖ (§ 18) 98 egregie *X pr.* ‖ es tideus *Z* ‖ tideus *X* ‖ in terra iacem *Z* ‖ 99 et] *om. Q* * (*s.* **) et *X* ‖ haectorem *XO* ‖ decertantis (*sq.* armis *non recepi*) *Z* decertantē *Π* ‖ hiis *Z* ‖ 100 verbis] *om. Q* ‖ *Hom. Il.* VII 279 ‖ 101 ΜΗΚΕΤΙΡ| *Z* ‖ ΠΟΛΕΜΙΖΕΓΕ *OΠN* ΠΟΔΕΜΙΖΕΓΕ *X* ‖ ΜΗΛΕ *X* ΜΕΔΕ *Z* ‖ ΜaΧΕCΤΕ *Π pr.* ΜaΧΕCΟΕ *Z* ΜaΧΕCΕΘΕ *X* μάχεσθον *et* μάχεσθαι *v. l. ap. Hom.* ‖ (§ 19) 102 uersum *O pr.* ‖ alterum uideri *X ex sil.* ‖ id ÷ *Z* ‖ 103 suplendi *X* subplendi *x* ‖ aditum *X pr.* ‖ 104 fictile *X* ‖ 105 peruicac(t *Z*)iamq; (ferociam *post* ciam *litt. om.*) *QZ* ‖ 106 hac obiurgaret *x* hacobiurgaret *X* ‖ placide] *om. Xx* (*cf. adn. praec.*) blande *Πσ* ‖

atrocitatem rei et culpam perseverandi bis idem dicendo alio atque alio verbo auxit inculcavitque, duplexque eadem conpellatio ad-
20 monitionem facit instantiorem. Ne illa quidem significationis eiusdem repetitio ignava et frigida videri debet:

Μνηστῆρες δ' ἄρα Τηλεμάχῳ θάνατόν τε μόρον τε ἤρτυον,

quod bis idem: 'θάνατον' et 'μόρον' dixerit; indignitas enim moliendae tam acerbae tamque iniustae necis miranda mortis
21 iteratione defleta est. Ceterum quis tam obtunso ingeniost, quin intellegat:

Βάσκ' ἴθι, οὖλε Ὄνειρε,

et:

Βάσκ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα,

verba idem duo significantia non frustra posita esse ἐκ παραλλήλων, ut quidam putant, sed hortamentum esse acre imperatae celeritatis?

22 Verba quoque illa M. Ciceronis in L. Pisonem trigemina, etiamsi durae auris hominibus non placent, non venustatem modo numeris quaesiverunt, sed figuram simulationemque oris
23 pluribus simul vocibus everberaverunt: Vultus denique, inquit, totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit, hic eos, quibus erat ignotus,

QZXOΠN

107 adtrocitatū *Q* atrocitate *x* ‖ 108 *****duplexque *Q* duplex *N* ‖ 109 instaciorem *Z* ‖ (§ 20) *Hom. Od.* XX 241 *sq.* ‖ 111 ΜΝΗCΤΗΡΗC *Π* ΜΝΗCΓΕ(Η *x*)ΡΗC *X* αλΝΗCΤΡΕC *Z* ‖ ΤΗΤΛΕΜαΧω *X* ΤΕΛΕΜαΧω *Z* ‖ ΤαΝαΤΟΝ *XΠ* ΘαΝαΤΟΝ *Z* ‖ μόρον τε] *post* τε *om. Z* ‖ 112 ΕΡΤΥΟΝ *Z* ΗΡΙΥΟΝ *X* ‖ 113 ΘαΝΤΟΝΕΤ *Z:* ΘαΝαΤΟΚαΙ *ON* ΘαΝαΤΟCαΙ *XΠ* ‖ θάνατον et μόρον] *sine nota om. Q* ‖ indignatas *O pr.* ‖ 114 tamquę necis mirando *X* ‖ 115 ut ratione *X* ‖ deflecta *Z* ‖ (§ 21) obtundo *X* obtuso *x* obtonso *Z* ‖ ingenio si *Z* ingenio sit *XO* ‖ .quin *O* qui ñ *x* qui *X* ‖ *Hom. Il.* II 8 ‖ 117 Βάσκ'—ταχεῖα] GR'. *Q* ‖ Βάσκ' ἴθι] ΚΙΘΙ *Z* ‖ ΙΤΙ *Π* ‖ ΟΥαΕ *Z* ‖ ΟΝΕΡΕ *Z* ΝΕΙΠΕ *XΠ* ‖ 118 ΕΤ *Z:* Καl *XOΠN* ‖ *Hom. Il.* VIII 399 ‖ 119 ΙΤΗΡΙΤ|αΧΕΙα *Z* ‖ ΙΡΗ *X pr.* ‖ 120 ΠαΡαΛΛΗΛω (. *Π*) *XΠN* ΠαΡαλλΕλωΝ. *Z* ‖ 121 ortamentū *X* ‖ acrę *Π* ‖ imperitę *x* imperataeque ς *Iunt.* iussae imperataeque *c* ‖ (§ 22) 124 etiam *O pr.* ‖ aurs *Z* ‖ uenustantem *X* ‖ 125 horis *Z* ‖ 126 uerberauerunt *XOΠN* ‖ (§ 23) *Cic. in Pis. or.* § 1 ‖ 127 quida *X* ‖ 128 fraude *QZ* ‖ hominis *XON* ‖ eras *ap. Cic. Lallemandus et Bakius* ‖

decepit, fefellit, induxit. Quid igitur? Simile est', inquit, 24
'apud eundem in 'praeda' et 'manubiis'? nihil profecto istiusmodi
est. Nam neque ornatius fit additis manubiis neque exaggeratius 25
modulatiusve; sed aliud omnino 'praeda' est, ut in libris rerum
verborumque veterum scriptum est, aliud 'manubiae'. Nam 'praeda' 26
dicitur corpora ipsa rerum, quae capta sunt, 'manubiae' vero appel-
latae sunt pecunia a quaestore ex venditione praedae redacta.
Vtrumque ergo dixit M. Tullius cumulandae invidiae gratia 27
decemviros ablaturos persecuturosque: et praedam, quae nondum
esset venundata, et pecuniam, quae ex venditione praedae per-
cepta esset.

Itaque haec inscriptio, quam videtis: ex manubiis, non 28
res corporaque ipsa praedae demonstrat, nihil enim captum est
horum a Traiano ex hostibus, sed facta esse haec conparataque
'ex manubiis', id est ex pecunia praedaticia, declarat. 'Manubiae' 29
enim sunt, sicuti iam dixi, non praeda, sed pecunia per quae-
storem populi Romani ex praeda vendita contracta. Quod per 30
quaestorem autem dixi, intellegi nunc oportet praefectum aerario
significari. Nam cura aerarii a quaestoribus ad praefectos translata
est. Est tamen nonnusquam invenire, ita scripsisse quosdam non 31
ignobiles scriptores, ut aut temere aut incuriose 'praedam' pro
'manubiis' et 'manubias' pro 'praeda' posuerint, aut tropica qua-
dam figura mutationem vocabuli fecerint, quod facere concessum

---

QZXOΠNTY

129 inducit *Π* ‖ (§ 24) igitur simile *ZΠN* ‖ 130 et manubiis? nichil nichil *praeter voc. extr. in ras. Q* ‖ 131 est] *om. XOΠN* ‖ est namque (a *ex corr. z*) *Z* ‖ (§ 25) ornatus *XOΠN* ‖ 132 ;sed] si *Z* ‖ uti (*sq.* i) *Π* ‖ 133 ē. Aliud (*ante* Aliud *ad mg.* XX *col. rubr., quod erasit q*) *Q* ‖ (§ 26) 134 appellata *Q pr. Z* ‖ 135 peccuNia *x* peccu**e *X* ‖ redac*ta *X* ‖ (§ 27) 136 cūmulandę *X* ‖ 137 decē uiros *QZ* ‖ ꝓsecutoresq; *QZ* ‖ nūdū *Q* ‖ 138 p̄(pre *Z*)ceptà *QZ* ‖ (§ 28) 141 praedae demonstrat] = σ ‖ .Nichil *Π* ‖ 143 predatitia *N* predantia *QZ* ‖ (§ 29) *Hic h. l. inc. TY* ‖ 145 populi Romani] *s.* p. r. *etc. rell.:* .r. *T* ‖ ex praeda] exēpla *Y* (l *in* d, *sc. ut* p̄da *esset, corr. m. rec.*) ‖ predita uendita *N* ‖ c̄tracta quod *Y* ‖ (§ 30) .Quod] ;s; *Q* s; *Z* ‖ 146 nunc] *om. TY* .Nc̄ *Q pr. Z* ‖ praefectum] = *x Y m. rec.:* ꝑfectum *X* ꝓpectum *Y* ‖ 147 cura aerarii] curarii *Z* ‖ ad] a *Z* ‖ tralata *ZX pr. n* ‖ (§ 31) 148 non nusquā *T* non nus quū *X* ‖ 150 posuerunt *X pr.* apposuerint (ap *inter* a *et* p *add.*) *Π* ‖ 151 mutatione *Π* ‖ quo *X* ‖

32 est scite id periteque facientibus. Sed enim, qui proprie atque signate locuti sunt, sicut hoc in loco M. Tullius, 'manubias' pecuniam dixerunt'.

XXVI. (XXV.)

Verba P. Nigidii, quibus dicit, in nomine Valeri in casu vocandi primam syllabam acuendam esse; et item alia ex eiusdem verbis ad rectam scripturam pertinentia.

1 P. Nigidii verba sunt ex commentariorum grammaticorum vicesimo quarto, hominis in disciplinis doctrinarum omnium praecellentis: Deinde, inquit, voculatio qui poterit servari, si non sciemus in nominibus, ut Valeri, utrum interrogandi an vocandi sint? Nam interrogandi secunda syllaba superiore tonost quam prima, deinde novissima deicitur; at in casu vocandi summo tonost
2 prima, deinde gradatim descendunt. Sic quidem Nigidius dici praecipit. Sed si quis nunc, Valerium appellans, in casu vocandi secundum id praeceptum Nigidii acuerit primam,
3 non aberit, quin rideatur. 'Summum' autem 'tonum' προσῳδίαν

QZXOΠNTY

152 scite adperiteq; *Y* || (§ 32) quid *TY* || propriae *XO pr.* || 153 signatę *Π* || sicuti *XOΠNTY* || hęc *Y* || 154 pec(c *Y*)unias (*propter* manubias) *X pr. TY* ||

XXVI: XXI *QZXON* XXII *Π* XXIII (*s.* 23) ς *in lemm. tab.;* XXI *QZXOΠN* XXIII (*s.* 23) ς *in init. cap. Exstat in TY* || 2 V****** (uesitū *ut vid.*) *Z* || pnigidii *Q* || ualerii *QZX* || 3 acuendam] *om. Q* || (§ 1) 5 Pnigidii (P *a rubricatore add.*) *Q* Pingidii *Z* P. Nigidius *N* || ex commentariorum grammaticorum] *om. TY* || gramticorum *X* || 6 uicensimo *N* || .IIII. *X* || hominis] *om. T* || 7 omnium] = *z:* hominum *Z* || *P. Nigidii Figuli comm. gramm. lib.* XXIV *fr. p.* 264 *Rutgers. VL* III 16; *fr.* XCV *Fr. Schoell de accentu l. L. vett. gramm. testim. ASPhL* VI *p.* 140 (*cf. p.* 58 *sqq.*) || uolcatio *N* || 8 in omnibus (omĩbus *T*) *TY* inomĩbus *X pr.* || ut] 7 *Q* || Valeri] *T ex sil., e:* ualerii || 9 *sint an uocacandi *Q* || 10 seperiore *O* si interiore *X* || superior et (7 *Y*) *om. litt.* onost (*spat. vac. in T rel.*) *TY* || sonost *N pr.* tono est *XΠ* thono est *Q* || 11 deititur *Y* || at] ad *QZ* || summo** (*s.* ***) *X* || summotonost *Q pr.* || tono st *O* tono st̄ *T* tono est *XΠ* || (§ 2) 14 casi *X pr.* || 15 haberit *X* habuerit *TY* || redeatur *Q* || (§ 3) ΠΡΟCωaIaN. *Z* ΠΡΟCωΔIaN *XT* prosodian *Π* |

acutam dicit et quem 'accentum' nos dicimus 'voculationem' appellat et 'casum interrogandi' eum dicit, quem nunc nos 'genetivum' dicimus.

Id quoque in eodem libro Nigidiano animadvertimus: 4
Si 'huius', inquit, 'amici' vel 'huius magni' scribas, unum i facito extremum, sin vero 'hii magnii', 'hii amicii', casu multitudinis recto, tum ante i scribendum erit, atque id ipsum facies in similibus. Item si 'huius terrai' scribas, i littera sit extrema, si 'huic terrae', per e scribendum est. Item 'mei' qui scribit in casu interrogandi, velut cum dicimus 'mei studiosus', per i unum scribat, non per e; at cum 'mei', tum per e et i scribendum est, quia dandi casus est. Haec nos 5
auctoritate doctissimi hominis adducti, propter eos, qui harum quoque rerum scientiam quaerunt, non praetermittenda existimavimus.

XXVII. (XXVI.)

De versibus, quos Vergilius sectatus videtur, Homeri ac Partheni.

Partheni poetae versus est: 1

Γλαύκῳ καὶ Νηρεῖ καὶ εἰναλίῳ Μελικέρτῃ.

QZXOΠNTY

16 acutam dicit] _om. Z_ ‖ 17 casu _Y_ ‖ genitiuus _Q pr._ ‖ (§ 4) _Nigidii fr. ap. Rutgers. l. l._ ‖ 20 magni* (s) _O_ ‖ 21 extremo (_praecedit_ facito) _TY_ ‖ sin] si _Π_ sui _Q_ ‖ hi _QON_ in _TY_ ‖ magni. i. _T_ magni _Q_ magnei _XOΠ_ ‖ hi _ON_ in _TY_ ‖ 22 amici. i. _T_ amicei _XOΠ_ ‖ causu _q_ causa _Q_ ‖ recta _Y_ ‖ i] id _Y_ ‖ 23 erit] _Q:_ eritę _X_ erite _rell._ ‖ 24 hui'|*** (ius) _X_ ‖ terrai] _ed. Paris. a._ 1536: terrae _XOΠNTY_ terre _QZ_ ‖ 25 meï _a Nigidio scriptum esse censet Lachmannus ad Lucr._ IV 602 _p._ 246 ‖ 26 uel ut _T_ ‖ studiosis _QZ_ ‖ 27 ac _QZO pr._ Ac _N_ ‖ accūmi ei _Y_ ‖ mei] _XOΠN cf. FBücheler lat. Declin. p._ 112 _W.; FNeue lat. Formenlehre_ II² 180: miei _QZ_ (_Longolius, Lachmannus l. l._) mi ei _T_ ‖ (§ 5) 29 quiarum _X pr._ ‖ 30 p̄ter mittenda _Q pr._ ‖

XXVII: XXII _QZXON in lemm. tab._, XXIII _Π; in cap. initio_ XXII _hi omnes,_ XXIIII (_s._ 24) _utrobique_ ς ‖ (_lemm._) 2 quod _Q pr._ ‖ omeri _X_ homini _Z_ ‖ acpartheni _X:_ ac parthenii _QZON_ ac parthemii _Π_ ‖ (§ 1) 3 Parthenii _XOΠN_ ‖ 4 _Parth. fr._ XXXIII _Mein. anal. Alex. p._ 285 _sq. cf. Macr. Sat._ V 17, 18; _ab eodem versu orsus est s. Lucianus s. Lucillus epigr. Anth. Pal._ VI 164 (I _p._ 237 _Iacobs.;_ I _p._ 187 _cf. p._ 240 _Dbn.; ep._ 34 IV _p._ 29 _Luc. ed. Iacobitz_) ‖ Glaicokenereikeeinalioimelikerte

[redacted]

2 Eum versum Vergilius aemulatus est, itaque fecit duobus vocabulis venuste inmutatis parem:

Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae.

3 Sed illi Homerico non sane re parem neque similem fecit: esse enim videtur Homeri simplicior et sincerior, Vergilii autem νεωτερικώτερος et quodam quasi ferumine inmisso fucatior:

Ταῦρον δ' Ἀλφειῷ, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι.
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo.

XXVIII. (XXVII.)

De sententia Panaetii philosophi, quam scripsit in libro de officiis secundo, qua hortatur, ut homines ad cavendas iniurias in omni loco intenti paratique sint.

1 Legebatur Panaetii philosophi liber de officiis secundus ex tribus illis inclitis libris, quos M. Tullius magno cum studio

---

QZXOΠNTY

Π ‖ ΓΛaΙΚω *X* ‖ ΤaΛΙΚωΚaΙΝΗΡΕΕΙ *in ras. Macr. P, unicus h. l. Graecorum testis* ‖ Νηρεῖ] = *Anth. Plan.*: ΝΗΓΕΙ *X* Νιρεῖ *Anth. cod. Pal.* Νηρῆϊ *Ios. Scaliger, Dorvillius* ‖ ΝΗΡΕΙΝaλΙωΙ (*litt.* ΚaΙΕΙ *post* ΕΙ *om.*) *Z* ‖ Ι *adscriptum in* ΕΙΝaΛΙωΙ *h. l. ON quoque servarunt*: ΕΤΝaaΤωΙ *X* Ινώφ *Macr.* Ἰνοῖ καὶ *Anth. cod. uterque* ‖ ΜΕaΤΚΕΡΤΗ˜ *X* ΝΕΛΙΚΕΡΤΗ *Z* ΜΕΛΙΚΕΡΙΝ, *ut Eyssenhardtio videbatur, Macr. P* ‖ (§ 2) 5 facit *X* ‖ 6 uenustatē mutatis *Q* venustatem imitatus *IBongarsius teste c* ‖ īmutatis. parem glauco *Π* ‖ *Verg. Georg.* I 437 ‖ 7 panopiae *Verg. Med.* ‖ ino omelicere (ertę *x*) *X* ‖ melicerti *Verg. Med. pr.* melicertes *cod. Charis.* I *p.* 14, 13 *K.* ‖ (§ 3) 8 omerico *X* ‖ homeri conon *Q pr.* ‖ sa|nere *Z* ‖ rerē (*ex* re *et* rē *lectt. conflatum*) *Q* rerū *q* ‖ reparē *OΠ* remparē *Z* ‖ 10 ΝΕωΤΕΡΙΚΟΤΕΡΟC *X* neotericoteros *Π* ‖ ferumine] *cf. de hoc voc. scribendo HGoeppert üb. d. Bedeutung v. ferruminare u. adplumbare in d. Pand. Vratislav.* 1869 *p.* 12 *sq.*: ferrumine *x* ‖ inmiso* (s) *X* immisto *Trillerus ap. Falsterum am. phil.* III 294 ‖ 11 *Hom. Il.* XI 728 ‖ Tariron dalfeio taironde poseidaoni *Π* ‖ ΤaΡΥΡΟΝ *X* ‖ τ' *Hom. Towml.* ‖ ΤaΙΡΟΝ *QZ* ‖ aΕ *X* ΕΔΕ *Z* ‖ ΠΟCΕΙaΔωΝΙ *Z* ΠΟCΕΓΛΔωΝΙ *X* ‖ *post* Ποσειδάωνι *lin. dim. vac. rel. N* ‖ 12 *Verg. Aen.* III 119 ‖ *totum hunc versum om. O* neptuno taurum tibi pulcher apollo *in mg. o cf. adn. ad cap. sq. lin.* 6 ‖ Taurum] *om. XN cf. o* ‖ Neptuno taurum *Π* ‖ appollo *X* ‖

XXVIII: XXIII *et in lemm. et in cap. initio meliores omnes, nisi quod* XXIV *Π in lemm.;* XXV (s. 25) ς *utrobique. Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 panetii *QXOΠ* ‖ quem *O* ‖ offitiis *Z* ‖ 3 quo *X* que *Z* ‖ ortatur *X* ‖ (§ 1) 5 panetii *QXOΠNTY* ‖ 6 cum] '*abest*' σ ‖ *post* cum *in ras. lin. unius* neptuno taurum tibi pulcher apollo *o cf. cap. praec. lin.* 12 ‖

maximoque opere aemulatus est. Ibi scriptum est, cum multa 2
alia ad bonam frugem ducentia, tum vel maxime, quod esse
haerereque in animo debet. Id autem est ad hanc fere senten- 3
tiam: 'Vita', inquit 'hominum, qui aetatem in medio rerum agunt
ac sibi suisque esse usui volunt, negotia periculaque ex inproviso
adsidua et prope cotidiana fert. Ad ea cavenda atque declinanda
perinde esse oportet animo prompto semper atque intento, ut
sunt athletarum, qui 'pancratiastae' vocantur. Nam sicut illi ad 4
certandum vocati proiectis alte brachiis consistunt caputque et
os suum manibus oppositis quasi vallo praemuniunt, membraque
eorum omnia, priusquam pugna mota est, aut ad vitandos ictus
cauta sunt aut ad faciendos parata; ita animus atque mens viri
prudentis, adversus vim et petulantias iniuriarum omni in loco
atque in tempore prospiciens, esse debet erecta, ardua, saepta
solide, expedita, in sollicitis numquam conivens, nusquam aciem
suam flectens, consilia cogitationesque contra fortunae verbera
contraque insidias iniquorum, quasi brachia et manus, protendens,
ne qua in re adversa et repentina incursio inparatis inprotectisque
nobis oboriatur'.

QZXOΠNTY

(§ 2) 7 *coll. HStephano noct. Par. p.* 15 *fort.* scripta sunt *Oiselius* ‖ 8 vel] *om. XΠ* ‖ 9 hereq; *X* ‖ (§ 3) fere ad hanc *T* ‖ ferme *XOΠN* ‖ *Panaet. Rhod. de off. lib.* II *fr. ap. v. Lynden de Panaetio Rhodio* (*L. B.* 1802) *p.* 112 *sqq. cf. p.* 100 ‖ 10 quia etate *QZ* quietatē *O* ‖ in] *om. Z* quidē in *T* ‖ rerum] *om. Y, post* aetatem *sup. lin. add. y* ‖ 11 usui esse *T* ‖ usui] = *O:* usus *o in mg., magis ex mea quidem sententia vocabuli notandi causa, ut assolet, quam ut hoc ipsum in verborum ordinem recipiendum esse indicaret* ‖ in pra(o *x*)uiso *X* ‖ 12 fert ad *T* ‖ 13 oporte *Q* ‖ atque semper *X* ‖ 14 pancratia euocantur *Z* ‖ pancratiastae] *Iunt.:* pancratiae *Ne* pancracię *Y* pancracie *Q* panchratię *T* pangratiae *XΠO* (pangrat; *o in mg.*) pancratae, *nisi* pancratiastae *malis, Falsterus am. phil.* III 294 ‖ (§ 4) 15 brahiis *Q pr.* ‖ capudq; *QX pr.* ‖ 16 ôs *O* ‖ 17 mota] *om. TY* ‖ 18 aut faciendos *ZX* ‖ mens] *om. TY* ‖ 19 omnis (*ad* petulantias *sc. relatum*) *Z* ‖ 20 prospiciens] = *q:* iam sollicitis (*cf. lin. sq.*) prospiciens *Q* ‖ debet esse *XOΠN* ‖ ardua. erecta *T* ‖ seppta *X* ‖ septa solide expedita *Z* septa (. *T et add. o*) solide expetita *ON* septa. soli expetita *Π* ‖ 21 in sollicitis] *X ex sil.* (?), *q:* iam (iā *Q*) sollicitis *QZ om. OΠNTY* ‖ conniuens *N* cōminuens *Y* ‖ 22 suam sollicite flectens *TY* ‖ cogitationes quę *Y* ‖ uerbaera *X* ‖ 23 que] *om. Π* ‖ 24 repentina] *ςe:* in repentina *ZT* ī repentina *Q* inrepentina *XOΠNY* (in *ante* re *add. propter proxime praecedens* in re) ‖

[redacted]

XXIX. (XXVIII.)

Quod Quadrigarius 'cum multis mortalibus' dixit; an quid et quantum differret, si dixisset 'cum multis hominibus'.

1 Verba sunt Claudi Quadrigarii ex annalium eius XIII: Contione dimissa Metellus in Capitolium venit cum mortalibus multis; inde domum proficiscitur, tota 2 civitas eum reduxit. Cum is liber eaque verba M. Frontoni, nobis ei ac plerisque aliis adsidentibus, legerentur et cuidam haut sane viro indocto videretur mortalibus multis pro 'hominibus multis' inepte frigideque in historia nimisque id poetice dixisse, tum Fronto illi, cui hoc videbatur: 'ain tu', inquit, 'aliarum homo rerum iudicii elegantissimi, mortalibus multis ineptum tibi videri et frigidum, nil autem arbitrare causae fuisse, quod vir modesti atque puri ac prope cotidiani sermonis mortalibus maluit quam 'hominibus' dicere, eandemque credis futuram fuisse multitudinis demonstrationem, si 'cum multis hominibus' ac 3 non 'cum multis mortalibus' diceret? Ego quidem', inquit, 'sic existimo, nisi si me scriptoris istius omnisque antiquae orationis amor atque veneratio caeco esse iudicio facit, longe longeque esse amplius, prolixius, fusius, in significanda totius prope civitatis

---

QZXOΠN

XXVIIII: XXIIII *QZXON in lemm. tab.*, *QZXΠN in cap. init.*, XXV *illic Π*, XXIII (*sic*) *hic O*, XXVI (*s.* 26) *utrobique* ς ‖ (*lemm.*) 2 Quid *O pr.* ‖ cum] *om. X* ‖ anquid *Z* ‖ 3 differet *O* differt *X* ‖ (§ 1) 4 claudii *QZΠx* ‖ *Claud. Quadr. ann.* XIII *fr.* 76 *p.* 231 (148²) *P.* ‖ 6 inde cum domum ς*e* ‖ proficiscitur] = ς: proficisceretur ς*e* ‖ . Tota *Π* ‖ (§ 2) 7 his *X* ‖ M. Frontoni] *ON ut* II 26, *lemm. et* § 1 (Fronto Cornelius XIX, *cui libro lemmata genuina desunt*, 8, 1; 10, 1; 13, 1; *numquam cognomen solum in initiis capitum usurpat G., ut h. l. Z*): .m. fronto ni *X* .m. frontonii *Π* an frontoni *Q* a frontone *q*ς frontoni *Z* ‖ 8 ei ac] etac *Q* et a *q* ‖ assistentibus *malit, sed nihil mutat Falsterus am. phil.* III 295 ‖ 9 aut *Z* ‖ multis mortalibus *XΠN* ‖ 10 frugideq; *Z* ‖ nimisq̃; idipetice *ut vid. Q* nimisq; ** ī/petice *q* ‖ 11 am tu *Z* an tu *ONq* aittu *X* ‖ 12 homo rerum] homerum *X* ‖ 14 modestus (*praeced.* vir) *XOΠN* ‖ ac] *Q teste i ZOΠN:* et ‖ quotidiani *N* ‖ 17 non ɔmultis *Q* non eum multis *Z* ‖ (§ 3) 19 coeco *X* ‖ longe lateq; *n o* longe atque (at *sc. sup.* ong *litt. spscr.*, *tum in textum eiecto* longe *adsumpto*) *XOΠ*, *utraque denique lectione conflata* longe atq; lateq; *N* ‖ 20 fustius *XΠ* fustius (*in mg.* q̃) *Q* ‖

multitudine 'mortales' quam 'homines' dixisse. Namque 'multorum 4
hominum' appellatio intra modicum quoque numerum cohiberi
atque includi potest, 'multi' autem 'mortales' nescio quo pacto
et quodam sensu inenarrabili omne fere genus, quod in civitate
est, et ordinum et aetatum et sexus conprehendunt: quod scilicet
Quadrigarius, ita ut res erat, ingentem atque promiscam mul-
titudinem volens ostendere, 'cum multis mortalibus' Metellum in
Capitolium venisse dixit ἐμφατικώτερον quam si 'cum multis
hominibus' dixisset.

Ea nos omnia, quae Fronto dixit, cum ita, ut par erat, 5
non adprobantes tantum, sed admirantes quoque audiremus:
'videte tamen', inquit, 'ne existimetis, semper atque in omni loco
'mortales multos' pro 'multis hominibus' dicendum, ne plane fiat
Graecum illud de Varronis satura proverbium τὸ ἐπὶ τῇ
φακῇ μύρον'. Hoc iudicium Frontonis, etiam in parvis 6
minutisque vocabulis, non praetermittendum putavi, ne nos forte
fugeret lateretque subtilior huiuscemodi verborum consideratio.

XXX. (XXIX.)

Non hactenus esse faciem, qua vulgo dicitur.

Animadvertere est, pleraque verborum Latinorum ex ea signi- 1
ficatione, in qua nata sunt, decessisse vel in aliam longe vel in

---

QZXOΠN

(§ 4) 22 quohiberi *ut vid. X pr.* ‖ 23 mortales] *om. Q* ‖ 24 inenarrabile (*sq.* omne fere genus) *X pr.* ‖ genus (*clausula perperam praecepta*) *Q pr.* ‖ 25 ordine 7 *X* ‖ et sexus] = *o:* sexus *O* ‖ conprendunt *Q* ‖ quod scilicet *etc.*] *cf. Th. Vogel ann. ph.* 111, 574; *mutatione vero h. l. opus esse non videtur* ‖ 26 reserat *ZX pr.* ‖ ꝑmiscuam *q* ‖ 27 metello (*propter* cum) *X* ‖ 28 ΕΜΦΑΤΙΚΟΤΕΡΟΝ *X* emfatikoteron *Π* ‖ .Quam si cum *Z* ‖ 29 dixisset ea e *Z* ‖ (§ 5) 30 oms (*propter* nos) *Q* ‖ omnique *Z* ‖ 32 inquit] *e: om.* ‖ 33 multo pro *X* ‖ esse dicendum *ed. Soter. Colon. a.* 1526, *vg.* ‖ 34 *Varr. Sat.* τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, (π. εὐγηρίας) *p.* 230 *sq. R.*; (π. εὐκαιρίας;) *p.* 219 *sq. B.*[3] ‖ toepitefakemyron *Π* ‖ IH *X* ‖ 35 ΦaKE *ZX* ‖ μύρον] *sup. lin. add. x* ‖ (§ 6) in] *add. e* (*excidit post* m): *om.* ‖ 36 minutisque] *om. X* munitisq; *Z* ‖ vos (*liberos sc. suos coll. praef.* § 1) *i* ‖ 37 suptilior *O pr.* ‖

XXX: XXV *in lemm.* (*cf. adn.*) *QXOΠNz, in cap. init. QXONz,* XXVI *ibi Π,* XXVII (*s.* 27) ς *utrobique. Adhibuit Non. s. v.* faciem *p.* 52, 27 *M. cf. h ann. ph.* 85, 713 *sq., non adhibuit id. s. v.* vultus et facies *p.* 426, 33 *cf. h ibid. p.* 796 ‖ (*lemm.*) *om. Z, in mg. add. z* ‖ 2 actenus *z* acte

proximam, eamque decessionem factam esse consuetudine et in-
2 scitia temere dicentium, quae cuimodi sint, non didicerint. Sicuti quidam 'faciem' esse hominis putant os tantum et oculos et genas, quod Graeci 'πρόσωπον' dicunt, quando 'facies' sit forma omnis et modus et factura quaedam corporis totius, a 'faciendo' dicta,
3 ut ab 'aspectu' 'species' et a 'fingendo' 'figura'. Itaque P a c u v i u s in t r a g o e d i a, quae N i p t r a scribitur, 'faciem' dixit hominis pro corporis longitudine:

A e t a t e, inquit, i n t e g r a,
F e r ó c i i n g e n i o, f á c i e p r o c e r á v i r u m.

4 Non solum autem in hominum corporibus, sed etiam in rerum cuiusquemodi aliarum, 'facies' dicitur. Nam montis et caeli et
5 maris 'facies', si tempestive dicatur, probe dicitur. S a l l u s t i i verba sunt ex h i s t o r i a s e c u n d a: S a r d i n i a i n A f r i c o m a r i f a c i e v e s t i g i i h u m a n i i n o r i e n t e m q u a m o c c i d e n t e m
6 l a t i o r p r o m i n e t. **Ecce autem id quoque in mentem venit,**

QZXOΠN

nus *X* ‖ quā *QX* ‖ (§ 1) 4 in] *XOΠn; praetuli coll. sqq.* decessisse vel in aliam longe vel in proximam: de *QZ* ‖ in qua nata sunt] *om. N, in mg. add. n* ‖ 5 .Eamque *Π* meamq; (m *praeced. geminato*) *Z* ‖ in scithia *Z* ‖ 6 cui modi *ZX* cni'modi *Q* ‖ (§ 2) 7 quid̄ (*i. e.* quidem) *QZ* ‖ ὀs *O* os∗ *X* ‖ tantum] tamen *Q pr. Z* ‖ 8 Gre∗∗|∗∗ *X pr.* ‖ ΠΡΟΟΩΡΟΝ *X* prosoron *Π* ‖ formis *Q* formas *q* (*cf.* facies, omnis, modus) ‖ 9 ∗q̄dam (a *geminata sc. litt. praeced.*) *Q* ‖ 10 ab aspectu] = *Non. codd. plerique l. l.:* aspectu *Non. Par.* 7667 a specto *Petronius personatus ed. Reifferscheid mus. phil.* 16, 10 ab spectu *i* a spectu *Bothius poet. scen. Lat.* V *p.* 134 *recte fortasse* ‖ ab aspectu speties *x* abas pectus peties *X* ‖ (§ 3) 11 niptra *Π* nupta *codd. Non. l. l.* ‖ scribitur] *Zq:* scribuntur *Q* inscribitur *XOΠN* ‖ *Pac. Niptr. fr.* VII *p.* 109 *R*[2] (= *Petron. q. f. l. l.*) ‖ 14 feroces *Q* ‖ virum] *om. libri Non.* ‖ (§ 4) 15 in] = *q:* enī *Q* ‖ hominem *Q pr. ZX pr.* ‖ 16 cuius quemodi *X pr.* ‖ 17 dicitur—latior (*lin.* 20)] = *o:* dilatior *O* (dilatior *in* dicitur *mut.*, Sallustii—latior *in mg. add. o*) ‖ (§ 5) 18 |∗uerba *X* ‖ *Sall. hist. lib.* II *fr.* 2 *p.* 123 (276 *ed. min.*) *Kr.; p.* 30 *D. cf. Isid. or.* XIV 6, 39; 7, 1 (*ubi absunt verba* Sardinia—humani) *coll. HDressel riv. di filol.* 3, 234 *sqq.* (= *de Isid. or. font. diss. Gott., Aug. Taur. a.* 1874, *p.* 29 *sqq.*) ‖ affrica *X* ‖ 19 in oriente quam in occidente *v. l. ap. Isid. utrobique* in occidentem quam in orientem *Non.* ‖ quam in *XOΠN, v. l. ap. Isid. utrobique* ‖ 20 prominet] *om. codd. Non.* ‖

quod etiam Plautus in Poenulo 'faciem' pro totius corporis colorisque habitu dixit. Verba Plauti haec sunt:

[H.] Set eárum nutrix quá sit facie, mi éxpedi.
[M.] Statúra † non magna, córpore aquilost. [H.]
'Ipsa east.
[M.] Specié † venusta, ore atque oculis pérnigris.
[H.] Formám quidem hercle vérbis depinxti probe!

Praeterea memini, Quadrigarium in undevicesimo 'faciem' 7
pro statura totiusque corporis figura dixisse.

XXXI. (XXX.)

Quid sit in satura M. Varronis 'caninum prandium'.

Laudabat venditabatque se nuper quispiam in libraria sedens 1

QZXOΠN

(§ 6) 21 penulo *libri* ‖ 22 plausti *Z* ‖ *Plaut. Poen.* V 2, 151 (1111 *G.-L.*) *sqq.; Non. tantum v.* 151 *sq. descripsit; personarum notas om. libri G. et Non.* ‖ 23 Set] *Z: om.* (*post* sunt) *Q* sed *s.* s; *rell.* ‖ Se te harum *Plaut. Vet.* ‖ earū *X pr.* ‖ facile *Pl. Dec.* ‖ mi] *h^r, et sic apud Plautum Geppertus tacens de libris:* mihi *codd. Gell. et, ut vid., Non.* (*ubi* mi *sane sine adn. Quicherat, nihil de Harl. adnotante Onionsio*) *et sic etiam Plautini* ‖ 24 Statura non magna] = σ ‖ non] = π *Non.: om. Π; debebat G.* hau (*sic Plauti Ambros.* haut *B* haud *rell.*) ‖ corporea qui|lost ipsast *Z* ‖ aquilost] *cf. CFWMüller plaut. Prosodie p.* 663 *coll. p.* 491 *sq.:* aquilo est *QXΠ* aequali σ aquilo *libri Plautini* aquilino *Non. cf. GLoewe prodr. corp. gloss. Lat. p.* 273 ‖ 25 ipsa east] (ea st *B*) *libri Plautini* ipsa ea' st *vg.:* ipsa est *QX codd. Non.* ipsa st *O cf. supra et infra* ‖ ipsa ē specie *Π* ipsast specie *N* ‖ 26 venusta est (*s.* venustast) *ap. Plautum CFWMüller l. l. p.* 491 *sq.* ‖ ore] crine *RBentley* (*coll. Hor. c.* I 32, 11 *sq.* Et Lycum nigris oculis nigroque Crine decorum) *v. LAPSchroeder R. B's Emend. z. Plautus* (*Lond.* 1880) *p.* 49; *mus. phil.* 35, 634 ‖ atque] = *codd. Plaut.:* parvo atque *Pylades in Plauto* aeque ac *ibi Gruterus* aeque atque *h^c cf. Fleckeisen z. Kr. p.* 36 ‖ ocellis *Geppertus* ‖ per nigris *Plaut. BC* ‖ 27 ercle *X* ‖ depinxti] ϰ, *Plaut. A:* de pinxti *Pl. B* depinxisti *rell.* depinxit *libri Gell.* ‖ probe] = *Plaut. A:* mihi *ibi rell.* ‖ (§ 7) 28 quadrigarii] (*a* memini *sc. pendens*) *Z* ‖ undeuicensimo *N* undecimo *Z ex sil.,* ϰ *vg.* primo *IMercier ad Non. l. l.* (*ubi Quadrigarii mentio non fit*) *coll. G.* IX 13, 11; *ibi sane in Quadrigarii fragmento ex primo annali desumpto* facies *legitur, at ut in eodem libro et* facies *et* facii *inveniri docet G. cap. sq., ita etiam illa forma apud eundem Quadrigarium alibi inveniri poterat atque alio fonte adhibito a G. loci lib.* I *immemore ex uno lib.* XIX *ibi l. adferri* ‖ *Q. Claudii Quadr. ann. lib.* XVIIII *fr.* 86 *p.* 235, 150 *ed. min. Pet.* ‖ 29 fugura *X* ‖

XXXI: XXVI *in lemm. tab. QZXOΠN, in init. cap. QZXON,* XXVII *illic Π,* XXVIII (*s.* 28) ς (*in lemm. tab. ex* XXVI *corr. unus, in init. cap.*

homo inepte gloriosus, tamquam unus esset in omni caelo saturarum M. Varronis enarrator, quas partim Cynicas, alii Menippeas appellant. Et iaciebat inde quaedam non admodum difficilia, ad quae conicienda adspirare posse neminem dicebat.
2 Tum forte ego eum librum ex isdem saturis ferebam, qui
3 'Ὑδροκύων inscriptus est. Propius igitur accessi et: 'nosti', inquam, 'magister, verbum illud scilicet e Graecia vetus, musicam, quae sit abscondita, eam esse nulli rei? oro ergo te, legas hos versus pauculos et proverbii istius, quod in his versibus est,
4 sententiam dicas mihi'. 'Lege', inquit, 'tu mihi potius, quae non
5 intellegis, ut ea tibi ego enarrem'. 'Quonam', inquam, 'pacto legere ego possum, quae non adsequor? indistincta namque et confusa fient, quae legero, et tuam quoque impedient intentionem'.
6 Tunc aliis etiam, qui ibi aderant, compluribus idem comprobantibus desiderantibusque, accipit a me librum veterem fidei

---

QZXOΠNTY

om. alter); § 1—16 *exstant in TY* ‖ (§ 1) 3 librariā *Z* ‖ 4 ineptus gloriosus *QZ* (*X?*) ‖ unus] in *ex sqq. praecepto* in unū *QZ* ‖ 5 cinicas *Πx* tunicas *ut vid. X* cycanicas *Y* ‖ 6 iacebat *Π* iacebant *X pr.* ‖ 7 diffi *Y* cilima *sup. lin. add. m. rec.* ‖ .Ad quae *N* adque *Π mg.* atq; *QZO pr. Π* ad *Y* ‖ (§ 2) 8 Tunc *TY* ‖ eum ego *X?* ‖ ex] *om. Π* ‖ hisdem *QZT* ‖ 9 'Ὑδροκύων] *Z cod. Torn.* (*Ant. Gryphius, cuius edd. a.* 1550 *etc. mihi praesto non sunt, teste i* - ὑδροκρυὸν *Io. Gryph. Ven.* 1556 -, *Valsterus am. phil.* III 296): YAPOKYωN *X* YΔPOKIωN *T* (*non Q*) YAPOKIωN *Y* YΔPOKPYωN *ON* ydrocrion *Π* '*v. c.* ὑδροκρύον *al.* ὕδωρ κρύον *al.* ὑδροκίων' σ ‖ (§ 3) igitur] = g (i superscr.) *q:* g∗ (i *ut vid.*) *Q* ‖ nostri *Q pr.* = n̄ri *Z* ‖ 10 magister illud uetus (. *T*) scilicet musicam *TY* ‖ illū *Z* ‖ e Graecia] *PLambinus prodr. p.* 62 *sq.* (*ex Q*) e grecia *QZ:* egregia *OΠN* egregiae *X* ‖ musicam *etc.*] Οὐδὲν ὄφελος ἀπορρήτου καὶ ἀφανοῦς Μούσης (τῆς μουσικῆς *Lucian. Harmonid. c.* 1 *cf. Suet. Ner.* 20) *Macar. proverb. cent.* VI 60 *t.* II *p.* 196 *ed. Gott. ibique de Leutsch; app. prov. cent.* IV 37 *ibid.* I 442 ‖ 12 prouerbi *X pr.* prouerbiū *Z* ‖ quid *X pr.* ‖ hiis *Z* ‖ est] *om. Π* ‖ 13 sententias *N* ‖ (§ 4) tu inquit *TY* ‖ po∗ci' *Q* tu potius *Y* ‖ 14 ego] *om. Y* ‖ (§ 5) quo nā *Q pr.* ‖ inq (o superscr.) (*ad* quonam *et* pacto *aptatum*) *Z* inquit *T* ‖ 15 q̃ẹ que *Q* ‖ 16 fient et confusa *XOΠNY* ‖ quae (que *T*) legere *TY* ‖ in(*X; al.* i *s.* im)pedient *ante* intentionem *om. TY* ‖ (§ 6) 17 etiam,] et *Z* ‖ ad|∗erant (h) *X* ‖ copluribus *T* ‖ id est (idē *sc. male diviso*) *X pr.* ‖ approbantibus *Z f. recte* (*praecedit* compluribus) ‖ 18 .Accipit *N* accepit *O pr.* ‖ accepit librum a me *TY* ‖ fidei ueterem *Q* ‖

spectatae, luculente scriptum. Accipit autem inconstantissimo 7
vultu et maestissimo. Sed quid deinde dicam? non audeo hercle 8
postulare, ut id credatur mihi. Pueri in ludo rudes, si eum librum 9
accepissent, non hi magis in legendo deridiculi fuissent, ita et
sententias intercidebat et verba corrupte pronuntiabat. Reddit 10
igitur mihi librum multis iam ridentibus et: 'vides', inquit, 'oculos
meos aegros adsiduisque lucubrationibus prope iam perditos; vix
ipsos litterarum apices potui conprehendere; cum valebo ab oculis,
revise ad me et librum istum tibi totum legam'. 'Recte', inquam, 11
'sit oculis, magister, tuis; sed in quo illis nihil opus est, id, rogo 12
te, dicas mihi: caninum prandium in hoc loco, quem legisti,
quid significat?' Atque ille egregius nebulo, quasi difficili quae- 13
stione proterritus, exsurgit statim et abiens: 'non', inquit, 'parvam
rem quaeris; talia ego gratis non doceo'.

Eius autem loci, in quo id proverbium est, verba haec sunt: 14
Non vides apud Mnesitheum scribi, tria genera esse

QZXOΠNTY

19 spectata ē (est *T*) *TY* (spectatae *male diviso*) ‖ luculento *N* ‖ (§ 7) accepit *Y* ‖ inconstantissomo *q* inconstantinomo *Q* ‖ 20 et mestissimo uultu *T* ‖ (§ 8) Sed] et (& *T* 7 *Y*) *TY* ‖ audio *Q* ‖ audeo g (with o above) (*i. e.* ergo) hercle *TY* ‖ 21 id] idem *Z* ‖ (§ 9) 22 accipissent *Z* ‖ hi] *om.* *Z* hii *Π* ‖ deriduli *x* deridula *X* de‖ *Q* ‖ 23 interdicebat *X pr.* ‖ corruptę *O* ‖ (§ 10) 24 mihi igitur *TY* ‖ uidit (*sq.* inquit) *T* ‖ 25 egressos *Z* ‖ lugubrationibus *ZXpr.* *ONTY* ‖ 26 apisces *X* ‖ cop̄hendere *Y* cōprendere *X* ‖ conualebo *Z* ‖ oculos *O* ***los *X pr.* ‖ 27 reuisse ad me *X* reuise me *x* ‖ totum tibi *ΠT* ‖ legam recte quam sit *Z* ‖ (§ 11) 28 tuus (magister *sc.*) *TY* ‖ (§ 13) 30 nubilo *O* nubvlo *o* ‖ difficile *Z* ‖ 31 p̱teritus *Z* p̱territus *q* ‖ 32 rem non (non *et praeced. et sq.*) *Z* ‖ quaeris] *om.* *X* ‖ (§ 14) 33 autem] *sup. lin. add.* *x* ‖ id] *om.* *TY* ‖ prouerbum *X* ‖ *Varr. sat.* Ὑδροχύων *fr. p.* 237 *sq. R. p.* 222 *sq.* B^3; *pedestre esse et Buechelerus admonet mus. phil.* 14, 428 *et Riesius l. l. p.* 61, 1; *senariis iambicis includere conatus erat Th. Roeper philol.* 9, 246 *cf. eund. Varr. Eumen. rell.* I 17 ‖ 34 uidens *Π* ‖ Mnesitheum] *medicum illum Atheniensem hic intellegendum esse diu perspectum est* (*cf. Th. Reinesii VL* II 6 *p.* 163) *et* '*Al.* Mnesitheus' *variis inseruit lectionibus* λ; *equidem qui in ipsa G. verba hoc nomen inseri iuberet neminem novi ante Rosenbaumium ap. Sprengelium hist. pragm. art. med.* I^4 (*Lips.* 1846) *p.* 479, 30; *v. modo Ath.* I *p.* 32 *d.* Μνησίθεος δὲ ὁ Ἀθηναῖός φησιν 'ὁ μέλας οἶνός ἐστι θρεπτικώτατος, ὁ δὲ λευκὸς οὐρητικώτατος καὶ λεπτότατος, ὁ δὲ κιρρὸς ξηρὸς καὶ τῶν σιτίων πεπτικώτερος', *ad quem l. conferri potest GKnaack Herm.* 18, 148 *sqq.*: mnestheum *Nxo vg.* m*nestheum (e) *X* .m. nestheum *Z* mnesteum *O*

vini, nigrum, album, medium, quod vocant 'κιρρόν', et novum, vetus, medium? et efficere nigrum viris, album urinam, medium πέψιν? novum refrigerare, vetus calefacere, medium esse prandium caninum?
15 Quid significet prandium caninum, rem leviculam, diu et
16 anxie quaesivimus. Prandium autem abstemium, in quo nihil
17 vini potatur, 'caninum' dicitur, quoniam canis vino caret. Cum igitur 'medium vinum' appellasset, quod neque novum esset neque vetus, et plerumque homines ita loquantur, ut omne vinum aut novum esse dicant aut vetus, nullam vim habere significavit neque novi neque veteris quod medium esset, et idcirco pro vino non habendum, quia neque refrigeraret neque calefaceret. 'Refrigerare' id dicit, quod Graece 'ψύχειν' dicitur.

QZXOΠNTY

.m. nesteum *TY* 'm. nesteum *v. c. al.* in nestheum' σ in uestheum *Q* ‖ tria] tam *Z* ‖ 35 KIPPONet *Z:* (. *T*) KIPPONET *TY* Gr. et *Q* KIPPONEĨ *XON* kirrone ĩ *Π* ‖ 36 uirus *XOΠNT prob.* i ‖ 37 uram *O pr.* ‖ πέψιν] ς: ΠΕΨΕΙΝ *XON* pepsein. *Π* ΠΕΥΕΙΝ *Z* ΠΨΕΙΝ *T* ΠΥΕΙΝ *Y* ‖ refri****gerare *X* ‖ (§ 15) 39 leuicuiculā *Q* ‖ 40 anxię *Π* ‖ (§ 16) abste mium *X pr.* ‖ quo* (d) *X* ‖ 41 vini] *om. Q fort. recte* uinū *O pr.* ‖ quia *T* ‖ (§ 17) *om. TY* ‖ 42 novum—plerumque] *post* neque *om. X, in mg. inf. add. x* ‖ 43 locuntur *X* ‖ 45 et] *post* esset *om. XOΠN* ‖ 47 ψύχειν dicitur] *Vrb.* (ψύχειν *in mg. add. m. alt.*): Υ|ΥΧΕΙΝ dicitur *Z* GR dicitur *Q, loc. ad voc. Gr. inserendum vac. rel.* dicitur *OΠ* dicitur *XN* ἀναψύξαι dicitur *et* dicitur ἀναψύξαι (= *e*) ς ‖

Expl | lib XV' Incipiūt Cap. lib. XVI (*rubr.*) Sexto (*rubr.*) decimo | ɔmentario h sunt (*ad* Sexto decimo *adscr. rubr.* Cap ·I·), *post lemm. indicem* Lib. XVI' ꟼ Cap. I. *Q* Incipit liber. XVI. | Sexto decimo comentario hec sunt ‖ *; m. rec. fol. sq. inscr.* Lib. XV. | In libris impress. XIIII.; *post lemm. tab. inscr. caret Z* A. Gellii noctium atticarū lib. XIIII. explic. incip. XV; XV comentario haec insunt; *post lemm. nulla inscr. X* A. GELLII NOCTIV̄ ATTICARV̄ | LIBER QVINTVS DECIMVS (/· in impress. cod. XIII *m. rec. sup. lin.*) | EXPLICITVS | INCIPIT LIBER · XVI · /: (/: *m. rec.; in mg.* /: in impress. cod. XIIII) FELICITER | ·XVI· CŌM̄TARIO HAEC INSVNT; *post lemm. una lin. vac. rel., cui m. rec. inscr.* Liber XIIII. *O* Agellii noctium atticarum lib. XV expl. | sexto decimo commentario haec insunt | *post lemmata* Agellii noctium atticarum liber XVI incipit; *Π* A. GELLII. NOCTIVM. ATTICARVM. LIBER. XV. EXPLICITVS. | IN. XVI. COMMENTARIO HAEC INSVNT. | *post lemm.* A. GELLII. NOCTIVM. ATTICARVM. LIBER. XVI. INCIP. FELICITER. | *N* ‖

A. GELLII
NOCTIVM ATTICARVM LIBER QVARTVS DECIMVS.

I.

Dissertatio Favorini philosophi adversus eos, qui Chaldaei appellantur et ex coetu motibusque siderum et stellarum fata hominum dicturos pollicentur.

Adversum istos, qui sese 'Chaldaeos' seu 'genethliacos' ap- 1 pellant ac de motu deque positu stellarum dicere posse, quae futura sunt, profitentur, audivimus quondam Favorinum philosophum Romae Graece disserentem egregia atque inlustri oratione; exercendi autem, non ostentandi gratia ingenii, an quod ita serio 2

QZXOΠNTY

LIB. XIV. *Mancum esse hunc librum, quamvis non sine cautela, coniecit m* 690, 9; 707, 17; *at concidit argumentum eius primarium,* XV 7, 3 nocte quoque ista proximiore, cum librum epistularum divi Augusti, quas ad Gaium nepotem suum scripsit, legeremus, *intellegi posse de capite aliquo lib.* XIV, *quod divi Augusti epistularum mentionem continuerit, collata lib.* IX 4 § 5 libros plurimos aere pauco emo eosque omnis duabus proximis noctibus cursim transeo; *quod vero remanet alterum, hunc librum octo modo capita continere ac satis breve, vel brevius lib.* XX *mutilo esse, id ei ipsi secundarium visum esse patet* ‖ c. I. *Initium* § 1 *usque ad* profitentur *lin.* 7 *et finis inde a* Favorinus § 32 *lin.* 172 *exstant in TY* ‖ (*lemm.*) 2 fauor ini (fauorini *x*) philophi ******| aduersus (aduers *ut vid.*) *X* ‖ chaldei *XOΠ* caldei *QZ ac sic et similiter, ut* chadęos *T* chudeos *Y pr. lin.* 5 *etc., libri passim per hoc cap.* ‖ 3 et] *post* ex *om. QZ* ‖ cetu *ZΠ* cotu *Q* coitu *q* ‖ facta *XOΠN* fata se *e vg.* fata [se] λ ‖ dituros *Z* ‖ (§ 1) 5 istū *T* ‖ genet hliacos *X pr.* ‖ 6 deque] = *Q*: de *q* ‖ 7 pfitenter *X pr.* ‖ audivimus—Set] *lin.* 172 *om. TY* ‖ 8 *grę ce (ę) *X pr.* ‖ egregia] est grecia *Z* ‖ inlustri* (o *ex litt. init. voc. sq. praeceptum*) *X* ‖ (§ 2) 9 autem non] *Qi*: aut ne *Π* aut (*in mg.* an)

iudicatoque existimaret, non habeo dicere. Capita autem locorum
argumentorumque, quibus usus est, quod eius meminisse potui
egressus ibi ex auditione propere adnotavi, eaque fuerunt ad hanc
ferme sententiam: disciplinam istam Chaldaeorum tantae vetustatis
non esse, quantae videri volunt, neque eos principes eius auctores-
que esse, quos ipsi ferant, sed id praestigiarum atque offuciarum
genus commentos esse homines aeruscatores et cibum quaestumque
3 ex mendaciis captantes. Atque eos, quoniam viderent terrena quae-
dam inter homines sita caelestium rerum sensu atque ductu moveri,
quale est, quod oceanus quasi lunae comes cum ea simul senescit
adolescitque, hinc videlicet sibi argumentum ad suadendum para-
visse, ut crederemus, omnia rerum humanarum et parva et maxima,
4 tamquam stellis atque sideribus evincta, duci et regi. Esse autem
nimis quam ineptum absurdumque, ut, quoniam aestus oceani cum
lunae curriculo congruit, negotium quoque alicuius, quod ei forte
de aquae ductu cum rivalibus aut de communi pariete cum vicino
apud iudicem est, ut existimemus, id negotium quasi habena
5 quadam de caelo vinctum gubernari. Quod etsi vi et ratione
quapiam divina fieri potest, nequaquam id tamen censebat in tam
brevi exiguoque vitae spatio quantovis hominis ingenio conprehendi
posse et percipi, set coniectari pauca quaedam, ut verbo ipsius

---

QZXOΠN
ne *O* aut nē *Z* ne aut *N* ‖ autan|neostetandi *X* ‖ ostentanti *Q* ‖ serto *Q* secto *q* ‖ 10 existimarer *Π* existimarē *X pr.* ‖ 11 quod enim *N* quot *et* quoad *ς* ‖ 12 sibi (*praeced.* s) *QZ* ‖ ea q̄ *Z* eamq; *Q* ‖ 13 forme *Q* ‖ uenustatis *O* ‖ 15 id] *om. Π* ‖ atque offuciarum] *spat.* 11 *fere litt. rel. om. Q* ‖ offutiarum *ZΠ* officiarum *X* officiorum *x* ‖ 16 erus catores *X pr.* ‖ 17 mēdatiis *QZ* ‖ captā tantes *Z* ‖ (§ 3) quaedam] *om. Z* ‖ 18 sita (*semiras.*, *eras.*) *X* ‖ censu *IScaliger comm. et castig. in Manil.* II 69 *p.* 68 *ed.* 1579; *not. p.* 114 *ed.* 1600 ‖ dictu *QZXON* ‖ 19 est] *om. Z* ‖ ocea*n' (e) *X* occeanus *ZΠ* ‖ 20 ad persuadendum *ZOΠN* ‖ 21 credemus *Q* credamus *q* ‖ humana (*praec.* omnia, *sq.* parva et maxima) *X* ‖ 22 euicta *Π* cuncta *Z* ‖ dici *X* ‖ · rege *X pr.* ‖ (§ 4) 23 occeani *ZΠ* doceam *Q* ‖ 25 aqua eductū *Z* ‖ ductū *Q* dictu *O* ‖ riuaribus *X pr.* ‖ uicino iudice inest (inēst *Z*) *QZ* ‖ 27 quadam] quasi (*ex praec. iterat.*) *Q* ‖ (§ 5) & siui *X* ‖ 28 quipiam *O pr.* quadam (*ex praec. repet.*) *Π* qua *Q* ‖ 29 uerbi *X* ‖ quanto uis *Q* ‖ ingenio hominis *Π* ‖ 30 percipis 7 *Z* ‖ contari *X* ‖ ut] *Q: om.* ‖ uerbo₂ *Q* ‖

utar, 'παχυμερέστερον', nullo scientiae fundo concepto, sed fusa
et vaga et arbitraria, qualis longinqua oculorum acies est per
intervalla media caligantium; tolli enim quod maxime inter deos 6
atque homines differt, si homines quoque res omnis post futuras
praenoscerent. Ipsam deinde siderum stellarumque observationem, 7
quam esse originem scientiae suae praedicarent, hautquaquam
putabat liquide consistere. 'Nam si principes Chaldaei, qui in 8
patentibus campis colebant, stellarum motus et vias et discessiones
et coetus intuentes, quid ex his efficeretur, observaverunt, procedat',
inquit, 'haec sane disciplina, set sub ea modo inclinatione caeli,
sub qua tunc Chaldaei fuerunt; non enim potest', inquit, 'ratio
Chaldaeorum observationis manere, si quis ea uti velit sub diversis
caeli regionibus. Nam quanta', inquit, 'partium circulorumque
caeli ex devergentia et convexionibus mundi varietas sit, quis
non videt? Eaedem igitur stellae, per quas omnia divina huma- 9
naque fieri contendunt, sicuti non usquequaque pruinas aut calores
cient, sed mutant et variant tempestatesque eodem in tempore
alibi placidas, alibi violentas movent, cur non eventa quoque re-
rum ac negotiorum alia efficiunt in Chaldaeis, alia in Gaetulis,
alia aput Danuvium, alia aput Nilum? Per enim', inquit, 'inconse- 10
quens, ipsum quidem corpus et habitum tam profundi aeris sub
alio atque alio caeli curvamine non eundem manere, in hominum

---

QZXOΠN

31 pachimeresteron *Π* ‖ .Nullo *X* ‖ scientia *XΠ* ‖ concepto] *Z:* ceptos *Q* concepta *XOΠN* capto *ex Q* captos *afferens* i ‖ 32 uaca *Z* ‖ 33 int̄ uallo medio (a *x*) *X* ‖ (§ 6) maximū *Π* ‖ 34 quique *Q* ‖ oīs *Π* ‖ (§ 7) 35 siderium *X* ‖ 36 origenem *X pr.* ‖ haudquaquam *XON* hautquamquam *Z* ‖ 37 considere *X* consentire *Z* ‖ (§ 8) princeps *O* ‖ 38 dissensiones *Πσ* ‖ 39 cetus *Z* coitus *q* ‖ quod ex hiis *Z* ‖ obseruauerunt precedat. inquit *Z* ‖ 40 inquit—potest] *ante* inquit *om. O, in mg. add. o* ‖ 42 sud (*sq.* d) *N* ‖ 44 conuexat(c *Q*)ionibus *QZ* ‖ uarietas· siquis *X* ‖ 45 uidet eedē. Igitur *Z* uidit ead'? Igitur *Q* ‖ (§ 9) ea edem *X pr.* Ęedem *Π* ‖ diuinaque (humana *om.*) *Q* 46 usquaq; *O* ‖ colores *Q* ‖ 47 ciant *Z* scient *Πx* sciens *X* ‖ uaricant *Z* ‖ tempestates quę *X* ‖ 48 uiolentes *Π* ‖ euenta¦*quoq. (a) *X* ‖ 49 chaldei¦salia *x* ‖ getulis *QZXON:* gethulis *Π* ‖ 50 aput] = ap̃ *o:* inp̃ *O* ‖ ap̄ danubium *x* ap̃da nubium *X* ‖ Danuuium] *O:* danuínū *Z* danubium *QΠN cf. adn. praec.* ‖ (§ 10) enim] *altera ut vid. archetypi scriptura, h:* autem enim *Q* autem *rell.* ‖ 51 profundum (*propter* habitum) *X* profund* *Q pr.* ‖ 52 alio (*prius ni f.*)] alia *X* ‖

autem negotiis stellas istas opinari idem semper ostendere, si eas
11 ex quacumque terra conspexeris'. Praeterea mirabatur, id cuiquam
pro percepto liquere, stellas istas, quas a Chaldaeis et Babyloniis
sive Aegyptiis observatas ferunt, quas multi 'erraticas', Nigidius
12 'errones' vocat, non esse plures quam volgo dicerentur; posse
enim fieri existimabat, ut et alii quidam planetes pari potestate
essent, sine quibus recta atque perpetua observatio perfici non
quiret, neque eos tamen cernere homines possent propter ex-
13 superantiam vel splendoris vel altitudinis. 'Nam et quaedam',
inquit, 'sidera a quibusdam terris conspiciuntur earumque terrarum
hominibus nota sunt; sed eadem ipsa ex alia omni terra non
14 videntur et sunt aliis omnino ignarissima. Atque uti demus',
inquit, 'et has tantummodo stellas et ex una parte terrae obser-
vari debuisse, quae tandem finis observationis istius fuit et quae
tempora satis esse visa sunt ad percipiendum, quid praemonstraret
15 aut coetus stellarum aut circuitus aut transitus? Nam si isto modo
coepta fieri observatio est, ut animadverteretur, quo habitu quaque
forma quaque positura stellarum aliquis nasceretur, tum deinceps
ab ineunte vita fortuna eius et mores et ingenium et circum-
stantia rerum negotiorumque et ad postremum finis etiam vitae

---

QZXOΠN

53 opinaris *Z* ‖ opinari—stellas istas] *lin.* 55 *post* stellas istas *om. O, in mg. add. o* ‖ si eas ex] *XO e vg.:* (. *N*)sic eas ex *ΠN* sic eas si *QZ, unde olim exsculpsi* scilicet eas si *h*ᶜ; *iam* ἐπέχω, *dubitans, num revera vestigia verae lectionis in QZ servata sint.* ‖ (§ 11) 54 Propterea *XΠ* ‖ id] ut *Z* ‖ 55 pro] ex *XO* ‖ p̃cepto *Z* ‖ liq̃re *Π* ‖ babiloniis *QZOx* babilonis *X* ‖ 56 aegiptiis *X* ‖ quas—vocat] *hausta ex Varr. hebd. lib.* I *l.* III 10, 2 *l.* stellas, quas alii erraticas, P. Nigidius errones appellat ‖ Nigidius] *v.* III 10, 2 *adn.* ‖ 57 errores *QZ* ‖ uocant (*praec. plur.*) *Q* ‖ esse (*ex praec. repet.*) dicerentur *Π* ‖ (§ 12) 58 ali *X pr.* alium *Π pr.* ‖ quidem *X* ‖ planetes] *num sic libri propter* potestate essent? *equidem vix crediderim:* planetae *ς part. e* ‖ 59 abseruatio *X pr.* ‖ 60 possent] *ςe:* possint ‖ esuperanciam *Q* ‖ (§ 13) 62 sidera e *OΠNx* siderae *X* ‖ conspitiuntur *Z* ‖ 63 omnibus *XΠ* ‖ 64 ignorissima *XONΠ m. rec. in mg.* ignotissima *Πn* ‖ (§ 14) uti demus] *X ex sil.* (?), *i* (ut demus *HStephanus spec. em. p.* 148 *sq.*)*:* ut uidemus ‖ 65 aethas *X* eas *Π* ‖ et] *ante* ex *om. QZΠ* ‖ 67 ad] a *Z* ‖ qui *Q* ‖ 68 cetus *QZΠ* ‖ stellararū *Q* ‖ aut] et *XΠ* aut aut *Q* ‖ circumitus *ONx* circum itus *X* ‖ aut transitus aut nam *QZ* ‖ (§ 15) 69 anim aduerteretur *X* ‖ 70 stellararū *Q* ‖ nascere *X pr.* ‖ tum] cum *Z* ‖ 71 ineuntē *X pr.* ‖ circunstantia *N* circonstancia *Q* ‖ 72 negociarumq; *X* ‖ post|tremum *X* ‖ uita *QZ* ‖

spectaretur eaque omnia, ut usu venerant, litteris mandarentur ac
postea longis temporibus, cum ipsae illae eodem in loco eodemque
habitu forent, eadem ceteris quoque eventura existimarentur, qui
eodem illo tempore nati fuissent; si isto', inquit, 'modo observari 16
coeptum et ex ea observatione conposita quaedam disciplina est,
nullo id pacto potest procedere. Dicant enim, quot tandem annis 17
vel potius quot saeculis orbis hic observationis perfici quiverit'.
Constare quippe inter astrologos dicebat, stellas istas, quas 18
'erraticas' dicerent, quae esse omnium rerum fatales viderentur,
infinito prope et innumerabili numero annorum ad eundem locum,
cum eodem habitu simul omnes profectae sunt, regredi, ut neque
ullus observationis tenor neque memoriae ulla effigies litterarum
tanto aevo potuerint edurare. Atque illud etiam cuimodi esset 19
considerandum putabat, quod aliud stellarum agmen foret, quo
primum tempore conciperetur homo in utero matris, aliud postea
cum in decem mensibus proximis in lucem ederetur, quaerebatque,
qui conveniret, diversam super eodem fieri demonstrationem, si,
ut ipsi putarent, alius atque alius earundem stellarum situs atque
ductus alias atque alias fortunas daret. Sed et nuptiarum tem- 20
pore, ex quibus liberi quaererentur, atque ipso etiam illo maris
et feminae iam declarari coitu oportere dicebat certo quodam et

---

QZXOΠN

73 exspectaretur *Π* expectaretur *XO* ‖ aut *Z* ‖ usum *Z* usic *X* ‖ usu uenerat σ ‖ .ac *Π* ‖ 75 habitŭ *Z* ‖ habitu—quoque] *om. X, in mg. add. x* ‖ caeteris *Πx* ‖ quieo dem *X* ‖ 76 tempore] *om. Q* ‖ (§ 16) 77 et] *i:* est et (et *in mg. add.*) *x* est *ex lin. sq. petitum QZXN* est. *OΠ* ‖ 78 .Nullo *Π* ‖ (§ 17) quod *utrobique ZX* ‖ 79 scli *Z* ‖ sęculisorbis. *O* ‖ hic] *q:* hoc *QZXOΠN* ‖ perfici uelit (*post* ci *om.* qui, *quod sup. lin. add. π, tum* uerit *in voc. alicuius formam mutato*) *Π* ‖ (§ 18) 80 astro logos *x* asto logos *X* ‖ 81 viderentur] dicerentur (*praec.* dicerent) *O* ‖ 83 quo eodem abitu *Trillerus ap. Falsterum am. ph.* III 297 *sq.* ‖ regredi] *e, quod exempli causa, cum simile quid sensus flagitet, servavi;* redire *de luna a Varrone ap. G.* III 10, 6 *dici adnotat i; palaeographiae ratione habita de* reuti *inter* unt *et* ut *om. aliquis cogitet, sed ne hoc quidem multo certius*: *om.* ‖ 84 obseruationes *Q pr.* ‖ ulla] *om. X* ‖ efficies *Q* effities *Z* ‖ 85 canto *Z* ‖ portuerint *Q* ‖ (§ 19) cuiusmodi *Q ς part.* ‖ 87 homo—ederetur] *post* conciperetur *om. X* ‖ 89 quic̄|ueniret *X* ‖ conuenirent *Z* non conveniret μ *adv. cr.* I 37 ‖ edem *X pr.* ‖ fięri *X* ‖ 90 ipsa *X pr.* ‖ (§ 20) 92 libri *X* ‖ 93 et] *Qς:* atque (*ex praec. iterat.*) *ZXNς* ac *OΠ* ‖ declarari iam coitu *Z* coitu iam declarari *XOΠN* ‖ certe *O pr.* ‖

necessario stellarum ordine, quales qualique fortuna homines gignerentur, ac multo etiam ante, cum pater ipse atque mater nascerentur, ex eorum genitura debuisse iam tunc prospici, quinam olim futuri essent, quos hi creaturi forent, et supra longe atque longe per infinitum, ut, si disciplina ista fundamento aliquo veritatis nixa est, centesimo usque abhinc saeculo vel magis primo caeli atque mundi exordio atque inde iam deinceps continua significatione, quotiens generis auctores eiusdem homines nascerentur, stellae istae praemonstrare debuerint, qualis qualique fato
21 futurus sit, quisquis hodie natus est. 'Quo autem', inquit, 'pacto credi potest, uniuscuiusque stellarum formae et positionis sortem atque fortunam uni omnino homini certam destinatamque esse eamque formam post longissima saeculorum spatia restitui, si vitae fortunarumque eiusdem hominis indicia in tam brevibus intervallis per singulos maiorum eius gradus perque infinitum successionum ordinem tam saepe ac tam multipliciter eadem ipsa,
22 non eadem stellarum facie denotantur? Quod si id fieri potest eaque diversitas atque varietas admittitur per omnis antiquitatis gradus ad significanda eorum hominum, qui post nascentur, exordia, imparilitas haec turbat observationem omnisque ratio disci-
23 plinae confunditur'. Iam vero id minime ferundum censebat, quod non modo casus et eventa, quae evenirent extrinsecus, sed consilia quoque ipsa hominum et arbitria et varias voluntates

---

QZXOΠN

94 furtuna *O pr.* ‖ 95 gigneretur *X pr.* ‖ ante, cum] *h a CDziatzko admonitus* (*cf. adn. lin. sq.*)*:* ante quam (antequam *Π*) ‖ 96 nasceretur *X pr.* miscerentur *proposuerat Dziatzko* ‖ tum *XΠN* ‖ qui nam *Z* ‖ 97 essent—creaturi] *post* futuri *om. X*, *in mg. add. x* ‖ hi] ϛ: hii *QZΠx* ii *N*ϛ *om. X* ‖ craturi *Q pr.* ‖ 98 ut] 7 *Q* ‖ disciplinā *X pr.* ‖ 99 adhinc *ZXO* ‖ 100 ceri *Π* ‖ deinceps iam *Z* ‖ dein|****ceps (inde *ex praec. repet.*) *X* ‖ 101 cotiens *X pr.* ‖ hominis (*propter* eiusdem) *QZXΠN* ‖ 102 quales *Π* ‖ facto *QX pr.* ‖ (§ 21) 103 Quod *X* ‖ 105 destinātāq; *X* ‖ 106 eaq; *Z* ‖ formaturam '*ex manu scripta lectione*' *IScaliger comm. et castig. in Manil.* IV (711 *Iac.*) *p.* 239 *ed.* 1579 ‖ longissime *Z* ‖ resti*** *Z pr.* ‖ si] s; *Z* ‖ 107 inditia *N pr.* iudicia *Z* ‖ 108 singulas *X pr.* ‖ 109 successionum eius (*ex praec. repet.*) ordinem *Π* ‖ actam *ZΠ* ‖ (§ 22) 111 admi|titur *X* ‖ 113 imparalitas *O* ‖ turba *X pr.* ‖ (§ 23) 114 .Iam] nam *Z* ‖ ferendum *Z* fer**dum *X pr.* ‖ 115 et] *om. X* est *O pr. Π* ‖ 116 hominum ipsa *X* (*?*) ϛ ‖ arbitrarias (*ex* varias *ut vid. praeceptum*) *Q* arbitraria *ZO,*

adpetitionesque et declinationes et fortuitos repentinosque in levis-
simis rebus animorum impetus recessusque moveri agitarique
desuper e caelo putarent: tamquam quod forte ire in balneas
volueris ac deinde nolueris atque id rursus volueris, non ex
aliqua dispari variaque animi agitatione, sed ex necessaria qua-
dam errantium siderum reciprocatione contigerit, ut plane homines
non, quod dicitur, 'λογικὰ ζῷα', sed ludicra et ridenda quaedam
neurospasta esse videantur, si nihil sua sponte, nihil arbitratu suo
faciunt, sed ducentibus stellis et aurigantibus. 'Ac si', inquit, 24
'potuisse praedici adfirmant, Pyrrusne rex an Manius Curius proelio
victurus esset, cur tandem non de alea quoque ac de calculis et
alveolo audent dicere, quisnam ibi ludentium vincat? an videlicet
magna sciunt, parva nesciunt, et minora maioribus inperceptiora
sunt? Sed si magnitudines rerum sibi vindicant magisque esse 25
perspicuas et facilius comprehendi posse dicunt, volo', inquit,
'mihi respondeant, quid in hac totius mundi contemplatione, prae
tantis naturae operibus, in tam parvis atque brevibus negotiis
fortunisque hominum magnum putent? atque id velim etiam', 26
inquit, 'ut respondeant: si tam parvum atque rapidum est momen-
tum temporis, in quo homo nascens fatum accipit, ut in eodem

QZXOΠN

num recte et *praeced. del.?* ‖ varias] ipsas (*ex* ipsa *repet.*) *Z* ‖ 117 adpeticiones quę (que *x*) *X* appetionesque *Q* ‖ 7 (*eras. q*) declinat(c *Q*)ionesq; et *QZ* ‖ 118 agitariquede sup *X pr.* ‖ 119 e] *om. X* ‖ fore *Z* fere *Q* ‖ 120 *post* volueris *vocc. post alterum* volueris *ponenda ibique suo loco posita* non ex aliqua dispari *add., tum eras. X* ‖ acde inde *X pr.* ‖ rursum *XOΠN* ‖ 121 uariaquę *X* ‖ cogitatione *Π pr.* ‖ 122 syderum *Π* ‖ contingerit *X* ‖ ut] in *Q* ‖ 123 logicazoa *Π* ‖ ΛΟΓΚΑ *X* ‖ ΤΩΑ *Z* ‖ 124 neurosparta *Π* neurospata *Z* neuro spata *Q* ‖ 125 .] *om. Π* ‖ (§ 24) ac *Π* ‖ si] si sua *X* ‖ 126 potuisse] *Ph. Beroaldus:* potuisset ‖ affirmant; (, *eras.*) *X* adfirmant. *Z* ‖ *Huc Nonius p.* 188, 5 *M.* Victurus victoriam potiturus auctoritas prudentium putavit esse 'Pyrrusne rex an Manius (rexamanius *Harl. m. pr.*) Curius proelio victurus esset' ‖ pirrus ne *Z* ‖ manlius *X* ‖ currius *X* ‖ 127 uictus *QΠ* ‖ ale *Z* ‖ 128 vincat? an] = *o:* uīcat**n *O* ‖ (an) *Th. Vogel ann. phil.* 111, 573 *sq.* ‖ 129 scient *Q* ‖ (§ 25) 130 magnitudinis *X pr.* ‖ sibi] *om. Z* ‖ uendicant *Q* ‖ 131 pspicuas et pspicuas et facilius *Z* ‖ 132 prae tantis] *Th. Vogel l. l. p.* 574, *suo iure addens* 'wol evident': prae(*s.* p̄ *s.* pre)stantis ‖ 134 putant *X* ‖ (§ 26) 135 nomtum *X* ‖ 136 accepit *X* ‖

illo puncto sub eodem circulo caeli plures simul ad eandem
competentiam nasci non queant, et si idcirco gemini quoque non
eadem vitae sorte sunt, quoniam non eodem temporis puncto
editi sunt, peto', inquit, 'respondeant, cursum illum temporis
transvolantis, qui vix cogitatione animi conprehendi potest, quonam
pacto aut consulto adsequi queant aut ipsi perspicere et repre-
hendere, cum in tam praecipiti dierum noctiumque vertigine minima
27 momenta ingentes facere dicant mutationes?' Ad postremum autem
et quid esset, quod adversum hoc dici posset, requirebat, quod
homines utriusque sexus, omnium aetatum, diversis stellarum motibus
in vitam editi, regionibus, sub quibus geniti sunt, longe distantibus,
omnes tamen isti, aut hiantibus terris aut labentibus tectis aut
oppidorum expugnationibus aut eadem in navi fluctu obruti, eodem
genere mortis eodemque ictu temporis universi simul interirent.
28 'Quod scilicet', inquit, 'numquam eveniret, si momenta nascendi
29 singulis adtributa suas unumquidque leges haberent. Quod si
quaedam', inquit, 'in hominum morte atque vita etiam diversis
temporibus editorum per stellarum pares quosdam postea con-
ventus paria nonnulla et consimilia posse dicunt optingere, cur
non aliquando possint omnia quoque paria usu venire, ut exsistant
per huiuscemodi stellarum concursiones et similitudines Socratae
simul et Antisthenae et Platones multi genere, forma, ingenio,
moribus, vita omni et morte pari? quod nequaquam' inquit, 'pror-
30 sus fieri potest. Non igitur hac causa probe uti queunt adversum
31 hominum impares ortus, interitus pares'. Illud autem condonare

---

QZXOΠN

137 puncto∗ *X* ‖ 138 si id quoq; gemini quoq; *X* ‖ 139 uita forte. *Π* uite sortite (it *ex* uite *repet.*) *Z* ‖ forte *X pr.* ‖ 142 quęant *O* ‖ depre(*s.* p̄)hendere *xς* ‖ 144 dicunt facere *Π* ‖ (§ 27) 146 hominum (*propter* homines; omnium = *x*) ę̧tatum *X* ‖ diuersissstellarum *Z* diuersus stellarum *z* ‖ motibus] *om. Z* ‖ 147 uita medici *Z* ‖ ęditi *Π* ‖ geniti] nati *Π* ‖ 148 omnes] *om. Q* ‖ 149 oppi∗∗∗∗doꝝ *X* ‖ fluctus obruit *X* ‖ obru∗ti (p) *Q* ‖ 150 ∗ictu (h) *X* ‖ universi simul] *om. XOΠN* ‖ interrirent *X* ‖ (§ 28) 152 a tributa *X pr.* adtribu *N pr.* ‖ unumquidque] = *x:* unumquitque *X* unum quid q̃ *Q* unumquicq; *N* ‖ (§ 29) 154 ęditorum *Π* ‖ quodam *X pr.* ‖ 155 quo similia *Z* que similia *Q* ‖ 157 huiuscemo *X pr.* ‖ socrate *ZXq* socrates *Q* ‖ 158 antisthene *q* antistene *X* anthistene *Z* hantistenę *Π* ‖ platone *Q* platone sed *x* ‖ 159 inquit] *om. Z* ‖ (§ 30) 160 utique unt *X* ‖ quaeunt *O pr.* ‖

se his dicebat, quod non id quoque requireret, si vitae mortisque hominum rerumque humanarum omnium tempus et ratio et causa in caelo et apud stellas foret, quid de muscis aut vermiculis aut echinis, multis aliis minutissimis terra marique animantibus dicerent? an istaec quoque isdem, quibus homines, legibus nascerentur isdemque itidem exstinguerentur? ut aut ranunculis quoque et culicibus nascendi fata sint de caelestium siderum motibus adtributa aut, si id non putarent, nulla ratio videretur, cur ea siderum vis in hominibus valeret, deficeret in ceteris.

Haec nos sicca et incondita et propemodum ieiuna oratione 32
adtingimus. Set F a v o r i n u s, ut hominis ingenium fuit utque est Graecae facundiae copia simul et venustas, latius ea et amoenius et splendidius et profluentius exsequebatur atque identidem commonebat, ut caveremus, ne qua nobis isti sycophantae ad faciendam fidem inreperent, quod viderentur quaedam interdum vera effutire aut spargere. 'Non enim comprehensa', inquit, 'neque 33
definita neque percepta dicunt, sed lubrica atque ambagiosa coniectatione nitentes, inter falsa atque vera pedetemptin quasi per tenebras ingredientes eunt et aut multa temptando incidunt repente

---

QZXOΠNTY

(§ 31) 162 sed *X* ‖ hiis *Z* ‖ 163 rerumquę *X* ‖ et tempus et *Π* ‖ 164 apud] p** *X* ‖ .Quid *Π* ‖ 165 aechinis *x* 7chinis *Q* ethcinis *Z* haechinis *X* ‖ multis] *om. Q* multisque ς (= *SGerm.* 643 *Vat.* 3452) ‖ terram ariq; *X* ‖ 166 istaec] *h:* iste (*sq. sc.* quoque) *QZ* ista *XOΠN* ‖ hisdem *QZ* iddem *X* ‖ hisdemque *QZ* .hisdem *Π* ‖ idemque (*sic*) itidem extinguerentur *sup. lin. add. x: post* nascerentur *om. X* ‖ 167 id idem *Z* ‖ aut ut *Π* ‖ aut] *om. X* ‖ 168 facta sunt *X* ‖ syderum *Π* ‖ tributa *X* ‖ 169 syderum *Π* ‖ in] ** *s.* *** *X* ‖ (§ 32) 171 /· ie(*an* c ?)i una *N* ˘|una *O* una *QΠ* una in *Z* (*Q teste i*) inani *i* ‖ 172 .] *del. O* ‖ Set] et *s.* & (*praec.* s) *QOΠN* ‖ *inde a voc.* Favorinus *iterum inc. TY* ‖ ut] & *O pr.* ‖ ut q̃ *Y* ‖ 173 est] *om. XOΠNT* ‖ grecae *XΠT* grece *QZY* ‖ capia *X pr.* ‖ .Latius *Q* ‖ late & amę(e *Y*)ne et splendide (ę *T*) et pfluent̄ *TY* ‖ et] *sup. lin. add. x* ‖ 174 exe*quebatur (b) *X* ‖ 175 istis ycofante *Z* ‖ sycofantae (sicof; *in mg. O*) *OΠ* sycofante *Q* sicofantę *T* sicofante *Y* ‖ 176 facienda *Y* ‖ uidentur *Z* ‖ quaedam] *om. Π* ‖ 177 effuti re (*litt. fort. aliquot ante* re *eras., quod in l. macula inquinato satis dignosci nequit*) *X* effuttire (effutt; *in mg.*) *O* ‖ (§ 33) ɔp̃hensa *Q:* com(*s.* n)pre(*s.* p̄)nsa *rell.* conp̃rensa *x* ‖ 178 diffinita *QZTY* de finita *X* ‖ iā bagiosa coniectatio *X pr.* ‖ 179 pede temptim *QX* ‖

inprudentes in veritatem aut ipsorum, qui eos consulunt, multa credulitate ducente perveniunt callide ad ea, quae vera sunt, et idcirco videntur in praeteritis rebus quam in futuris veritatem facilius imitari. Ista tamen omnia, quae aut temere aut astute vera dicunt, prae ceteris', inquit, 'quae mentiuntur, pars ea non sit millesima'.

34 **Praeter haec autem, quae dicentem Favorinum audivimus, multa etiam memini poetarum veterum testimonia, quibus huiuscemodi ambages fallaciosae confutantur. Ex quibus est Pacuvianum illud:**

Nám si, quae eventúra sunt, provideant, aequiperént Iovi,

item Accianum illud:

Nil, inquit, crédo auguribus, qui aúres verbis divitant
Aliénas, suas ut aúro locupletént domus.

35 **Idem Favorinus, deterrere volens ac depellere adulescentes a genethliacis istis et quibusdam aliis id genus, qui prodigiosis artibus futura omnia dicturos pollicentur, nullo pacto adeundos eos esse consulendosque, huiuscemodi argumentis concludebat:**
36 **'Aut adversa', inquit, 'eventura dicunt, aut prospera. Si dicunt**

QZXOΠNTY

182 incredulitate *QZ* ‖ ducentes (eos *sc.*) *QZTY* ‖ callide ad] = *x in ras.* ‖ 183 uidetur *Q* ‖ uitatē *Q pr.* ‖ 184 imirari *Q* ‖ om̃aq̃; *X* ‖ 185 dicuntur (*propter* mentiuntur) *QZ* ‖ prae ceteris] .praeter *T* prae *Y* ‖ 186 fit *TY* ‖ milesima preter *Z* ‖ (§ 34) 187 Praeter] *om. XOΠNe* ‖ fauorinus *X pr.* ‖ 188 etiam] enim *T* ‖ testimonia confirmare *e* ‖ a quibus *Q* ‖ 189 fallatiose *Z* fal∗sę (l) *X* ‖ Ex quibus Ex qb (i sup.); *perperam iteratum X pr.* ‖ est] *om. X* ‖ *Pacuv. inc. fab.* (*Teucri ? v. adn.*) *fr.* XLIII *p.* 132 *R²* ‖ 191 si] *om. X* ‖ quae] *om. Z* ‖ puide·aut *Q* ‖ ęqui perent *x* ęque perent *X* aequiperentur *TYσ* aequiperem *GIVossius cf. Ritschelius prolegg. Plaut. p.* LXXXIII *sq.* = *opusc.* V 340 ‖ equipeñioni (*medium* i *ex corr.*) *X* ‖ 193 .Item *Y* ‖ *Acc. Astyanact.* (*teste Non. s. v.* divitant *p.* 95, 8 *M.*) *fr.* IV *p.* 157 *R²* ‖ 194 Nil] *Bothius:* Nihil *XONY Nonius* Nichil *QZΠT* ‖ auguıribus *Q* ‖ auris *Nonius* ‖ uerris *Non. Leid.* ‖ ditant *xy* deuitant *Non. Harl. m. pr. Leid.* ‖ 195 .suas *O* ‖ locu.pletent *x* ‖ domos *ΠN pr. T Nonius* ‖ (§ 35) 196 deterre *Z* ‖ deterre reuolens *X* ‖ 197 agenet hliacis *X* ‖ qui] *om. ZY* ‖ 198 dicturos se *ed. Gryph. a.* 1537 ‖ 199 eos] *om. XOΠN* ‖ (§ 36) 200 *prius* dicunt] adiciunt *Z* ‖

prospera et fallunt, miser fies frustra exspectando; si adversa dicunt et mentiuntur, miser fies frustra timendo; sin vera respondent eaque sunt non prospera, iam inde ex animo miser fies, antequam e fato fias; si felicia promittunt eaque eventura sunt, tum plane duo erunt incommoda: et exspectatio te spei suspensum fatigabit et futurum gaudii fructum spes tibi iam praefloraverit. Nullo igitur pacto utendum est istiusmodi hominibus res futuras praesagientibus'.

II.

Quem in modum disseruerit Favorinus, consultus a me, super officio iudicis.

Quo primum tempore a praetoribus lectus in iudices sum, 1
ut iudicia, quae appellantur 'privata', susciperem, libros utriusque linguae de officio iudicis scriptos conquisivi, ut homo adulescens, a poetarum fabulis et a rhetorum epilogis ad iudicandas lites vocatus, rem iudiciariam, quoniam 'vocis', ut dicitur, 'vivae' penuria erat, ex 'mutis', quod aiunt, 'magistris' cognoscerem. Atque in dierum quidem diffissionibus conperendinationibusque et aliis quibusdam legitimis ritibus ex ipsa lege Iulia et ex Sabini

---

QZXOΠNTY

201 et] *spscr. z* || exspectando—frustra] *post* frustra *om. QT* expectando *in ras. q* || aduersi (*praec.* si) *X pr.* || 202 si *N* || uero *T* || 203 eaque] = *Π:* ea quę *TY* eaq̃; *X* eaq̃* *π* || 204 *fias; (;) *X* fies *TY* || ea quę *ΠTY* ea q; *X* || uentura *TY* || 205 et exspectatio] 7 spectatio *Z* 7 pectatio *Q* expectatio *q* || expectationis spes te *Π* || spe suspensum *x* spisus pensum *X* || 206 praeflorauerint *x* praeflorauerunt *X* ||

II. *Exstat in TY om.* § 1 *lin.* 5 ut—§ 3 *lin.* 19 illa; § 14—20; § 26 || (*lemm.*) 2 offitio *Z et sic etiam infra* || (§ 1) 4 prectorib; *Q* || iudice (*sq.* s) *Z* iudicē *Q* senatum *Y* || sunt *X pr.* || 5 ut iudicia—sicut illa] *lin.* 19 *om. TY* || *de libris de off. iudicis adeas LMercklin philol.* 4, 432 *sq.; cf.* § 20 || 7 apologis *Falsterus am. ph.* III 298 || 8 iudicariā *Z* || dicitur] *om. Z* || uiua (*propter* penuria) *Z pr.* || uiuae nimia penuria ς *part.* || 9 multis *Z* || (§ 2) 10 dierum—diffissionibus] *Ang. Politianus miscell. c.* XLI (*DLambinus et RBentleius ad Hor. sat.* II 1, 79 *ac sic Huschkius a.* 1879 *IA*⁴ *p.* 128, 1) *cf.* § 11: rerum—diffisionibus *ZOΠN* rerum—difisionib; *X* rerum—diffusionibus *o* rerum—diffinitionib; *Q* rerum—diffisionibus *Huschkius d. röm. Jahr* (*Vrat.* 1869) *p.* 316, 228 || cō(com *Π*)p̄hendinationibusque *ZΠ* conp̄hendinationib;que *X* ||

[redacted]

Masurii et quorundam aliorum iurisperitorum commen-
2 tariis commoniti et adminiculati sumus. In his autem, quae
exsistere solent, negotiorum ambagibus et in ancipiti rationum
diversarum circumstantia nihil quicquam nos huiuscemodi libri
3 iuverunt. Nam, etsi consilia iudicibus ex praesentium causarum
statu capienda sunt, generalia tamen quaedam praemonita et
praecepta sunt, quibus ante causam praemuniri iudex praeparari-
que ad incertos casus futurarum difficultatum debeat, sicut illa
mihi tunc accidit inexplicabilis reperiendae sententiae ambiguitas.

4 Petebatur apud me pecunia, quae dicebatur data numerataque;
sed qui petebat, neque tabulis neque testibus id factum docebat
5 et argumentis admodum exilibus nitebatur. Sed eum constabat
virum esse firme bonum notaeque et expertae fidei et vitae in-
culpatissimae, multaque et inlustria exempla probitatis sinceri-
6 tatisque eius expromebantur; illum autem, unde petebatur, hominem
esse non bonae rei vitaque turpi et sordida convictumque vulgo
in mendaciis plenumque esse perfidiarum et fraudum ostendebatur.
7 Is tamen cum suis multis patronis clamitabat, probari apud me
debere pecuniam datam consuetis modis, 'expensi latione', 'mensae rationibus', 'chirographi exhibitione', 'tabularum obsignatione',

---

QZXOΠNTY

12 masirii *Q* masyrii *ZXN*·massyrii *Π* || *Ad Masurii libros de iure civili pertinere posse iure suo censet Huschkius IA l. l.* || et] et ex *ς part.* || iuris peritorum *QZ* || 13 adminiculatis|simus *X pr.* || (§ 2) hiis *Z* || 15 circonstancia *Q* || quiquā *X* || 16 .Nam] *om. Z* || (§ 3) causa (*ab* ex *sc. pendens*) *Z* || 19 futurarum] figurarum *X* || difficultatium *xn* difficultatio *Π* difficutium *X* || illā Tunc *X* || 20 tunc] *om. TY* || (§ 4) 21 data (*ante* numerata) *om. Q* || 22 petabat *X* || (§ 5) 24 firme bonum] *Falsterus l. l.* μ: ferme bonum *libri* famae bonae *P. Scriverius* (*Oiselius*) fama bonum *Oiselius* || nocteq; *Z* || incul-pantissime *Z* || 25 illustribus *T pr.* || sinceritatis (*per se recte cf. praef.* § 18) *Π* || 26 expromaebantur *X* expmebantur *Q* exprimebant *T* || (§ 6) 27 uite (*propter* rei) *Q* || turpis et sordidae (*propter* uite) *q* || coniunctumque *XZ* conuictum *Y* coniunctum *T* || 28 in] * *Q* || mendatiis *ZY* mendacii ſi (*sic fere*) *Q* || plenum esse *TY* || esse] *om. Z* || fraudiū *ZT* || (§ 7) 29 clamabat *Π* || probari. Ap̄ *X* || 30 expensi-latione *N* expensiliatione *Z* ex|peniditatione (Pensilitatione *in mg.*) *Π* || ex pensilatione (pensil; *in mg.*) mensę. rationib;. *O* || 31 chirografi *O* chyrographi *X* cirographi *Q* cyrographi *Π* cirografi *ZY* cyrografi *T* || exibitione *O pr.* exibicione *Q* & exibitione *Y* ||

'testium intercessione'; ex quibus omnibus si nulla re probaretur 8 dimitti iam se oportere et adversarium de calumnia damnari, quod de utriusque autem vita atque factis diceretur, frustra id fieri atque dici: rem enim de petenda pecunia apud iudicem privatum agi, non apud censores de moribus.

Tunc ibi amici mei, quos rogaveram in consilium, viri exer- 9 citati atque in patrociniis et in operis fori celebres semperque se circumundique distrahentibus causis festinantes, non sedendum diutius ac nihil esse dubium dicebant, quin absolvendus foret, quem accepisse pecuniam nulla probatione sollemni docebatur. Sed enim ego homines cum considerabam, alterum fidei, alterum 10 probri plenum spurcissimaeque vitae ac defamatissimae, nequaquam adduci potui ad absolvendum. Iussi igitur diem diffindi 11 atque inde a subselliis pergo ire ad Favorinum philosophum, quem in eo tempore Romae plurimum sectabar, atque ei de causa ac de hominibus quae apud me dicta fuerant, uti res erat, narro omnia ac peto, ut et ipsum illud, in quo haerebam, et cetera etiam, quae observanda mihi forent in officio iudicis, faceret me, ut earum rerum essem prudentior.

Tum Favorinus, religione illa cunctationis et sollicitudinis 12 nostrae conprobata: 'id quidem', inquit, 'super quo nunc deliberas, videri potest specie tenui parvaque esse. Sed si de omni quoque officio iudicis praeire tibi me vis, nequaquam est vel loci huius

---

QZXOΠNTY

(§ 8) 32 simulare *X* || 33 dimittiam *X pr.* || se] sane *XOΠN* se sane λ *et fort. aut sic aut* sane se || 34 fatis *X* || 35 atque—enim] *om. TY* atque dicerem enim *Q* || petenda enim pecunia *TY* || 36 non] *sup. lin. add. x* || (§ 9) 37 viri] iur̃ *Q* iure *q; nonne* viri in iure? || excitati *Q* || 38 parociniis *X pr.* patroniis *Z* || cęlebres *ΠTY* || 39 circũ undiq; *Z* || distraẽtib; *N* || festinates *QZ* || 40 ducebant *x* ducebat *X* || quiabsoluendus *X pr.* || 41 pecuniam illam nulla *ς part.* || dicebatur *TY* || (§ 10) 42 cum] *ante* con *om. TY* || 43 spurcissimaequae *X* || nequāquū *X* || 44 soluendum (ab *om. praec.* ad) *T* psoluendum *Π pr.* || (§ 11) diffundi *X* || 45 inde] *om. T* || subsellis *X* || 46 in meo *Q* || atque ei de causa] *ante* ac de *om. XOΠN* || 47 homiinibus *ut vid. X* ominibus *x* omnibus ϰ *vg.* || dita *X pr.* || .Narro *Z* || 48 apoeto *X pr.* et peto *Z* || (§ 12) 51 Tunc *T* || religione regione illa *X pr.* || 52 cumprobata *X* cōpbate (*praec. genet.*) *O* || nunc] *om. Π* || 54 *pire (s *post* iudicis *geminato ut vid.*) *X* || vel] ut *T* || huius] = *x in ras.* ||

13 vel temporis; est enim disceptatio ista multiiugae et sinuosae
quaestionis multaque et anxia cura et circumspicientia indigens.
14 Namque, ut pauca tibi nunc quaestionum capita adtingam, iam
omnium primum hoc de iudicis officio quaeritur: si iudex forte
id sciat, super qua re apud eum litigatur, eaque res uni ei, prius-
quam agi coepta aut in iudicium deducta sit, ex alio quodam
negotio casuve aliquo cognita liquido et comperta sit, neque id
tamen in agenda causa probetur, oporteatne eum secundum ea,
15 quae sciens venit, iudicare, an secundum ea, quae aguntur? Id
etiam', inquit, 'quaeri solet, an deceat atque conveniat iudici,
causa iam cognita, si facultas esse videatur conponendi negotii,
officio paulisper iudicis dilato, communis amicitiae et quasi paci-
16 ficatoris partes recipere? Atque illud amplius ambigi ac dubitari
scio, debeatne iudex inter cognoscendum ea, quae dicto quae-
sitoque opus est, dicere et quaerere, etiamsi, cuius ea dici quaeri-
que interest, neque dicat neque postulet? patrocinari enim prorsus
hoc esse aiunt, non iudicare.

17 Praeter haec super ea quoque re dissentitur, an ex usu ex-
que officio sit iudicis, rem causamque, de qua cognoscit, inter-
locutionibus suis ita exprimere consignareque, ut ante sententiae
tempus ex iis, quae apud eum in praesens confuse varieque
dicuntur, proinde ut quoquo in loco ac tempore movetur, signa
18 et indicia faciat motus atque sensus sui. Nam qui iudices',
inquit, 'acres atque celeres videntur, non aliter existimant rem,

---

QZXOΠNTY

(§ 13) 55 multi iugę *X pr.* ‖ 56 multaquę *X pr.* ‖ *alterum* et] *om.* *T* ‖ circum spicientia *X* circūspicienda *Y* ‖ (§ 14) 57 Namque—recensebimus *lin.* 91 *om.* *TY* ‖ questionem *X pr.* ‖ 58 hoc de iudicis hoc de iudicis *X pr.* ‖ iudiciis *Z* ‖ si] s; *Z* ‖ 60 iuditium *X* ‖ sint *Z* ‖ 61 casuve] *c:* casuque (*praec.* quodam, *sq.* quo) ‖ alio quo (*ex praec. repet.*) *QZO pr. Π* ‖ cōparata *Z* ‖ 62 probetur] μ: probatur (*parum attente equidem de h. l. locutus sum h*[va] 26, 58) ‖ eum] cum (*sq.* secundum) *Z* ‖ ea—secundum] *post* secundum *om.* *X* ‖ (§ 16) 67 ac] at *Z* ‖ dubitari******* (sci *post* ri *om.* odebeat *ut vid.*) *X pr.* ‖ 68 cognoscendi *X* ‖ quaestioq; *Π* questioq. *ON* q̄situq. *in mg. o* quę quesituq; questioq; *X* ‖ 69 et] *om.* *Q fort. recte cf. praef.* § 18 ‖ (§ 17) 74 primere *X* ‖ tante (*praec.* t) *Z* ‖ 75 hiis *Z* his *OΠN* ς *part.* ‖ in praesens] *om.* *Z* ‖ confusę *o* confuso *O* ‖ uarięq. *Π* ‖ 76 quoq; *O pr.* ‖ ac tempore] = *x:* atempore *X* ‖ 77 iudicia *Z* ‖ atque] = *q:* ate* (i *ut vid.*) *Q* ‖ (§ 18) qui **iudices (iu *ut vid.*) *Q* ‖

qua de agitur, indagari conprehendique posse, nisi is, qui iudicat,
crebris interrogationibus necessariisque interlocutionibus et suos
sensus aperiat et litigantium deprehendat. Contra autem, qui 19
sedatiores et graviores putantur, negant iudicem debere ante
sententiam, dum causa utrimque agitatur, quotiens aliqua re pro-
posita motus est, totiens significare, quid sentiat. Eventurum
enim aiunt, ut, quia pro varietate propositionum argumentorumque
alius atque alius motus animi patiendus est, aliter atque aliter
eadem in causa eodemque in tempore sentire et interloqui videatur.

Sed de his', inquit, 'et ceteris huiuscemodi iudicialis officii 20
tractatibus et nos posthac, cum erit otium, dicere, quid sentiamus,
conabimur et praecepta Aelii Tuberonis super officio iudicis,
quae nuperrime legi, recensebimus. Quod autem ad pecuniam 21
pertinet, quam apud iudicem peti dixisti, suadeo hercle tibi, utare
M. Catonis, prudentissimi viri, consilio, qui in oratione, quam
pro L. Turio contra Cn. Gellium dixit, ita esse a maioribus
traditum observatumque ait, ut si, quod inter duos actum est,
neque tabulis neque testibus planum fieri possit, tum apud iudicem,
qui de ea re cognosceret, uter ex his vir melior esset, quaereretur

---

QZXOΠNTY

79 con(m *N*)prendique *ON* || nisi is qui] is is qui *X* is qui *x* nisi his *Z* || (§ 19) 82 se datiores *X pr.* sedaciones *Q pr.* || 84 totius *Z* || sensiat *Z pr.* || Etuenturum *X* || 85 enim***aiunt (enī) *Q* || ꝑpositionem *X pr.* || 86 ,aliter] *om. Q* || 87 *alterum* in] *spscr. z* || (§ 20) 88 hiis *Z* || huiusmodi *XOΠN* || iuditialis *X* || 89 post haec *Π* || post haecum *X* || 90 conabimur] = *X m. rec.*: conabitur *X* || alii *Q* || tuberos *X pr.* || *'Ex praeceptis* [*Q.*] *Aelii Tuberonis super officio iudicis — nihil superest' Huschkius IA*[4] *p.* 99, 2 *cf. Sanio z. Gesch. d. röm. Rechtswissenschaft* (*Regim.* 1858) *p.* 91; 94, *HPeter VHRR p.* CCCLVIII *Teuffel*[4]*-Schwabe HLR* § 208, 1 || 91 nupime *Z* || (§ 21) 92 ercle *X* || ut are *Z* utere *TY* || 93 M.] *om. T* || uiro (*sq.* consilio) *Z* || quam] qua *per se recte Y* || 94 Turio] *OΠNTY: post* Lucio, *praeeunte ut vid. archetypo* (*nam ipsi* ·l· *exhibent*), *ni de soni modo utriusque nominis similitudine cogitare velis, om. QZ* ta|turio *X* || CN. *et* Gn. *ac sim. libri* || *Cat. pro L. Turio or. cf.* § 26 || a maioribus (maiorum) λ: a ma(ama *x*)ioribus maiorum (*dittogr. fort. propter sqq.* traditum obseruatumque *orta*) *QZOΠNTYxς* am**oribus (?) maio***·rum (rib;) *X* a moribus maiorum *ς* moribus maiorum *e* a maioribus memoriae (*cf.* § 26) *ς vg.* a maioribus iam olim *i* || 95 ut] et *Π* || est] *om. TY* || 96 plenum *ut vid. X pr.* || tum] cum *Z* || iudeē *Z* || 97 quid (*sq.* de) *Z* || qui—cognosceret] *om. X* ||

et, si pares essent seu boni pariter seu mali, tum illi, unde pe-
22 titur, crederetur ac secundum eum iudicaretur. In hac autem causa, de qua tu ambigis, optimus est qui petit, unde petitur
23 deterrimus, et res est inter duos acta sine testibus. Eas igitur et credas ei, qui petit, condemnesque eum, de quo petitur, quoniam, sicuti dicis, duo pares non sunt et qui petit melior est'.

24 Hoc quidem mihi tum Favorinus, ut virum philosophum
25 decuit, suasit. Sed maius ego altiusque id esse existimavi quam quod meae aetati et mediocritati conveniret, ut cognovisse et condemnasse de moribus, non de probationibus rei gestae viderer; ut absolverem tamen, inducere in animum non quivi, et propterea iuravi, mihi non liquere, atque ita iudicatu illo solutus sum.

26 Verba ex oratione M. Catonis, cuius commeminit Favorinus, haec sunt: Atque ego a maioribus memoria sic accepi: si quis quid alter ab altero peterent, si ambo pares essent, sive boni sive mali essent, quod duo res gessissent, uti testes non interessent, illi unde petitur,

---

QZXOΠNTY

98 et—crederetur] *post* quaereretur *om.* *X* ‖ mali. Tum *Π* ‖ ille *T* ‖ (§ 23) 102 e *in* petitur *sup. lin. add.* *x* ‖ 103 patres *Z* ‖ peti *QZ* ‖ (§ 24) 104 Hoc] *om.* *Q* ‖ 105 decet *T* ‖ (§ 25) magis *XΠ* ‖ al*tiusque *Q* ‖ 106 cognouisset (*ab* ut *sc. pendens*) *QZ* ‖ et condemnasse(t) *post* cognouisse(t) *om.* *Q* ‖ 107 cōmendass; (*metathesi litt.*) *Z* ‖ *alt.* de] *om.* *Π* ‖ uideret *Q* ‖ 108 quivi] qui *Q teste i* quii *inde i* ‖ qui‿uię[t] p|pī—ea *Xx* ‖ 109 iuram *Q* ‖ *in* sum *h. l. expl.* *TY* ‖ (§ 26) 110 *M. Catonis pro L. Turio contra Cn. Gellium or. fr. p.* 141 *sq. HM*[2] *p.* 62 *Iord.* ‖ cui *X* ‖ comeminit *Z* ‖ 112 accipi *Q pr.* ‖ sive ambo *Salmasius de modo usur.* (*LB.* 1639) *p.* 477 *sq.* ‖ 113 quod—interessent] *post* essent *om.* *Q* ‖ quod duo (*cf.* inter duos *lin.* 95) res gessissent] *libri, quod satis dubitanter recepi coll. HIordan krit. Beitr. p.* 345 (res gerere *de rebus privatis dici negat* μ *assentiente CFWMüllero ad Cic. Lael. p.* 401 *n.* *; *cui vix de l. Plautino Cist.* IV 2, 57 *ann. phil.* 111, 507 *Georgesio auctore a me allato obtemperandum erit, ubi verbis* alias res geris *adponitur* ego tibi meas res mando; *in altero vero l. eodem auctore ibidem proposito Iuv. sat.* VI 613 *sq. etiamsi probari nequit, de solis rebus privatis agi, haud magis certe de solis rebus publicis agitur*); *genetivum* res *esse censet HHagen Bursiani nunt. ann. a.* 1873 *p.* 1412 ‖ duo rei (*i. e.* 'et actor et is qui convenitur' *cf. h*[ra] *p.* 69) *IRutgersius var. lect.* V 16 *p.* 501 ii (*ex* II *sc. ortum*) rei (= rei - *gen. sing.* - ii) μ *fort.* duo rei (*gen. sc. sing.*) ‖ 114 ubi *Salmasius l. l.* ‖ in¦teēent

ei potius credendum esse. Nunc si sponsionem fecissent Gellius cum Turio: 'Ni vir melior esset Gellius quam Turius', nemo, opinor, tam insanus esset, qui iudicaret, meliorem esse Gellium quam Turium: si non melior Gellius est Turio, potius oportet credi, unde petitur.

III.

An aemuli offensique inter sese fuerint Xenophon et Plato.

Qui de Xenophontis Platonisque vita et moribus 1
pleraque omnia exquisitissime scripsere, non afuisse ab eis motus quosdam tacitos et occultos simultatis aemulationisque mutuae putaverunt et eius rei argumenta quaedam coniectaria ex eorum scriptis protulerunt. Ea sunt profecto huiuscemodi: quod 2
neque a Platone in tot numero libris mentio usquam facta sit Xenophontis neque item contra ab eo in suis libris Platonis, quamquam uterque ac maxime Plato complurium Socratis secta-

---

QZXOΠNTY

illi *Z* ‖ '*In* illi... ei *mendum residet*' μ, *at cf. h*ᵛᵃ *p.* 69; 91 *et ann. ph. l. l.* (*add. G.* II 3, 1); *Buechelerum ibid. p.* 322; *Draegerum hist. Syntax* II 471 *sq.; quadamtenus etiam huc pertinet Ph. Thielmann Act. Argent.* II *p.* 23 *sqq.* ‖ 115 ei] *om. Salmasius l. l.* ‖ responsionem ϛ *ex meis unus* (*Venetus*), *quod affero propter Iordanum, qui id ad N pertinere ratus est* ‖ fecisset *ON* ‖ 116 tyrio *XON cf. lin.* 94 ‖ Turio: Ni] tyrioni *Π* tyrone *Q* tyrio nec *q* ‖ niuir *X* ‖ 117 quam—Gellius] *post* Gellius *om. Z* ‖ tyrius *XΠN* tirius *Q* ‖ 118 ee̅*gellium *X* ‖ tyrium *QXOΠN* ‖ 119 est] 7 *QZ* ‖ tyrio *ZXOΠN* tirio *Q* ‖

III. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 anae mili *X pr.* ‖ xenofon *QZXOΠ* (*cf. TY lin.* 3) *et sic fere in sqq. libri praeter N* ‖ (§ 1) 3 Quid ex(exx *x*)enofontis *ZXT* ‖ xenofontis = *Y* ‖ 4 omnia] *om. Z* ‖ scripsere] *om. Π* ‖ *Scriptorum horum tabulam proposuit Ern. Köpke in scriptiuncula gratulatoria Th. Heinsio oblata Berol. a.* 1845 *p.* 8, *ad unam Favorini* ἱστορίαν παντοδαπὴν *h. l. refert EMaass de biogr. Gr. quaest. sell. p.* 77 *sqq.* ‖ non affuisse *Z* n̄ abfuisse *Q* ; ɴā(.nā *Π*; *erat in archet.* n̄ a)fuisse *XΠ* ‖ 5 motus] *om. Z* ‖ et aemulationis (*O ?*) ϛ *part.* ‖ 6 mute *Zq* ‖ quaedam] *om. Y* ‖ coniectaria] *Zq:* comectaria *Q* coniectatoria *NTY* coniectatorię *XΠ* coniectatorie *Oxπ* ‖ (§ 2) 7 quod] que *X pr.* quia *TY* ‖ 8 a] *sup. lin. add. o* ‖ 9 exenofontis *Y* ‖ contra] *om. TY* ‖ *Cf. tamen Xen. mem.* III 6, 1 *coll. DL* III 24, 34 *ac de toto h. l. Boeckhio de simultate, quae inter Plat. et Xen. intercessisse fertur, p.* 20 *sqq.* = *opusc.* IV 19 *sqq.* ‖ 10 cū pluriū *Q* ‖ sectatorium

3 torum in sermonibus, quos scripsit, commeminerit. Id etiam esse non sincerae neque amicae voluntatis indicium crediderunt, quod Xenophon inclito illi operi Platonos, quod de optimo statu reipublicae civitatisque administrandae scriptum est, lectis ex eo duobus fere libris, qui primi in volgus exierant, opposuit contra conscripsitque diversum regiae administrationis
4 genus, quod παιδείας Κύρου inscriptum est. Eo facto scriptoque eius usque adeo permotum esse Platonem ferunt, ut quodam in libro, mentione Cyri regis habita, retractandi levandique eius operis gratia, virum quidem Cyrum navum et strenuum fuisse dixerit, 'παιδείας δὲ οὐκ ὀρθῶς ἧφθαι τὸ παράπαν': haec enim verba sunt de Cyro Platonis.

QZXOΠNTY

(i *propter* complurium *inserto*) *x* ‖ 11 quo (*sq.* s) *Z* ‖ (§ 3) etiam] *om. Z* ‖ 12 sincere nequę *X* ‖ neque] *om. Q* ‖ iuditiū *Z* ‖ 13 *xenofon (e) *X* ‖ illo *QXΠ cf. adn. sq.* ‖ illo periplatonos *ZONT* illo peri platonos *Y* ‖ plato nos *Q* platonis *Xq* ‖ 14 fatu *Z* ‖ 15 duobus fere libris, qui primi in volgus exierant,] *ad eos libros, in quos etiamnunc Platonis* Πολιτεία *dividitur, aptare hoc studet AKrohn d. platon. Staat* (*Hal.* 1875) *p.* 384 *sq. cf. p.* VIII, *obloquentibus cum aliis, tum Th. Birtio d. ant. Buchwesen p.* 477, 2; *neque eos de numero mutando cogitasse, qui totam hanc narrationem duce Boeckhio* (*in Plat. Min. et legg. p.* 181 *sq., tum l. l. p.* 26 *sqq.* = 24 *sqq.*) *pro fabulosa haberent* (*v. modo Stallbaumium prolegg. ed. reip. alt. p.* LXXXVI - *coll. p.* LXXX - *sqq.; Zellerum Phil. d. Gr.* II 1³ *p.* 469, 1 *coll. p.* 423, 1 *quemque l. Susemihlium genet. Entw. d. plat. Philosophie* II 88 *sqq.*), *per se patet; at ne ii quidem eum mutarunt, qui aliter h. l. explicare student, veluti, si omnino Gellio fides habenda sit, CSteinhart introd. in Plat. remp.* (*vol.* V *vers. Müll.*) *p.* 677, 128, *FUeberweg l. a CZellero l., PSchuster mus. ph.* 29, 617, 2, *ne Tzorchewskius quidem, qui in opusculo Kasani a.* 1847 *edito de Politia, Timaeo, Critia ultimo Plat. ternione septem ex libris his nostris 'duorum fere' illorum 'librorum' significatione comprehendi arbitratus est* ‖ fere duobus *TY* ‖ primis *Z* ‖ exierat *Z* ‖ 16 scripsitq. (con *praec.* contra *om.*) *X* ‖ 17 genus] *om. Y* ‖ ΠΛΙΔΕΙaC *X* ‖ paideias kyroy *Π* ΠΑLΑΕΙΑCΡΥΓΡΟΥ *Y* ‖ .Inscriptum est *QZ* ‖ (§ 4) 18 adeo] *om. X* ad eo *Z* ‖ *Plat. de legg.* III 12 *p.* 694 *C.* ‖ 19 habi|taretractandi *X* (, *add. x*) habitaret paciandi *Z* habitaret * paciandi *Q* habita et paciandi *q* ‖ 20 gratis (*praec.* operis) *QZ* ‖ gnauum *X* = gnauū *q* naue *Q ut vid.* ‖ fuisse] = *q:* et (*male iterat.*) fuisse *QZ* ‖ 21 *Graeca om. X, in mg. add. x;* .Paideias deoi|korthos. efthaigoparapa. *Π* ‖ ΠΛΙaΕΙaC *x* ‖ aΕ *Z* ‖ ΟΥ|ΚΟΡΕωC *X* ‖ ΗΦΟaΙ *Z* ΕΝΦΘaΙ *TY* ‖ ΠaΡaΠa *x* ΠaΡaΝaΝ *TY* ‖ haec] Nec *T* ‖

Praeterea putant id quoque ad ista, quae dixi, accedere: 5
quod Xenophon in libris, quos dictorum atque factorum
Socratis commentarios composuit, negat Socraten de caeli
atque naturae causis rationibusque umquam disputavisse, ac ne
disciplinas quidem ceteras, quae 'μαθήματα' Graeci appellant,
quae ad bene beateque vivendum non pergerent, aut attigisse aut
comprobasse, idcircoque turpiter eos mentiri dicit, qui disser-
tationes istiusmodi Socrati adtribuerent. 'Hoc autem', inquiunt, 6
'Xenophon cum scripsit, Platonem videlicet notat, in cuius
libris Socrates physica et musica et geometrica disserit'. Sed 7
enim de viris optimis et gravissimis si credendum hoc aut suspi-
candum fuit, causam equidem esse arbitror non obtrectationis nec
invidiae neque de gloria maiore parienda certationis: haec enim
procul a moribus philosophiae absunt, in quibus illi duo omnium
iudicio excelluerunt. Quae igitur est opinionis istius ratio? Haec 8
profecto est: aequiperatio ipsa plerumque et parilitas virtutum
inter sese consimilium, etiamsi contentionis studium et voluntas
abest, speciem tamen aemulationis creat. Nam cum ingenia quae- 9
dam magna duorum pluriumve in eiusdem rei studio inlustrium
aut pari sunt fama aut proxima, oritur apud diversos favisores

---

QZXOΠNTY

(§ 5) 23 putant] *om. Π* ‖ *Xen. memor.* I 1, 11 *de quo l. cf. Hauptius Herm.* 2, 4 = *opusc.* III 362 ‖ 25 socratē *QZ* socratem (*an* tē ?) *Π* ‖ de¦de *T* ‖ 26 rationibus qua eumquam *Z* ‖ que] *om. TY* ‖ disputasse *X* ‖ .ac *Π* ‖ 27 ceterasq; *Z* ceteras quas *q* ‖ ΜaθΕΜaΤa *Z* mathemata *Π* ΜΛΘΛΛaΤa *X* ‖ 28 non] *om. TY* ‖ pertinerent *Beroaldus, unde* pertingerent *Trillerus ap. Falsterum am. ph.* III 300 ‖ atagisse *Q pr.* ‖ attigisse *** aut *X* tetigissent *Z* ‖ 29 que] *om. N* ‖ turpitur (*prima syllaba iterata*) *Q pr.* ‖ dissertiones *T* ‖ 30 huiusmodi *Π* ‖ (§ 6) inquit *Q* ‖ 31 notet (*praec.* videlicet) *ut vid. O pr.* ‖ 32 phisica *ZY* de phy(i *XΠ*)sica *XOΠN* ‖ et musica] *propter homoeotel. om. X* ‖ geometria *N pr. Y* ‖ disseruit *Π pr.* ‖ disserit &enim *T* ‖ (§ 7) et *Y* ‖ 33 de uictis *Z* deuictis *Q pr.* ‖ crede dū *X pr.* ‖ hoc] *om. Y* ‖ 34 ęquidem *Π* ‖ esse] *om. T* ‖ non arbitror non *Π* ‖ 35 certationes *X* ‖ enim] *om. Q* ‖ 36 a] *om. TY* ‖ maioribus *QZXO* ‖ 37 iuditio excelluerint *Z* ‖ Qui *Y* ‖ (§ 8) 38 Ęquipatio *Π* aequiparatio *O m. rec.* ‖ 39 inter] in *Z* ‖ se *Y* ‖ contemptionis *X* ‖ (§ 9) 41 inlustrum *X pr.* ‖ 42 patri *X pr.* ‖ fama] = *t sup. lin.:* studio *T* (*cf. lin.* 41) ‖ au* *X pr.* ‖ favisores] = *Qx:* fauis ores *X* al fautores *in mg. x* faustores *in mg. q* ‖

10 eorum industriae laudisque aestumandae contentio. Tum postea ex alieno certamine ad eos quoque ipsos contagium certationis adspirat cursusque eorum ad eandem virtutis calcem pergentium, quando est conpar vel ambiguus, in aemulandi suspiciones non
11 suo, sed faventium studio delabitur. Proinde igitur et Xenophon et Plato, Socraticae amoenitatis duo lumina, certare aemularique inter sese existimati sunt, quia de his apud alios, uter esset exsuperantior, certabatur et quia duae eminentiae, cum simul iunctae in arduum nituntur, simulacrum quoddam contentionis aemulae pariunt.

IV.

Quod apte Chrysippus et graphice imaginem Iustitiae modulis coloribusque verborum depinxit.

1 Condigne mehercule et condecore Chrysippus in librorum, qui inscribuntur περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς, primo, os et oculos Iustitiae vultumque eius severis atque venerandis ver-
6 ignobilissimos—quoquam] *in mg. add. O* ‖ prius—despicatissimos] *post* ignobilissimos *om. Q* ‖ prius—quoquam] *in mg. add. N* ‖ despeccatissimos *X* despectissimos *x* ‖ (§ 2) adeo tamen de (*X ex sil.?*) *e* ‖ 7 tantae] = *x:* ante *X* ‖ admirationis *X pr.* āmirationis *TY* ‖ uenditio *T* ‖ (§ 3) 9 matre a (*om.* eius) *Y* ‖ apompeio *Z* opompeio *X pr.* ‖ ponpeio *Q* ‖ pom(*s.* pō)peii *XTY* ponpeii *Q* ‖ 10 sociali Quo *X* ‖ aesculanos *OΠNT* esculanos *ZYq* escula nos *Q* ‖ catam (*p supra scr.* ˜ *ut vid.*) *X* ‖ 11 trihūphante *Z* ‖ ponpeio *Q* pomeio *Z* pompoeio *X pr.* ‖ 12 sinu] = *x:* **inu (* *supra scr.*) *X pr.* ‖ adoleuisse *T* ‖ 13 aegere *X pr.* ‖ 14 conprandis *Q pr.* cōprandis *X pr.* cōpanď *Y* confricandis *vel* curandis *Scriverius, Oiselius* ‖ uehiculisq; magistratibus *Z* ‖ uehicula magistratibus ... conduxisse *Scriverius, Oiselius* ‖ quae] *om. XOΠN* ‖ 15 cū dixisset *QZ* conduxisse *Πx* cōdixisse *q* ‖ . In] in *ZY* ‖ histo *X* ‖ 16 C.] *om. X:* G. (*s.* .G.) *TYq in ras.* ‖ cesaris *Y* ‖ esse] *om. Q* ‖ 17 quia****|in ea (in ea ?) *X* ‖ 17 gnauiter *o* ‖ 18 &de inceps *X* ‖ 19 amicciū *Y* ‖ 20 plebis *O m. rec.* ‖ acde inde *X* ‖ 21 cratum *Q pr.* ‖ in] *om. T* ‖ asenatū *Z* ‖ 22 ".m."cū *Z* ‖ M.] *om. X* ‖ coniunctum patribus] *h:* coniunctis (iunctis *X*) patribus *libri fere omnes* conuictis partibus ϛ (*Havn.*), *non improb. c excurs. ad G. trias* (*Kil.* 1827) I, *opusc. p.* 72 *sq.* coniunctis partibus *e vg.* ‖ 23 pistrinā *T* ‖ recuperasse *Q O rec. xy* ‖

deinde consulatum quoque adeptum esse, eamque rem tam intoleranter tulisse populum Romanum, qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis victitasse, ut vulgo per vias urbis versiculi proscriberentur:

Concúrrite omnes aúgures, harúspices!
Porténtum invisitátum conflatum ést recens:
Nam múlas qui fricábat, consul fáctus est.

Eundem Bassum Suetonius Tranquillus praepositum 4
esse a M. Antonio provinciis orientalibus Parthosque in Syriam
introrumpentis tribus ab eo proeliis fusos scribit, eumque primum
omnium de Parthis triumphasse et morte obita publico funere
sepultum esse.

V.

Verbum 'profligo' a plerisque dici inproprie insciteque.

Sicut alia verba pleraque ignoratione et inscitia improbe 1
dicentium quae non intellegant deflexa ac depravata sunt a ratione
recta et consuetudine, ita huius quoque verbi, quod est 'profligo',
significatio versa et corrupta est. Nam cum ab adfligendo et ad 2
perniciem interitumque deducendo inclinatum id tractumque sit
semperque eo verbo qui diligenter locuti sunt ita usi sint, ut

---

QZXOΠNTY

24 es*se (t) *X* || intolleranter *ZXNY* || 25 uenitidum *X pr.* || 28—30 *Anth. Lat. lib.* II *ep.* CXXIX *t.* I *p.* 307 *Burm.; ep.* 773 *t.* I *p.* 246 *HM.* || 28 aruspices *QΠT exc. Brux.* || 29 oportentum *X* || invisitatum] *Brouckhusius teste Burm.* (*Th. Bergk mus. phil.* 19, 605; *Aug. rer. gest. ind. p.* 110): inusitatum || est. recens nam *ΠN* || 30 mulas] *Q:* mulos || qui fricabat mulos *NHeinsius* || fabricabat *O pr. Yt exc. Brux.* fabricabit *T* || (§ 4) *Suet.* π. Ῥώμης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν *ll.* II *fr. p.* 283 (*cf. p.* LXXIII) *Roth.; historiae cuius tit. inc. est rell.* 210 *p.* 355 *sq.* (*cf. p.* 469 *sqq.*) *Rffsch.* || 32 partosque *Z* || siriam *QZY* || 33 introrumpentes *QTY* intro rumpentis *Z* ||

V: VI *in lemm. Z. Adhibuit Non. s. v.* profligare *p.* 160, 23 *cf. ann. phil.* 85, 717; 718 *sq.* || (*lemm.*) 2 proflico *Z* || inpe (i *sup.*) *Q* || inciteq; *X pr.* || (§ 1) 3 in scithia *Z* || 4 dicentum *X pr.* || 5 ita] *sup. lin. add. x* || quoque huius *Π* || (§ 2) 6 ab] *om. Z* || 7 .Id *Z* || 8 qui] qd' (*propter* verbo) *Z* || diligenter] eleganter *Scriverius, Oiselius, at cf. ipsum Ois. et c l. cummaxime l.* II, *op. p.* 74, 1 || ausi *Z* || sunt (*ex praec.* sunt *iteratum*) *XΠ* ||

'profligare' dicerent 'prodigere' et 'deperdere' 'profligatas'que res quasi 'proflictas' et 'perditas' appellarent, nunc audio, aedificia et templa et alia fere multa, quae prope absoluta adfectaque
3 sunt, 'in profligato esse' dici ipsaque esse iam 'profligata'. Quapropter urbanissime respondisse praetorem, non indoctum virum, barbasculo cuidam ex advocatorum turba, Sulpicius Apolli-
4 naris in quadam epistula scriptum reliquit. Nam cum ille, inquit, rabula audaculus ita postulasset verbaque ita fecisset: 'Omnia, vir clarissime, negotia, de quibus te cogniturum esse hodie dixisti, diligentia et velocitate tua profligata sunt, unum id solum relictum est, de quo, rogo, audias', tum praetor satis ridicule: 'An illa negotia, de quibus iam cognovisse me dicis, profligata sint, equidem nescio; hoc autem negotium, quod in te incidit, procul dubio, sive id audiam sive non audiam, profligatum est'.

5 Quod significare autem volunt, qui 'profligatum' dicunt, hi, qui Latine locuti sunt, non 'profligatum', sed 'adfectum' dixerunt, sicuti M. Cicero in oratione, quam habuit de provinciis

---

QZXOΠN

9 edicerent (e *primo ex* e *extr. in* profligare *geminato*) *Z* ‖ profligere *recte fort. INOtt ann. phil.* 109, 835, 12 ‖ perdere *O pr.* ‖ *litt.* tasque res *in ras. Z* ‖ 10 quasi proflicta ꝑfligata depdita. s; perditas appellarent ∵ (*gloss. in verb. ord. inculcato, verbis* proflictas et *in* proflicta s; *divulsis*) *Z* quasi proflicta deperdita perditas appellarent *Q* ‖ profligtas *X pr. ON* ‖ *f.* deperditas *Ott l. l.* (cum sit profligatum perditum *etc. Nonius*) ‖ 11 ferme *Z* ‖ multaque prope *X* ‖ 12 inprofligato *x* inprofigato *X* ‖ (§ 3) 14 barbasculo] σς: baruasculo *QZXOΠN* Barbasculo *e* barbatulo ς (*Hafn.*), *Ald.*, *c l. l. p.* 77, 6 barbariusculo μ vasculo *Scriverius f.* babaecalo *NHeinsius in ep. ad Munckerum data: Burmanni syll. epp.* V 410 ‖ (§ 4) 16 ille] *om. Q* ‖ robula *X pr.* ‖ autaculus *Πx* aulaculis *X* ‖ audaculū sita *Q* audabu|lum sita *Z* ‖ 17 omniaq; (q; *ex* verbaque *iteratum*) *Z* oĩa q̃ *Q* ‖ de quibus—diligentia] *post* negotia *om. X, supscr. x* ‖ de quibus iam cognouisse medicis (*cf. lin.* 21) diligentie tue locitate (me dicis diligenti uelocitate *q*) *Q* ‖ 18 diligentie tue locitate *Z* ‖ 20 redicule *Z* ‖ 21 medicis *Q pr.* ‖ profligatas inte quidem *ZX pr.* ‖ 22 nescio] inte nescio *Z* ‖ 23 inte *Z* te *q* ‖ inodit *QZ* mordet *ut vid. q* ‖ (§ 5) 25 qui] qđ (*male ex praec. iteratum*) *Z* ‖ dicunt] = *in ras. et ad mg. x* ‖ hii *Z* ‖ 27 sicuti M.] = *x*: sicutim. *X* ‖

consularibus. Eius verba haec sunt: Bellum adfectum 6
videmus et, vere ut dicam, paene confectum. Item 7
infra: Nam ipse Caesar quid est quod in ea provincia commorari velit, nisi ut ea, quae per eum adfecta sunt,
perfecta reipublicae tradat. Idem Cicero in oecono- 8
mico: Cum vero adfecta iam prope aestate uvas a sole mitescere tempus est.

VI.

In libro M. Ciceronis de gloria secundo manifestum erratum in ea parte, in qua scriptum est super Hectore et Aiace.

In libro M. Tulli, qui est secundus de gloria, ma- 1
nifestus error est non magnae rei, quem errorem esse possit cognoscere non aliquis eruditorum, sed qui tantum legerit Ὁμήρου
τὸ Η΄. Quamobrem non tam id mirabamur, errasse in ea re 2
M. Tullium quam non esse animadversum hoc postea correctumque vel ab ipso vel a Tirone, liberto eius, diligentissimo homine
et librorum patroni sui studiosissimo. Ita enim scriptum in eo 3
libro est: Apud eundem poetam Aiax cum Hectore con-

QZXOΠNTY

28 consularibus *X pr.* ‖ (§ 6) *Cic. de prov. cons. or.* 8, 19 ‖ 29 bene (*in mg.* ·/) *Z pr.* ‖ (§ 7) *ibid.* 12 § 29 ‖ 30 quid̃ *Z* ‖ quod] cur *codd. Cic.* ‖ in ea] mea *Q pr.* in mea *Π* in *Cicero* (*Non. ed. Quich.*) ‖ 31 *post* adfecta sunt *in ras.* q̃ (*sup. lin.*) p eum|adfecta sunt *X* ‖ 32 tradit *Π* ‖ (§ 8) *Cic. oecon. fr.* 21 *p.* 978 *Or.*[2]; 17 *p.* 310 *M.* ‖ oeconomico] *lac. rel. om. Z* occonomicis *Non.* ‖ 33 uvas] *om. Non.* uas φ ‖ uvas a sole] *e:* uasa sole *QZΠN* uasasol*e *X* ‖ uasa solemitcscere tempus *O* ‖ 34 mitiscere *v. l.* (= *Harl. m. alt.*) *ap. Non.* ‖

VI: *ad calcem lemmatis* VII *Z. Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 secundo] *om. QZ* ‖ erat ut in *QZ* ‖ 3 in] *om. Q* ‖ super] de *Π* ‖ haectore *X* ‖ (§ 1) 4 tullii *QZOΠN* ‖ que *X pr.* ‖ est] & *Q* = 7 *Π* ‖ 5 ″est ″error *Π* ‖ error est—quem] *ante* errorem *om. X* ‖ poscit *X* ‖ 6 aliquos (*ad* cognoscere *relatum*) *T pr.* ‖ OMHEOΥ *Z* ‖ 7 TOH *Z* TO* *X* TON *ΠNTx* ΓON *Y* ‖ (§ 2) .Quamobrem] quā ob rem *Y* ‖ tam admirabamur *Z* ‖ id] *om. X* ‖ 8 M.] in *Y* ‖ correptūq; *NY* correptū *T* ‖ 9 uel*abipso (l) *X* ‖ atirione *Q pr.* ‖ tyrone *ZX* tytone *T* cicerone *Π* ‖ 10 librū *X pr.* ‖ patrono (*propter* liberto *etc.*) *T* ‖ (§ 3) in eo libro scriptum *Z* ‖ 11 librū *X pr.* ‖ est apud *ONY* ‖ *Cic. de glor. lib.* II *fr.* 1 *p.* 989 *Or.*[2]; 9 *p.* 70 *B.-K.*, *p.* 331 *M.* ‖ *Hom. Il.* VII 89—91 ‖ poetam aiax *OY* paetamiax *Z* ‖ congredi*ens *X* ‖

grediens depugnandi causa agit, ut sepeliatur, si sit forte victus, declaratque, se velle, ut suum tumulum multis etiam post saeculis praetereuntes sic loquantur:

Hic situs est vitae iam pridem lumina linquens,
Qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense.
Fabitur haec aliquis, mea semper gloria vivet.

4 Huius autem sententiae versus, quos Cicero in linguam Latinam vertit, non Aiax apud Homerum dicit neque Aiax agit, ut sepeliatur, sed Hector dicit et Hector de sepultura agit, priusquam sciat, an Aiax secum depugnandi causa congressurus sit.

VII.

Observatum esse in senibus, quod annum fere aetatis tertium et sexagesimum agant aut laboribus aut interitu aut clade aliqua insignitum; atque inibi super eadem observatione exemplum adpositum epistulae divi Augusti ad Gaium filium.

1 Observatum in multa hominum memoria expertumque est, senioribus plerisque omnibus sexagesimum tertium vitae annum cum periculo et clade aliqua venire aut corporis morbique gra-
2 vioris aut vitae interitus aut animi aegritudinis. Propterea, qui rerum verborumque istiusmodi studio tenentur, eum aetatis annum appellant 'κλιμακτηρικόν'.

QZXOΠNTY

12 de pugnandi *ΠY* ‖ sepelliat̃ *Y* ‖ 13 velle] utile *T* ‖ 14 sic loquantur] *om. N* ‖ locantur *Q* ‖ 15 *sqq. in AL recepit PBurmann lib.* I *n.* CVI (I *p.* 89); *n.* 60 (I *p.* 15) *HM.* ‖ 16 haetoreo *X* hectorei *Π* ‖ pclusus *Z* = *Franeq.* (*non* perculsus, *quod inde affert Burm. l. l.*) percussus *PPithoeus epigramm. et poem. vett.* (*ed. Par.* 1590) *praetermissor. p.* 482 ‖ 17 hoc *X ex sil.* ‖ (§ 4) 18 quo *Z* ‖ latinam linguam uertit *O* latinam uertit linguam *TY* ‖ 20 ut sepeliatur—sciat] *om. X* ‖ sepelliatur *Y* ‖ hectore de sepulchra *Q* ‖ 21 Aiax] *om. X ? ς part., e* ‖ scđe pugnandi *Q* ‖ de pugnandi *ZTY* ‖ cassa *X pr.* ‖ sit Aiax: Ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα—οὔποτ' ὀλεῖται. (*versus Homerici supra l.*) ς *unus alterve* (*ante versus add.* Ὅμηρος - *s.* Homerus - ἐν τῷ Η) *e* (*add. in fine ut solent, versuum Homericorum versione Latina*) ‖

VII: VIII *post lemma Z. Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 aetatis] = *q:* aetate (*sic*) *Q* ‖ 4 atque] = *x:* atq;|atq; *X* ‖ 5 Caium *N* iagum *Π* ‖ (§ 1) 7 plerũq; *X* ‖ 8 morbi μ, *at v. h^va 70 sq.* ‖ 9 agratudinis *X pr.* ‖ (§ 2) 10 eum] cũ *Z* ‖ 11 ΚΛΕΙΜaΚΤΗΡΙΚΟΝ *XON:* ΚaΕΙΜaΚΤΗΡΤΚΟΝ *Z* aΛΕΙΜaΚΤΗΡΙΚΟΝ *T* aaΕΙΜaΚΤΝΡΙΚΟΝ *Y* cleimacterion *Π* ‖

3 Nocte quoque ista proxima superiore, cum librum epistularum divi Augusti, quas ad C. nepotem suum scripsit, legeremus duceremurque elegantia orationis neque morosa neque anxia, sed facili hercle et simplici, id ipsum in quadam epistula super eodem anno scriptum offendimus, eiusque epistulae exemplum hoc est:

IX. Kal. Octobris.

Ave, mi Gai, meus asellus iucundissimus, quem semper medius fidius desidero, cum a me abes. Sed praecipue diebus talibus, qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Gaium, quem, ubicumque hoc die fuisti, spero laetum et bene valentem celebrasse quartum et sexagesimum natalem meum. Nam, ut vides, κλιμακτῆρα communem seniorum omnium tertium et sexagesimum annum evasimus. Deos autem oro, ut mihi quantumcumque superest temporis, id salvis nobis traducere liceat in statu reipublicae felicissimo, ἀνδραγαθούντων ὑμῶν καὶ διαδεχομένων stationem meam.

QZXOΠNTY

(§ 3) 12 *a lin. litt. init.* N *rubra tamquam novum caput inc. T* ‖ Noctem *X pr.* ‖ *inde a* Cum *totum cap. descripsit A Weichert imp. Caes. Aug. scriptorum rell., epp.* IV *fr.* 18 *p.* 155 *sq.* ‖ 14 mor*sa *X pr.* ‖ 15 anxias (*propter sq.* s) *Z* ‖ facile *X pr.* ‖ 18 nono *Π* ‖ kl̄ *omnes* ‖ octobres *ON* octobr. *Y ex sil.* octob̓. *XΠT* ‖ 19 haue *ZON* ‖ migai *ZX* mígai *T* ‖ gaii *O pr. ut vid. Y* ‖ asellus] = '*v. c.*' *ap.* σ: agellus '*al. m.*' *ap.* σ assellus *XΠ* ocellus *Ph. Beroaldus ed. Bonon. a.* 1503 ‖ 20 desiderio *Q* ‖ a me] *om. Y* ‖ abest (. *T*) et *TY* abes et *q* abesset *QZ* ‖ 22 Gaium] = *x:* grauē *X* ‖ 23 fuistis peroletum (p oletū *Q*) *QZ* ‖ loetum *X pr.* ‖ ualente celebras sequar tum *X pr.* ‖ 25 ΚΛΕΙΜΑΚΤΗΡΑ *XN* ΚΑΙΜΑΚΤΗΡΑ *ZOY* cleimactera *Π* ‖ .Cōmunem *Z* ‖ 26 d̄os an *oro (oro *in ras.*) *Z* ‖ 27 mihi] *om. QZ* ‖ id] ut *Z* ‖ 28 salvis] salusti' *Y* ‖ uobis *OΠNTY* ‖ statu] *om. T* ‖ staturei. p. *X pr.* ‖ 29 ΑΝΔΡΑΓΑΘΟΥΝΤΩ *ON* ‖ ΑΝΔΡΑΓΑΟΥΝΤΩΝΜΩΝ *Z* ΑΝΔΡΑΓΑΘΟΥΝΤΩΥΜΑΝ *Π* ΑΝΔΡΑΓΕΟΥΝ|ΤΩΥΜΑΝ *X* ‖ ἀνδραγαθούντων— meam] *om. Y* .GR. *T* ‖ ΔΙΑΔΕΧΟΜΕΝΟΝ *O pr. Π* ‖ 30 stationem meam] *om. Π* ‖

VIIII.

Locus ex oratione Favoni, veteris oratoris, de cenarum atque luxuriae obprobratione, qua usus est, cum legem Liciniam de sumptu minuendo suasit.

1 **Cum legeremus orationem veterem Favoni, non indiserti viri, qua oratione * * * totum, ut meminisse possemus odio esse**

2 **hercle istiusmodi sumptus atque victus, perdidicimus. Verba haec, quae adposuimus, Favoni sunt: Praefecti popinae atque luxuriae negant cenam lautam esse, nisi cum lubentissime edis, tum auferatur et alia esca melior atque amplior succenturietur. Is nunc flos cenae**

QZXOΠNTY

VIII: *numerum om. Z;* § 2 *ab init. usque ad voc.* habere *lin.* 18 *exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 Favonii *v. d. in exempl. Salmasiano teste i ac sic tacite Mich. Virdungus comm. in Tac. Agr. ad calcem Agr. ed. MBernegger* (*Argent.* 1617) *p.* 137 (*M. scil. Favonii, Catonis Vticensis illius simiae, de quo cf. Drumann Gesch. Roms etc.* III 32 *sqq., Haakh in Pauly RE* III 437 *sqq.*) *prob. HMeyero ORF*[1] *p.* 184 *sqq., qui sententiam mutavit p.* 208 *et* 470[2], *AWestermanno hist. eloq. R.* § 70, 32 *p.* 218, *Fr. Ellendtio ed. Cic. Brut.*[2] *p.* 123; *intellegenda est lex Licinia-Pompeia sumptuaria a. u.* 699, *quam coss. Cn. Pompeius Magnus* II *et M. Licinius Crassus* II *promulgaverunt quidem, a qua tamen perferenda* - διανομοθετῆσαι - *monitu QHortensii destiterunt*): fauorini *libri* Fannii *PPithoeus* PAugurini *pessime i* ‖ orationis. (*ex* oratione *iterat.*) *Π* ‖ 3 obprobatione *Z* obprobriatione *X pr.* ‖ est] *** *Q pr.* ‖ cum] *om. QZ* ‖ suptū *X* sūpto *QZ* ‖ (§ 1) 5 veterem] *om. Vat.* 3452 *SGerm.* veteris *Scriverius* ‖ Favoni] *cf. lemm. lin.* 2: fauorini *libri; f.* (*post* m *in* ueterem) M. Favoni ‖ 6 qua oratione * * * totum] *lacunam coll. lemmate sic fere expleturus* legem Liciniam de sumptu minuendo suasit, atque inibi locum invenissemus de cenarum atque luxuriae obprobratione, eum locum *h:* qua oratione totum (totam *O ex sil. ?*) *libri* quam orationem totam *e, vg.* qua oratione usus est, cum legem Liciniam de sumptu minuendo suasit, *** totum (locum *HIMüller symb. ad emend. scr. Lat.* II *p.* 14 = *Festschr. . . . des Fr. Werd. Gymn. zu Berlin* 1881 *p.* 40) *h*ᶜ ‖ qua oratione totum ut meminisse possemus, — victus perdidicimus, verba haec, quae Favorini sunt, adposuimus *g* ‖ miminisse *Π* ‖ adio *Π* ‖ 7 ercle *X* ‖ atque—quae] *om. N add. n* ‖ (§ 2) Verba haec quae] uerbaq; *n PScriverius* verba quae *e* ‖ 8 Favoni] *cf. lemm. lin.* 2: fauorini *libri* (Favorini) *Scriverius* ‖ haec sunt *e* ‖ *M. Favonii fr. p.* 186 *sq. HM*[1], *Favorini fr. p.* 209 *sqq.*[2] ‖ 9 negan* *O* ‖ lauta *Q* ‖ nisi si cum *q* ‖ 10 lubendissime *X* libentissime *QZΠTY* ‖ ẹsca *Tx* ‖ 11 succenturi (enturi *in ras. Z*) et uris (eturis *Z*) nunc *QZ* ‖ flosca'enae *Z* ‖

habetur inter istos, quibus sumptus et fastidium pro facetiis procedit, qui negant ullam avem praeter ficedulam totam comesse oportere; ceterarum avium atque altilium, nisi tantum adponatur, ut a cluniculis inferiore parte saturi fiant, convivium putant inopia sordere, superiorem partem avium atque altilium qui edint, eos palatum parum delicatum habere. Si proportione pergit luxuria crescere, quid relinquitur, nisi ut delibari sibi cenas iubeant, ne edendo defetigentur, quando stratus auro, argento, purpura amplior aliquot hominibus quam dis inmortalibus adornatur?

IX.

Quod Caecilius poeta 'frontem' genere virili non poetice, sed cum probatione et cum analogia appellavit.

Vere ac diserte Caecilius hoc in Subditivo scripsit: 1

QZXOΠNTY

12 suptus *Q pr.* ‖ 13 faceciis *ΠYx* faceciis|is *X* facetris *Z* facetis *Q, ubi ab hoc voc. alius librarii manus inc.* ‖ negantulam *Z* ‖ 14 comes seoportere *Q pr.* ‖ 15 opponatur *Y* ‖ a] ad *Z* ‖ adunicul̄ *T* ad uniculis *Y* ‖ 16 inferiori *N* ‖ 17 sordene *Q pr.* sorde *Z* ‖ 18 edint] *om. Y:* edunt *Tx* ‖ .Eos *Π* ‖ eis (*f.* eos *i*) palatum hebere *g* ‖ palatum parum delicatum habere] parum delicatum *post* palatum *facillime excidere potuisse ratus h:* palatum (paulatū *T pr.* palatim *Z*) habere *libri* (= σ) palatum non (*de* haud *cogitabat i*) habere *e, vg.* ‖ *in* habere *h. l. expl. TY* ‖ 19 pergit luxuria crescere] *QZ* (luxuria pergit crescere x): crescit (*ex sq.* crescere *ortum*) luxuria crescere *XOΠN* ‖ 20 uti (*inter* nisi *et* delibari sibi) *ZXO* ‖ delibari] *q:* deliberari *QZ* delibrari *XOΠN* ‖ nee dendo *X pr.* ne ea dendo *Z* ‖ defatigentur *q* ‖ 21 quando] quem ad modum *HMeyer*[1] *l. l.* ‖ 22 aliquod *ZX* aliqua *tacite Scaliger ad Manil.* V *p.* 456 *ed.* 1600; *p.* 413 *ed.* 1655 '*an* aliquanto *?*' *HMeyer*[2] *l. l.* ‖ diis *QZΠ* ‖ dissimor|talib; *X* dissimilior|talib; *x* ‖

IX = *QZ in lemm., q in inscr. capitis, ubi* * (V) *Q* XVIIII *Z. Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 potice *X pr.* ‖ s; com(con *Q*)probatione *QZ* ‖ 3 analogiū *ut vid.* (*propter* cum) *X* ‖ (§ 1) 4 ac] *om. Q* ‖ disserte *T* ‖ h̄ (*i. e.* haec) *X* ‖ in] *om. XOΠN* ‖ *Caecilii Statii Hypobolimaei s. Subditivi fr.* V *p.* 49 *Ribb.*[2] *cf. Non. s. v.* frontem *p.* 204, 27, *qui tamen hos versus non hausit ex Gellio v. k* 35; *h ann. phil.* 85, 785; *satis corrupti exstant in florilegio cod. Mon.* 17210 *f.* 80 (*cf. praef.*), *unde descripsit LSpengel C. Caec. Stat. fr. p.* 27 ‖

Nam hi súnt inimici péssumi, fronte hilaro, corde tristi,
Quos néque ut adprendas néque uti dimittás scias.

2 Hos ego versus, cum de quodam istiusmodi homine sermones
3 essent, in circulo forte iuvenum eruditiorum dixi. Tum de grammaticorum volgo quispiam nobiscum ibi adsistens non sane ignobilis: 'quanta', inquit, 'licentia audaciaque Caecilius hic fuit, cum fronte hilaro, non 'fronte hilara' dixit et tam inmanem
4 soloecismum nihil veritus est?' 'Immo', inquam, 'potius nos et quam audaces et quam licentes sumus, qui 'frontem' inprobe indocteque non virili genere dicimus, cum et ratio proportionis, quae 'analogia' appellatur, et veterum auctoritates non 'hanc',
5 sed 'hunc frontem' debere dici suadeant. Quippe M. Cato in quinto originum ita scripsit: Postridie signis conlatis, aequo fronte, peditatu, equitibus atque alis cum

---

QZXOΠNTY

5 hii *Z* || pessimi inimici *T* || hilario (*ex v. l.* ri *et* ro *conflatum*) *Z* hylaro *X* || 7 Quos neque uti dimittas scias neque autem ut adprehendas *FVFritzsche de Graecis fontibus Terenti* II (*Rost.* 1862) *p.* 7 '*possis etiam* Quos neque ut adprendas tu scias neque ut mittas... (*vel* dimittas..)' *CDziatzko in senario iambico septenario insidenti offendentes, quod ad ipsum Caecilium magis quam ad G. mihi videtur spectare* || ut] *om. Y* aut *x* || apprendas x: ad(*s.* ap)pre(*s.* p̄)hendas *libri Gell. et Non. ceteri omnes* ad prebendas *Z* || uti dimittas] *LSpengel l. l. p.* 28: ut dimittas *excerpt. Monac.* ut (aut *x*) mittas *libri Gell.* uitare *libri Non. fere omnes* ut uitare *eiusd. Vrb.* 308 || (§ 2) 8 $\overset{o}{\text{g}}$ (*i. e.* ergo) *TY* || uersus ego *ΠX* || homine* (s *ut vid. cf. voc. sq.*) || 9 ciculo *Z* || eruditionū *Z* || (§ 3) 10 assistens ibi *TY* || īnobilis *Q* || 11 audiciaq; *X* || 12 hylaro *Y* || hylara *Y* || 13 soloecissimum *X* || (§ 4) imo *Z* || potius—audaces et quam] *post* inquam *om. Z* || 14 fronte *Y* || indocte queque *Z* || 15 uirile *Z* || cum] *om. Y* || 16 anologia *O pr.* || auctoritas *XON* || 17 debere] *om. TY* || suadebant *T pr.* || (§ 5) M.] * (a ?) *X* || *M. Porc. Cat. orig. lib.* V *fr.* 13 *p.* 26 *Iord.*; *fr.* 99 *p.* 86, *p.* 61 *ed. min. HPet.* || in quinta *OTY* inquito *x* in $\overset{i}{\text{p}}$mo *QZ* || 18 quinta origine *i* || post tridie *ZΠ* Post tri die *Q* Postridiae *X* || 19 $\overset{c}{\bar{\text{p}}}$(p *x*)ditatu aequitibus atque alis *X* peditatu peditibus atque alis *Q* peditatu, velitibus, atque alis *i* peditatu atque alis (peditibus *in Q* et equitibus *in rell. pro gloss. ad* peditatu *et ad* alis *coll. Cincio ap. G.* XVI 4, 1; *Serv. ad VA* IV 121; IX 604 *habens*) *h*ᵉ peditatu equitibusque alariis *ABormann lib.* I *fr.* 38 *p.* 10 *ed. Cat. orig. Brandenb.* 1858 || alis] = σ:

hostium legionibus pugnavimus. Recto quoque fronte idem Cato in libro eodem dicit'.

At ille semidoctus grammaticus: 'missas', inquit, 'auctoritates 6
facias, quas quidem ut habeas posse fieri puto, sed rationem dic,
quam non habes'. Atque ego his eius verbis, ut tum ferebat 7
aetas, inritatior: 'audi', inquam, 'mi magister, rationem falsam
quidem, sed quam redarguere falsam esse tu non queas. Omnia', 8
inquam, 'vocabula tribus litteris finita, quibus 'frons' finitur,
generis masculini sunt, si in genetivo quoque casu eadem syllaba
finiantur, ut 'mons', 'fons', 'pons', 'frons''. At ille contra re- 9
nidens: 'audi', inquit, 'discipule, plura alia consimilia, quae non
sint generis masculini'. Petebant ibi omnes, ut vel unum statim 10
diceret. Sed cum homo voltum intorqueret et non hisceret et
colores mutaret, tum ego intercessi et 'vade', inquam, 'nunc et
habeto ad requirendum triginta dies; postquam inveneris, repetes
nos'. Atque ita hominem nulli rei ad indagandum vocabulum, 11
quo rescinderet finitionem fictam, dimisimus.

X.

De voluntario et admirando interitu virginum Milesiarum.

Plutarchus in librorum, quos περὶ ψυχῆς inscripsit, 1
primo, cum de morbis dissereret in animos hominum incidentibus,

---

QZXOΠNTY

aliis = *ZY* (*cf. adn. praec.*) ‖ 20 pugnavimus] *QZ:* pugnauit ‖ fronte] *om. Y* ‖ *Cato orig. lib.* V *fr.* 14 *Iord.*, 100 *HPet. ll. ll.* ‖ (§ 6) 23 facies (*propter praec.* auctoritates) *Z* ‖ ut habeas] non habeas (*propter sq.* non habes) *Z* ‖ 24 qua *T* ‖ (§ 7) his] *om. Y* hiis *QT* usus *Z* ‖ cū *Q* tu *Y* ‖ 25 tas *Π* ‖ 26 quam] dam *X pr.* ‖ falsum *ZTY* ‖ ēet (*sq. sc.* t) *TY* ‖ .tū *Y* ‖ (§ 8) 28 **generis *X* ‖ quoque] *om. TY* ‖ causu *Q* ‖ 29 fons] *Π: om.* ‖ (§ 9) renitens *T et in mg. iteratum x* ‖ 30 audi] = *q:* aut (i *propter sq.* inquit *om.*) *Z et, ni* aut̄ *ibi fuit, quod satis dignoscere non potui, Q* ‖ discipulo *X pr.* ‖ 31 sunt *ZΠ* sit *N* ‖ (§ 10) homines *O* ‖ 32 intorqueret hō uoltum *Q* ‖ intor queret *X* ‖ hiesceret *TY* disceret *X pr.* ‖ et] *post* hisceret *om. Q* ‖ 34 tringinta *X* ‖ (§ 11) 36 res scinderet *Z* ‖ dimisim. *Z* ‖

X = *QZ in lemm. et q in inscr. cap., ubi* VI *Q* XI. *Z. Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 uontario *X pr.* ‖ nt̄itu *Z* ‖ (§ 1) 3 *Plut.* π. ψυχῆς *lib.* I *fr.* V *p.* 8 *Dübn.* ‖ ΠΕΡΙΥΥΧΗ. *Z* ‖ ΡΕΡΙΨΥΧΗCIN (*litt. tres extr. sup. lin. add. x*) scripsit *XOΠ* ΠΕΡΙΨCΧΗCIN scripsit. *Y* .ΠΕΡΙΨΥΧΗCIN. scripsit *T* ‖ 4 disseret (*haplograph.*) *Q* disserere *XT* ‖

virgines dixit Milesii nominis fere quot tum in ea civitate erant repente sine ulla evidenti causa voluntatem cepisse obeundae 2 mortis ac deinde plurimas vitam suspendio amisisse. Id cum accideret in dies crebrius neque animis earum mori perseverantium medicina adhiberi quiret, decrevisse Milesios, ut virgines, quae corporibus suspensis demortuae forent, ut hae omnes nudae cum eodem laqueo, qui essent praevinctae, efferrentur. Post id decretum virgines voluntariam mortem non petisse, pudore solo deterritas tam inhonesti funeris.

XI.

Verba senatusconsulti de exigendis urbe Roma philosophis; item verba edicti censorum, quo inprobati et coerciti sunt qui disciplinam rhetoricam instituere et exercere Romae coeperant.

1 C. Fannio Strabone, M. Valerio Messala coss. senatusconsultum de philosophis et de rhetoribus factum est: M. Pomponius

---

QZXOΠNTY

5 uirginis *T* uirginē *QZ* uirginum *h*ᵉ ‖ milesi in hominis *X* ‖ qđ *QZ* ‖ ciuitatem *X* ‖ 7 ac] ad (*sq.* d) *T* ‖ amississe *X* ‖ (§ 2) 8 in dies *ZN* ‖ 9 me|medicina (*prius* me *del. x*) *X* ‖ adiberi *Y* ‖ quiret] .cui rei *TY* cui res *Z* quisisset (*ob sq.* decrevisse) *Q* ‖ decreuis semilesios *X pr.* ‖ 10 demortuo *Q pr.* ‖ hec *Z* ęę *T* et *Y* ‖ 11 qui] *om. Q* quo *T* ‖ p̄cinctę *q* p̄cincto *ut vid. Q* ‖ efferentur *ZX pr.* offerrentur *Y* offerenť *T* ‖ 12 poetisse *X* ‖ *ante* pudore *in init. fol. novi spat. litt. initiali relictum, extr. cap. cum proxime insequente cap.* 12 *om. litt. init.* C *scriptura continua* funeris grachus *coniunctum Y* ‖ 13 tam] nam *Z* ‖ inonesti *X* ‖

XI: *inde ab* item *lemm. lin.* 2 XII *omnes, inde ab* Haec *cap.* § 2 *lin.* 20 XII *XOΠNq;* XII *in inscr. cap.* XIII *inde a l. l. Z* VII *et* VIII *iisdem locis Q* ‖ (*lemm.*) 3 īprobantur *Π* ‖ coherciti *ZΠ* ‖ 4 et] (*ante* ex) *om. Q* ‖ coeperunt *O pr.* ‖ (§ 1) 5 G* (. *ut vid.*) *Q* G *Z* ‖ faunio *Z* ‖ ualerionessala *X* ‖ Messala] = *x:* mesala *Z* ‖ cos.s. *Z* cōs. s. *Q* coñs. *Π* cos* *X* cōs *x* ‖ 6 et] ut *O pr.* ‖ etdere thorib; *X pr.* ‖ Latinis *post* rhetoribus (*s.* rethoribus) *add. libri, quod deest in ipso SC. lin.* 8 *et ap. Suet. de rhet. c.* 1, *ex cuius libris recentibus vv. ll. ad totum h. l. accurate ab AReifferscheid Suet. rell. p.* 119 *sq. descriptae sunt, unde pauca tantum excerpsi; h. l., nisi Gellii errorem statuere velis, veluti Baehrius HLR* I⁴ 55, 9; *Dirksenius opusc.* I 24, 14, *translatum videtur ex* § 2 *lin.* 17; *suspectum primum fuit Pighio ann. Rom.* II 410, *qui fort. pro* inquilinis *suppositum putat; eiecerunt certatim alii: CGHeyne opusc.* IV 425 *adn. d; FAWolf ad l. Suet. l.; IACvHeusde de Aelio Stil. p.* 28, 1; *FOsann ed. Suet. de gramm. et rhet. p.* 84 *sq. etc.* ‖ ponponi' *Q* ‖

praetor senatum consuluit. Quod verba facta sunt de philosophis et de rhetoribus, de ea re ita censuerunt, ut M. Pomponius praetor animadverteret curaretque, uti ei e republica fideque sua videretur, uti Romae ne essent.

2 Aliquot deinde annis post id senatusconsultum Cn. Domitius Ahenobarbus et L. Licinius Crassus censores de coercendis rhetoribus Latinis ita edixerunt: Renuntiatum est nobis, esse homines, qui novum genus disciplinae instituerunt, ad quos iuventus in ludum conveniat; eos sibi nomen inposuisse Latinos rhetoras; ibi homines adulescentulos dies totos desidere. Maiores nostri quae liberos suos discere et quos in ludos itare vellent instituerunt. Haec nova, quae praeter consuetudinem ac morem maiorum fiunt, neque placent neque recta videntur. Quapropter et his, qui eos ludos habent, et his, qui eo venire consuerunt, visum est faciundum, ut ostenderemus nostram sententiam, nobis non placere.

3 Neque illis solum temporibus nimis rudibus necdum Graeca
4 disciplina expolitis philosophi ex urbe Roma pulsi sunt, verum etiam Domitiano imperante senatusconsulto eiecti atque urbe et

---

QZXOΠN

8 et drethoribus *X pr.* || 9 uti *Π ex sil. ?* || pōponius *h. l. Q* || 10 uti] ut si *libri Suet. ap. Reiff. praeter Ottobon.* || uti ei e republica (re. p. *et* re .p. *libri*)] uti eicerentur *q* ut eicere pre *Suet. Ottobon.* || uti romane *x* utiro mane *X* || (§ 2) 12 aliquod *Z* aliquid *X* || possit dese natus consultu; *X* || id] in *Q* || .CN. *N:* gn. *et* gn̄ || domicius *Z* || 13 Ahenobarbus] *N cf. CIL* I 571; 1344; *Henzen ind. act. fr. Arv. p.* 185: aenobarbus *ZO* enobarbus *QXΠ* || decohercendis *x* deco ercendis *X* || cohercendis *ZΠ* choercendis *Q* || 14 edixerunt] = *Suet. Ottob.:* dixerunt *QΠ, Suet. rell.* || 17 re(rhe *x*)toris (*an* - res *?*) *X* || rethora sibi *Z* || hibi *X* || 18 desire *Z* || maioris (*an* - res = *rell. ?*) *N* || nr̄i|q; liberos *X* || 19 et quos in ludos itare] *post* re *om. Q* || lodos *Π pr.* || instituerent *X* || 21 maiorē (*ob* morem) *ZO* || 22 hiis *Z* || hiis *Z* hi *q* || 23 eos *X* || consuerunt] = *Suet. Vat.* 1862 *Ottob.:* consueuerunt *Π* (*ex sil.*) *Suet. Periz. Neap. Gud. Vat.* 1518 || facundū *Z* || 24 placere neque *N* || (§ 3) 25 nondum *Z* necnum *Q* || 26 expoliti (*propter* philosophi) *q* expositis *X* || expolitis exacti philosophi et ex (*cf. adn. sq.*) *i* || et ex *QZ* || (§ 4) 27 impertante *X* || urbi *X* ||

5 **Italia interdicti sunt. Qua tempestate Epictetus quoque philosophus propter id senatusconsultum Nicopolim Roma decessit.**

XII.

Locus ex oratione Gracchi de parsimonia ac de pudicitia sua memoratissimus.

1 C. Gracchus, cum ex Sardinia rediit, orationem ad
2 populum in contione habuit. Ea verba haec sunt: Versatus
sum, inquit, in provincia, quomodo ex usu vestro existimabam esse, non quomodo ambitioni meae conducere arbitrabar. Nulla apud me fuit popina, neque pueri eximia facie stabant, et in convivio liberi vestri mo-
3 destius erant quam apud principia. Post deinde haec
dicit: Ita versatus sum in provincia, uti nemo posset vere dicere, assem aut eo plus in muneribus me accepisse aut mea opera quemquam sumptum fecisse. Biennium fui in provincia; si ulla meretrix domum meam introivit aut cuiusquam servulus propter me

---

QZXOΠNTY

(§ 5) 28 epitetus *Q* || 29 senatusconcultum *Q pr.* || Nicopolim] *v. ll. a Zellero Ph. Gr.* III 1³, 738, 3 *ll.:* meopolim *Q* neapolim *q* ||

XII: XIII *in lemm. QZXOΠN, in cap. inscr. XOΠNq* XIIII. *Z* IX *Q. Exstat in TY; totum cap. descripsit HMeyer ORF*² *p.* 231 *sq.: C. Gracchi or. ap. censores in concione ad populum fr.* 4 || (*lemm.*) 2 exortione *X pr.* || pucitia *X pr.* || (§ 1) 4 C.] *om. QY* (*cf. c.* 10 *extr.*) G. *Tx* * (C. ?) *X* || exardinia *ZX pr.* || orationem] = *x:* orationā̃ (*i. e.* num) *X* || 5 contionē *ZT* concionē *QY* || (§ 2) Ea] *f.* eius *c* || sunt hęc *T* || 6 sum] sicut (sic̄ *sc. pro* sū̄) *TY* || prouintiā̃ *Y* || n̄ro *ZX* || 7 quodo *X pr.* || arbitrabar conducere *TY* || 8 .Nulla] nulla *T* || apuḷd *X* | pompina *X pr.* || 9 et] *om. Π* sed (*s.* s;) *NTYi f.* sed et *c* || 10 errant *X pr.* || principia] = 'ms. fideleque exemplar' (*N*) *ap. PVictorium VL* III 6 (principem *e*) || (§ 3) 11 uti] = *X:* ut *x ut vid., e* || possit x || 12 asse *Y* || eo] *f.* adeo *c* || 13 quempiam *N* (*ex sil.*) *c* || 14 Biennium] τριετίαν *Plut. C. Gracch.* 4, *unde aut eum corruptum aut h. l.* triennium *scribendum esse censet Lipsius AL* V 4; *explicare differentiam studet Pighius ann. Rom.* III 49 *cf. etiam* τ *d. Rechtsfrage zw. Caesar u. d. Senat p.* 28, 65 || fui] = σ: enim (ẽm *ed. mai.*) fui *utraque ed. Colon. a.* 1526 || pri(o *x*)***uincia *X* || ulla* *X* || 15 introibit *Z* || seruus *Z* || praeter *Π* ||

sollicitatus est, omnium nationum postremissimum nequissimumque existimatote. Cum a servis eorum tam caste me habuerim, inde poteritis considerare, quomodo me putetis cum liberis vestris vixisse. Atque 4
ibi ex intervallo: Itaque, inquit, Quirites, cum Romam profectus sum, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. Alii vini amphoras, quas plenas tulerunt, eas argento repletas domum reportaverunt.

XIII.

De verbis inopinatis, quae utroqueversum dicuntur et a grammaticis communia vocantur.

ʻVtorʼ et ʻvereorʼ et ʼhortorʼ et ʻconsolorʼ communia verba 1
sunt ac dici utroqueversus possunt: ʻvereor teʼ et ʻvereor abs teʼ, id est ʻtu me vererisʼ; ʻutor teʼ et ʻutor abs teʼ, id est ʻtu me uterisʼ; ʻhortor teʼ et ʻhortor abs teʼ, id est ʻtu me hortarisʼ; ʻconsolor teʼ et ʻconsolor abs teʼ, id est ʻtu me consolarisʼ; ʻtestorʼ quoque et ʻinterpretorʼ significatione reciproca dicuntur. Sunt autem verba haec omnia ex altera parte inusitata et, an 2
dicta sint in eam quoque partem, quaeri solet.

QZXOΠNTY

16 sollicitatus] *Q* (*Falsterus am. phil.* III 307): sollicitus *ZXOΠTY* solicitus *N* ‖ natorum *Lipsius elect.* II 3 hominum natorum *WBeloe* latronum *i* raponum *HNettleship transact. of the Oxf. philol. soc.* 1880—1881 *p.* 17; *journ. of philol.* XI 106 ‖ 17 nequisissimūq. (*per dittograph.*) *T* me nequissimumque *HIMüller l. c.* 8, 1 *l.; CDziatzko, in quod et ipse olim incideram* ‖ existimatote cū *T* ‖ 19 .Cum] *om. Z* cū *Y* ‖ (§ 4) 20 ex] *om. Π* ‖ atq; (*cf. lin.* 19) itaque *Z* ‖ 21 argenti∗ *X* ‖ ex prouinc(t *T*)ias *ZX pr. Ty* in prouincia *Q* in prouincias *q* ‖ 22 rettuli *O* retulli *X* ptuli *TY* ‖ ʻ*an* uino ?ʼ *c* ‖ anforas *x* amporas *O* anchoras *Π* inforas *X* ‖ 23 attulerunt *Trillerus ap. Falsterum l. l.* ‖ argenti *TY* ‖ plenas *XÓΠN* ‖

XIII: XIIII *in lemm. QZXOΠN, in inscr. capitis Z* (*ut in cap. praec.*) *XOΠNq* X *Q* ‖ (*lemm.*) 2 agramaticis *Z* ‖ 3 dicuntur (*ex lin.* 2 *iterat.*) *Π* ‖ (§ 1) 4 Vt oret *X pr.* ‖ ueror *Z* ‖ hortori consolor *Z* ‖ consolor.|Communia *Q pr.* ‖ cōmunio *X pr.* ‖ 5 ac] et *Q* ‖ nere orte *X pr.* ‖ *prius* te] *om. Z* ‖ 6 ab *N* ‖ id est tu me uteris] *e:* pro id factum *Q* id factum *ZXO* .id factum. *ΠN* ‖ 8 consulor *utrobique Z* ‖ (§ 2) 10 verba] *om. Π* ‖ 11 dita *X* ‖

3 Afranius in Consobrinis:

Hem istó parentum est vita vilis liberis,
Vbi málunt metui quám vereri se áb suis.

Hic vereri ex ea parte dictum est, quae est non usitatior.
4 Novius in Lignaria verbum, quod est utitur, ex contraria parte dicit:

Quia supellex múlta, quae non útitur, emitúr tamen,

5 id est ʻquae usui non est'. M. Cato in quinta origine: Exercitum, inquit, suum pransum, paratum, cohortatum
6 eduxit foras atque instruxit. ʻConsolor' quoque in partem alteram, praeterquam dici solitum est, scriptum invenimus in epistula Q. Metelli, quam, cum in exsilio esset, ad Cn. et ad L. Domitios dedit. At cum animum, inquit, vestrum erga me video, vehementer consolor et fides virtusque
7 vestra mihi ante oculos versatur. ʻTestata' itidem et ʻinterpretata' eadem ratione dixit M. Tullius in primo libro

---

QZXOΠN

(§ 3) 12 affranius *QZ* Afrannius *ON* Afrauis *X* ‖ consolobrinis (: *litt.* lo *spscr. o*) *XOΠ* ‖ *Afran. Consobr. fr.* I *p.* 170 *Ribb.*² ‖ 13 Em *ORibbeck* ‖ hemisto *Z* he-misto *X* hemusto *Q* ‖ vita vilis] *Lipsius VL* II 28: uitábilis *Q* uitabilis *rell.* ‖ 14 me cuiquam *Z* ‖ vereri se] uerisse *X* ‖ a *Z* ‖ 15 parte] patria *Z* ‖ quae] *Π* (*ex sil.*) *Gryph. a.* 1537: qua ‖ qua est non usitatius *ed. Colon. Hittorp. a.* 1526 qua est non usitatum *ORibbeck l. l.* ‖ (§ 4) 16 in Lignaria] *PLambecius prodr. p.* 73 *sq. coll. Prisc.* V § 41 *p.* 657 *P.:* in ligat archiam in lignariam *Q* inligat archa iam in lignariam *Z* in ligatarca *ON* (Liciniaria *n in mg.*) in ligatarcha *Π* in ligot tarca *X; erat cum* in Legataria *conicerem* (legatario *pro* Ligario *praebet pr. m. cod. Vind. N ap. Prisc.* XVIII § 297 *p.* 1209 *P.*) ‖ *Nov. Lignar. fr.* II *p.* 261 *Ribb.*² ‖ 18 suppellex *QZOΠx* sub pellex *X* ‖ .tam̄ id ē. *Q* ‖ 19 usui (*in mg.* ·/) *Z* ufui *X* ‖ (§ 5) .v. originum *Π* ‖ *Cat. orig.* V *fr.* 11 *p.* 25 *Iord.; fr.* 101 *p.* 86, *p.* 61 *ed. min. Pet.* ‖ 20 exercitu *Z* ‖ pratū *Z* ‖ paratumque cohortauit. *Π* ‖ cohertatū *X* cohartatū *x* & hortatum *Q* ‖ cohortatum eduxit] = *Z in ras.* ‖ 21 instru*it *Z pr.* ‖ (§ 6) consulor *Z* ‖ partem in *Π* ‖ 22 alteram] *om. Z* ‖ dicis olitum *Z* ‖ solitum, est in λ *cf. adn. sq.* ‖ scriptum invenimus] *om. XOΠN* ‖ 23 eplaeq; *X* ‖ que *Z* quę *Q* ‖ metell' *q* ‖ quam cum] quamquam *QZ* ‖ .CN. *N:* gn. *ct* gn̄. *et sim.* ‖ 24 domitium c̃. s̃. (*c.* 11, 2 *non satis accurate memor ?*) *q* ‖ animā *X pr.* ‖ 25 fides uirtus *Q* fides & uirtus *q* ‖ (§ 7) 27 intp̄ta**|ta (ta) *X* ‖ eadem] = *q:* itidem *Q* ‖ .M̃. TVL̃. *X* m. tull' *O* ‖ libro primo *Π* ‖

de divinatione, ut 'testor' 'interpretor'que verba communia videri debeant. Sallustius quoque eodem modo: dilargitis 8
proscriptorum bonis dicit, tamquam verbum 'largior' sit ex verbis communibus.

'Veritum' autem, sicut 'puditum' et 'pigitum', non perso- 9
naliter per infinitum modum dictum esse, non a vetustioribus tantum videmus, sed a M. quoque Tullio in secundo de finibus. Primum, inquit, Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum in ea voluptate, quae maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere.

'Dignor' quoque et 'veneror' et 'confiteor' et 'testor' habita 10
sunt in verbis communibus. Sic illa in Vergilio dicta sunt:

Coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo,

et:

cursusque dabit venerata secundos.

Confessi autem aeris, de quo facta confessio est, in XII 11
tabulis scriptum est his verbis: Aeris confessi rebusque

QZXOΠN

28 dedi uinatione *X* ‖ *Cic. de div.* I 40 § 87; I 25 § 53 ‖ (ut—debeant) *g* ‖ testaor *X* ‖ et interpretor. quae *Π* ‖ 29 uide*** (ant, *ut vid., ex* debeant *receptum*) *Q* ‖ (§ 8) Sallustius quoq; *X in ras.* ‖ *Sall. hist. lib.* I *fr.* 36, *fr.* 39 *ed. min. Kr.;* 31 *D.:* Igitur venditis proscriptorum bonis aut dilargitis (delargitis *codd. Scotici*) *Prisc.* VIII § 25 *p.* 797 *P.* ‖ 30 bonis] uerbis (*cf.* verba *lin.* 28 *et* verbum *et* verbis *sq.*) bonis *Q* urbis bonis *s.* uberibus bonis *i; al.* λ ‖ longior *Π* ‖ (§ 9) 32 pudicū *Q* ‖ pugitū *Z* ‖ *Cic. de fin.* II, 13, 39; *l. ex G. repetitus Macr. exc. Bob.* 35 *Gramm. Lat.* V 648, 6 *K.* ‖ 35 aristyppi *X* ‖ cyranaicorumque *O* (*X ?*) cyranaicorum *Π* (*X ?*) ‖ 36 uoluntate *Q* ‖ 37 maxime *Cic. cod. Morel.* ‖ somnū *X* ‖ (§ 10) *Hinc non pendet Non. s. v.* dignatus *et* dignari *p.* 281, 1; 286, 25 *M. cf. ann. phil.* 85, 724, 20; 786; *de eod. s. v.* venerata *p.* 188, 13 *cf. ibid. l. modo l. p.* 724, 20; *de G. in cap. eiusdem* VII *in usum non vocato ibid. et p.* 796 *sq.* ‖ 40 Sigilla in *QZ* Sic in *O pr.* ‖ Si(in λ)gillatim *i* ‖ Sic in Virgilio illa *XΠ* ‖ *Verg. Aen.* III 475 ‖ 41 Anchisae *et* Anchise *v. l. ap. Verg. et ap. Quint. IO* VIII 6, 42 *etc.* ‖ *Verg. Aen.* III 460 ‖ 43 dabis *Z* ‖ sacerdos *cod. Verg. Minoraug.* ‖ (§ 11) 45 est] *om. QZ, quod vix credo a rell. ex lin. praec. repetitum esse* ‖ XII *tabb. fr.* III 1 *p.* 234 *sqq.*, 726 *Dirksen Uebersicht etc.; p.* 122 *Schoell; p.* 19 *Bruns FIRA*[4]*; p.* 700 *Voigt cf. G.* XX 1, 45; *criticorum vetustiorum conatus cf. ap. Dirksenium p.* 234 *sqq.* ‖ rebus qui *X* ‖ (rebusque) - *et* XX 1, 45 (rebusque iure) *cf. adn. sq.; fortasse*

iudicatis XXX dies iusti sunto. Item ex isdem tabulis id quoque est: **Qui se sierit testarier libripensve fuerit, ni testimonium fariatur, inprobus intestabilisque esto.**

XIV.

Quod Metellus Numidicus figuram orationis novam ex orationibus Graecis mutuatus est.

1 Aput Q. **Metellum Numidicum in libro accusationis in Valerium Messalam tertio** nove dictum esse adnotavimus.
2 Verba ex oratione eius haec sunt: **Cum sese sciret in tantum crimen venisse atque socios ad senatum questum flen-**
3 **tes venisse, sese pecunias maximas exactos esse. Sese**

QZXOΠN

etiam in lege (iudicatis) - *RSchoell p.* 106, *ni coll. G.* XX 1, 42 *cum Salmasio de modo usur. c.* XVIII *p.* 818 *atque Oiselio malis* debitique, *sive ab ipso Gellio sive, quod praefert Schoellius, interpolatoris manu additum*; *merito obloquuntur Huschkius d. alte röm. Jahr etc. additam. G. p.* 361 *sq.; Brunsius l. l.* ‖ (que) *ASMazochius comm. in tab. Heracl. p.* 249, 53 ‖ 46 iure iudicatis *G.* XX *l. l. nec dubito, quin hoc quoque l. propter eandem utriusque voc. syllabam initialem* iure *ante* iudicatis *exciderit* ‖ iusti sunt o *Z* iusti sūpto *Q* iustis uno *X* ‖ .Item] itē *Z* ‖ hisdem *QΠN* iisdem *q* ‖ *post* tabulis 6 *fere litt. erasae O* ‖ XII *tabb. fr.* VIII 22 *p.* 607 *sqq.*, 736 *D.; p.* 149 *Sch.; p.* 31 *Br.;* II 4 *p.* 696 *V.; virorum doctorum coniecturas composuit Dirksenius p.* 608 *sqq.* (*cf. Schoellius l. l. et p.* 93, λ), *quas nec h. l. nec l. anteriore afferendas esse censui, quia nulla satis probabilis mihi esse videbatur* ‖ 47 Qui se sierit] *lac.* 10 *fere litt. Z* qui sec'ierit *Q* ‖ libri pensue *Z* libripetisue *Q* ‖ 48 ni] in *QO* ‖ fariatur] (= *Voigtius l. l., qui cf. adn.* 6), *quamquam interpretationem huius voc. indubitatam proferre nequeam, retinui, cum nec certam eius emendationem inventam esse censeam; explicare conatus est Bergkius philol.* 21, 591, *at cf. Schoellius p.* 93, *contra quem sententiam suam defendere conatus est Bergkius l. l.* 28, 464 *sqq.*, 22: fatiatur *satis speciose Schoell p.* 92 *sqq.* (*rec. Br.*); *erat cum de* pariatur *cogitarem, quod et ipsum multam dubitationem habere me non fugit* ‖ inprobus quibus intestabulisque *X* ‖ inprobus—esto] = VII 7, 3 ‖

XIV: XV *QZXOΠN in lemm., ZXOΠNq in inscr. cap.* XI *ibi Q* ‖ (*lemm.*) 2 figura *X pr.* ‖ ex orationibus Graecis] *praeeunte HStephano noct. Par. p.* 59 *sq. displicet Oiselio cf. c ad G. excurs.* III, *opusc. p.* 79 *sqq.* ‖ 3 mutuata *X* ‖ (§ 1) 4 Apud Q. *OΠNq:* Apudq; *Z* Ap̄que *X* Ap̄qui *x* Aput .p. *Q* ‖ 5 messalem *Q pr. Z* ‖ (§ 2) *Met. Num. orationum in Val. Messalam fr. ORF*[2] *p.* 276 *sq. HM.* ‖ noue *Π* ‖ 6 sese sciret] resciret *X* (*v. d. ap. WBeloe*) ‖ 7 quaestum *N* ‖ 8 sese—est] '*v. c.* se mamas

pecunias, inquit, maximas exactos esse pro eo quod est: 'pecunias a se esse maximas exactas'.

Id nobis videbatur Graeca figura dictum; Graeci enim dicunt: 4 'εἰσεπράξατό με ἀργύριον', id significat 'exegit me pecuniam'. Quod si id dici potest, etiam 'exactus esse aliqui pecuniam' dici potest, Caeciliusque eadem figura in Hypobolimaeo 5 Aeschino usus videtur:

Ego illúd minus nihilo éxigor portórium,

id est 'nihilominus exigitur de me portorium'.

XV.

'Passis velis' et 'passis manibus' dixisse veteres non a verbo suo, quod est 'patior', sed ab alieno, quod est 'pando'.

Ab eo, quod est 'pando', 'passum' veteres dixerunt, non 1 'pansum', et cum 'ex' praepositione 'expassum', non 'expansum'. Caecilius in Synaristosis: 2

QZXOΠN

exactos pecunias pro eo quod est' φ || maximas—*proximum* pecunias] *post* pecunias *om. Q* || maximas—a se esse] *ante* maximas *om. Z* || (§ 3) Sese] *add. h* || 9 inquit—pecunias] *post* pecunias *om. XOΠN* || maximas] *add.* ϰ || 10 a se esse] *h:* ēe *Q* a se *ZXOΠN* || (§ 4) 11 Id] id est *X* idē *x* || nobiuidebatur *Q pr.* || uidebetur *X* uidebitur *x* || Creci *X pr.* || indicant *X* || 12 ΕΙϹΕΠΕΡaʒaΤΟ *Z* || aΡΤΥΡΙΟΝ *XOΠ* || 13 aliqui] = *x:* aliquis *Q* aliquid *X* || (§ 5) *Caec. Stat. Hypobol. Aesch. fr. p.* 51 *Ribb.*[2]; *ex G. h. l. pendet Nonius s. v.* exigor *p.* 106, 23 *M. v. ann. phil.* 85, 717 || 14 hypoboli meo aeschinon *Z* hypolimeo ad eschi-|ñ *Q* || Aeschino (Excino *libri*) *Nonius, unde* Hypobolimaeo *aut G. errori tribuendum aut pro gloss. docti lectoris habendum esse opinatur WHGrauert hist. u. philol. Analekten p.* 79, *at cf. Fr. Ritschl parerg. p.* XIV *sq.* || 16 nih(ch *Π*)il *XΠ* nilo *coll. Lachmanni ad Lucr.* I 159 *comm. Fleckeisenus z. Krit. etc. p.* 36 *sq., quem suo iure secutus est Ribbeckius; num G. ita scripsisset, in incerto relinquendum esse videbatur* || 17 ni|hillo minus *X* || exigitur] *om. QZ* ||

XV: XVI *in lemm. ZXOΠNq, in inscr. cap. ZXOΠN* XII *Q* || 2 a] ad *X* || (§ 1) 4 passum] = *x:* possum *X* || 5 pansum] = *q:* possum *Q* || cum] eū *Q* || ex] *Q: om. rell., ut in archet. ante* expassum *excidisse opineris* || (§ 2) *Caec. Stat. Synaristos. fr. p.* 68 *Ribb.*[2] || 6 Caecilius inaristosis (aristoteris *Basil.*)*:* Heri uero prospexisse eum (se eum *Paris. opt.*) ex tegulis *codd. Non. s. v.* passum *p.* 370, 8, *qui h. l. non ex G. hausit; Probum utriusque fontem fuisse probabile reddidit k* 86 *sq. cf. h ann. phil.* 85, 781, 22; 788 || sinaristosis *XΠ* || sinaristos ischeri *QZ* ||

Heri véro prospexísse eum se ex téguli s,
Haec núntiasse et flámmeum expassúm domi.

3 'Capillo' quoque esse mulier 'passo' dicitur, quasi porrecto et expanso, et 'passis manibus' et 'velis passis' dicimus, quod significat
4 'diductis' atque 'distentis'. Itaque Plautus in Milite glorioso, a littera in e mutata per compositi vocabuli morem dispessis dicit pro eo, quod est 'dispassis':

Credo égo istoc exempló tibi esse péreundum extra pórtam,
Dispéssis manibus pátibulum cum habébis.

XVI.

De novo genere interitus Crotoniensis Milonis.

1 Milo Crotoniensis, athleta inlustris, quem in chronicis scriptum est Olympiade quinquagesima coronatum esse, exitum habuit

---

QZXOΠN

7 prospexe x ‖ eum se] *libri* (*e*): eumce x eumpse *Bergkius ann. phil.* 101, 833 *sq.* (*op.* I 395), *ORibbeck adn.**, *recte, opinor* ‖ 8 Haec] *sup. lin. add. π* ‖ Et nuntiasse *Bergkius l. l.* ‖ Ecnuntiasse et *probabiliter, ut arbitror, Ribbeckius l. l., quod et ipse olim adscripseram* ‖ nunt(c *al.*)iasse et] *e:* nunt(c *Q*)iasset *QZXN* nuntiasset. *OΠ* ‖ expansum *X* ‖ domi] = *q, ut vid., correctione non dilucida:* dn̄i (*i. e.* domini) *QZ* ‖ .] *om. Z* ‖ (§ 3) 9 capillo *Z* ‖ mulier esse *Π* ‖ dicitur—expanso] *post* passo *om. Q, sup. lin. add. q* ‖ 10 passis uelis *Z* ‖ 11 deductis *QZ* ‖ diductis atque] = *x:* diductisq; *X* ‖ (§ 4) plauctus *q* pla*ctus (n *ut vid.*) *Q* ‖ *Plaut. mil. glor.* II 4, 6 (*v.* 359 *R.*) *sq.* ‖ īmilite *X* ‖ grorioso *x* groriosa *X* gloriosus *Z* ‖ 12 a] *om. X:* ·s· *in mg. x* ‖ dispassis *N* ‖ 13 eo] *om. QZ* ‖ dispassis] = *N* ‖ 14 esse pereundum] *ex Plauti Ambrosiani vestigiis FRitschl et in ind. lect. aest. Vrat. a.* 1839 *p.* 4 *c. adn. p.* 6, *Bonn. a.* 1842 *p.* IX (*opusc.* II 383 *sq.*) *et in ed.:* esse eundum (. eundum *Π*) *libri Gelliani, certe non excepto O, in quo* actutum, *quod ex Plauti codd. in edd. Gellianas inde a x irrepsit, deesse Dresselius non enotavit, ego ab eo non enotatum esse non animadverti* ESSE*ERIUNI** (*litt.* IU *mancis, sed omnino certis*) *Plauti Ambros.* esse eundum actutum *Plaut. Decurt.* esses (esse *m. alt.*) eundē actutum *Plaut. Vetus* ‖ si extra portam est (= ē *Vet.*) *Plaut. Palat. uterque* (*in A post* extra *satis perspicuum in hoc v. nihil dignosci poterat*) ‖ 16 Dispessis] = *N:* DISPENSIS *Plaut. Ambr.* dispersis *Palatini* ‖ quom *Pl. Vet.* ‖ abʰebis *x* ab edis *X* ‖

XVI: XVII *QZXOΠN in lemm., ZXOΠNq in inscr. cap., ubi* XIII *Q. Exstat in TY* ‖ (§ 1) 3 Milio *Z* ‖ chrotoniensis *t* chrotonensis *T* cratoniensis *x* crato m̄sis *X* ‖ atleta *Z* adletha *Q* ‖ quem in] = *x:* quę¦*ni* *X* ‖ cronicis *QZΠ* ‖ 4 olimpiade *TY* olypiade *Q* ‖

e vita miserandum et mirandum. Cum iam natu grandis artem 2
athleticam desisset iterque faceret forte solus in locis Italiae silvestribus, quercum vidit proxime viam patulis in parte media
rimis hiantem. Tum experiri, credo, etiam tunc volens, an ullae 3
sibi reliquae vires adessent, inmissis in cavernas arboris digitis, diducere et rescindere quercum conatus est. Ac mediam quidem
discidit divellitque; quercus autem in duas diducta partis, cum 4
ille, quasi perfecto quod erat conixus, manus laxasset, cessante vi rediit in naturam manibusque eius retentis inclusisque stricta denuo et cohaesa, dilacerandum hominem feris praebuit.

XVII.

Quam ob causam nobiles pueri Atheniensium tibiis canere desierint, cum patrium istum morem canendi haberent.

Alcibiades Atheniensis, cum apud avunculum Periclen puer 1
artibus ac disciplinis liberalibus erudiretur et arcessi Pericles Antigenidam tibicinem iussisset, ut eum canere tibiis, quod

---

QZXOΠNTY

quinquagesima] I *sc. ex* L *corrupta Salmasius exerc. Plin. in Sol.* (1629) I *p.* 38ª *ed. a.* 1689: prima *fere omnes; om. SGerm. Vat.* 3452 ‖ 5 e] *om. XOΠN* ‖ uitac *Πx* ‖ miserae. Vidit (*lin.* 7), *med. om. Π* ‖ (et mirandum) *Oiselius* ‖ (§ 2) Cum] eum *Q pr.* ‖ artemq. (*propter sq.* iterque) *TY* ‖ 6 dedisset *ZT pr. Y* ‖ itemq; *O* .Itemq; *X pr.* (*propter* artem) ‖ forte faceret *T* ‖ 8 rimis] *Guil. Ranchinus VL* (1597) I 5: ramis ‖ hyantē *Q* ‖ hiamtentū experiri *Z* ‖ (§ 3) expriri *X* ‖ tū *TY* ‖ an nullę *Y pr.* ‖ 9 reliquię *X pr.* ‖ inmissis] *om. TY* ‖ in] *om. Z* ‖ cauernis (*praec.* inmissis, *sq.* arboris digitis) *QZ* ‖ 10 diducere] *XOΠNTY* (= *Ovid. Ib.* 607; *cf.* discidit divellitque *lin.* 11; insertisque manibus divellere *Val. Max.* IX 12 *ext.* 9): reducere *QZ* (*sq.* rescindere) ‖ quercum] *om. T* ‖ quidem] *Ranchinus l. l.:* quidem partem (*cf.* partis *lin. sq.*) ‖ 11 partis] *Z:* partes ‖ (§ 4) 12 conixsus *Q* ‖ laxas s; *Z* ‖ .Cessante *X* ‖ cessante vi] cessant *sq.* 6 *fere litt. ras. Z* eui *Q* e vi *i Longolius* ‖ 13 que] *om. T* ‖ 14 et cohaesa] ad *TY* ‖ eohesa *Q* ‖

XVII: XVIII *QZXOΠN in lemm., ZXOΠNq in inscr. cap., ubi* XIIII *Q. Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 causa *X* ‖ athenientium *Q* ‖ desierant *Π pr.* ‖ 3 patrium] = *x:* patriae *X* ‖ *canendi (l) *X* ‖ (§ 1) 4 Alchibiades *Π* Alcipiades *x* ‖ auungulum *T pr.* ‖ perichlen *TY* ‖ 5 artibus adisciplinis *Y* ‖ arcessitū *x* accersiri *TY* ‖ 6 Antigenidam] = *n, litt.* nidam *in mg. add.:* antigenida *Y* attigenidam *T* atti .gen*dam (e) *X* antigemū tū uide (*ex* honestissimum tum videbatur *lin. sq. praecept.*) *N* ‖ tibi**nem (ce) *X pr.* ‖ iussisset tibicinem *TY* ‖ eum] *om. T* ‖

honestissimum tum videbatur, doceret, traditas sibi tibias, cum ad os adhibuisset inflassetque, pudefactus oris deformitate,
2 abiecit infregitque. Ea res cum percrebuisset, omnium tum
3 Atheniensium consensu disciplina tibiis canendi desita est. Scriptum hoc est in commentario Pamphilae nono et vicesimo.

XVIII.

Quod pugna belli civilis victoriaque Gai Caesaris, quam vicit in Pharsaliis campis, nuntiata praedictaque est per cuiuspiam remigis vaticinium eodem ipso die in Italia Patavi.

1 Quo C. Caesar et Cn. Pompeius die per civile bellum signis conlatis in Thessalia conflixerunt, res accidit Patavi in transpadana
2 Italia memorari digna. Cornelius quidam sacerdos, et loco nobilis

---

QZXOΠNTY

49 plura nequam *Q* ‖ diiuncta *ΠNɔ* adiuncta *XO* ‖ 50 impugnabunt *Π* ‖ sunt] ·ſ̄ed (ed *litt. male non deletis*) *x* ſed *X* ‖ 51 se *QZ* ‖ diiunctum *X pr. ΠNoɔ* iunctum *O* ‖ appella****|tur *X* ‖ 52 ΠΑΡΑ-ΔΙΕΖΕΙΓΜΕΝΟΝ *X* ΠΑΡΑΑΙΕΖΕΙΓΜΕΝΟΝ *Z* ‖ quo quae] quo *x* quoque *ut vid. X* ‖ sunt non *Π* ‖ 53 : aut] ut *Q* ‖ *alt.* aut] & *Q* ‖ ip̃a*** (ip̃a) *Q* ‖ 54 sese *X* ‖ igpugnant *Q* repugnant *e* ‖ 55 inter—contraria] *post* contraria *om. X* ‖ 56 contrarie dicuntur *QZ* ‖ 57 posses *Π* ‖ (§ 15) 59 iam] *om. X* ‖ (§ 16) 60 est] = *z: om. X* ēe *Z* ‖ 61 *a* Dialect(let Y)icae (*sic*) disciplinac *inc. TY* ‖ 62 et] ac *QZ* (*cf. v. l.* I 13, 9) ‖ 63 *post* aliquantum *sqq. om. Y cf. praef.* ‖ tpris processeris *Π* profeceris *T* ‖ 64 sequetur *XOΠN* ‖ (§ 17) 65 nisi] *om. XO* si *sq.* 2 *fere litt. spat. vac. N* ‖ si modum non feceris *e* ‖ medio creerit *X* ‖ 66 ne] nec *Q* ‖ i t. *T* ‖ giris *XOΠNo in mg.* cyris *QZ* ‖ 67 apresirenios *X* ‖ syrenios *ON* syrenicos *Π* serenios *T pr.; ex h. l.* scopulos Sirenios *sumpsit Amm. Marc.* XXIX 2, 14 (*v. Herm.* 8, 293), *unde immerito* Sirenaeos *huc illaturus erat Falsterus supplem. l. L. p.* 321[a]; *am. phil.* III 321 ‖

IX.

Quid significet verbum in libris veterum creberrime positum 'susque deque'.

1 'Susque deque fero' aut 'susque deque sum' aut 'susque deque habeo' - his enim omnibus modis dicitur - verbum est ex hominum doctorum sermonibus. In poematis quoque et in
2 epistulis veterum scriptum est plurifariam; sed facilius reperias qui id verbum ostentent quam qui intellegant. Ita plerique nostrum, quae remotiora verba invenimus, dicere ea properamus,
3 non discere. Significat autem 'susque deque ferre' animo aequo esse et quod accidit non magni pendere atque interdum neglegere et contemnere, et propemodum id valet, quod dicitur Graece
4 'ἀδιαφορεῖν'. Laberius in Compitalibus:

. núnc tu lentu's, núnc tu susque déque fers;
Matér familias tua ín lecto adversó sedet,
Servós sextantis útitur nefáriis
Verbís.

QZXOΠNT

IX = VIIII *Z in lemm.* X *rell. in lemm., omnes in inscr. cap. Exstat in T* ‖ (*lemm.*) 2 uoque *ZXO* ‖ (§ 1) 4 S] *litt. init. = q;* ƀ *Q* ‖ aut susque deque sum] *add. h coll.* § 5 *sq.; in sqq. post* § 4 *aut in fine deest fort. exemplum ad* susque deque habeo *pertinens; num Plaut. Amph.* III 2, 5 (*v.* 886 *Fl.*) Atque id me susque deque esse habituram putat, *unde hausit glossar. Plaut. vol.* II *p.* 59 *Priscian. ed. h. ?* ‖ aut] *om. ZT* ‖ 5 hiis *Z* ‖ omnibus] duobus *mg. Gryph. a.* 1537 (*atque id fere significat* '*V. C.*' *a PScriverio l.*) ‖ 7 veterum] = *t:* uentorum *T* ‖ (§ 2) repperies *Π* ‖ 8 qui id] quiḍ *X* id qui *T* qui *QZ* ‖ 9 querere mo*-tiora (r) *X pr.* ‖ remoti ora *Q pr.* ‖ (§ 3) 10 fero *t* ‖ aequo animo *Π* ‖ 12 contempnere *QXΠT* contepnere *Z* ‖ 13 ΜΙaΦΟΡΕΙΝ *Z* ‖ (§ 4) *Laber. Compital. fr.* I *p.* 283 *R*² ‖ 14 A *vel* Em *vel aliam interiectionem ante* Nunc *excidisse, alterum* nunc *spernens, censet ORibbeck* ‖ Nunc tu lentescis *Bothius PScL* VI 210 ‖ tu lentu's] *Fleckeisenus:* tu lentus es (est *T pr.*) *libri* lentus tu es *IScaliger castig. ad Fest. recogn. et auct. p.* CLIV ‖ nun *O et sq.* 2 *fere litt. spatio N* .non *X* ‖ fer *Q pr.* ‖ ;] (*non* fers, *quod non recte enotavit Ribbeckius*) *om. Z* ‖ 15 sanatur familiã tua* (˜) *Q* ‖ tua] = *T, quo Ribbeckius rettulit* tuo *lectionem cod. SGerm.* 1185 (ς) ‖ sed & *Q* ‖ (. *Π*) sed (*s.* s;) et seruos (ser uos *X*) *ZXΠN* ‖ sedet seruos. Sex tantũ *T* ‖ 16 Seruis sex tantis, vernulis nefariis. *IScaliger l. l.* ‖ sex tantis *ZO* ‖ utitur nefariis Verbis] *Bothius:* uerbis nefariis utitur ‖ '*forte:* uerpis nefariis' σ (*om.* φ) ‖

M. Varro in Sisenna vel de historia: Quod si non horum omnium similia essent principia ac postprincipia, susque deque esset. Lucilius in tertio: 5 6

Verum haec ludus ibi susque omnia deque fuerunt,
Susque et deque fuere, inquam, omnia, ludus iocusque;
Illud opus durum, ut Setinum accessimus finem:
Αἰγίλιποι montes, Aetnae omnes, asperi Athones.

X.

Quid sint 'proletarii', quid 'capite censi'; quid item sit in XII tabulis 'assiduus'; et quae eius vocabuli ratio sit.

Otium erat quodam die Romae in foro a negotiis et laeta quaedam celebritas feriarum, legebaturque in consessu forte con- 1

QZXOΠNT

(§ 5) 18 in] '*f.*' (*sic* ϛ) *del.* σ ‖ deistoria *T* ‖ *Varr. logistor. Sisennae de hist. fr. p.* 325 *Bip. p.* 256 *AR.; senariis includere temptavit Th. Roeper philol.* 9, 278 ‖ quid *QZOΠ* ‖ horum omnia (*sq.* similia *et* principia) *X* omnino (horum *om.*) *ex* β ϰ *AL* II 15 ‖ 19 principa *Z* ‖ ac postprincipia] = ϰ: ac (hac *T*) post principia *ZXT*ꝩ *teste* ϰ *l. l.; om. e* ‖ (§ 6) *Lucil. sat. lib.* III *fr.* VII *p.* 12 *LM., v.* 75 *sqq. p.* 10 *L.* ‖ 21 ibis usq; *Z* ‖ 22 et] *om. T, del. Vargesius Luc. sat. q. ex lib.* III *ss. p.* 4; 15 *sq.* haec *FDousa, non improb. Vargesio, si* haec *in v. priore deleatur* ‖ et—opus] *om. X* ‖ iocus quę *Q* ‖ 24 dirum *Π* ‖ sedinū *QZ* sed in quē *T* ‖ fines *FDousa, Oiselius, at v. modo g ad Liv.* XXXV 27, 9 ‖ 25 Αἰγίλιποι] *HGiphanius in Mureti epp.* I 74 (*a.* 1569); *Th. Canterus VL* (*Antverp.* 1574) II 8 *cf. GLoewe prodr. gloss. p.* 337 *sq.:* aiгiaпoi *Z* aiгiaiвoi *T teste i* aiпiΛiпoi (aiпiΛiпoг *Π*) ait (. ait *N*) *ex v. l.* aiг *ut arbitror ortum XOΠN* '*v. c.* αἰπύλιπον' σ αἰπύλοφοι *Vargesius* αἰγίλιπες *CMFrancken coni. crit. in C. Lucil. lib. dec.* I *p.* 10 GR. *Q* ‖ Montes *QZ* ‖ aethnae *Z* ethne *Q* ‖ ethnae aperiathones *Π* aetenea periathones *X* ‖ omnes] *om.* σ (*cf. adn. praec.*) omne *Z* ocres *GLoewe comm. phil. semin. Lips. a.* 1874 *p.* 240 *sq.* ‖ aperi *ON* ‖ asperiat. hones *Z* asperiait hon(f)es *T* apia houes (h *ex* b *aut in* b *corr.*) *Q* ‖

X = *Z in lemm.;* XI *ibi rell., in cap. inscr. omnes. Adhibuit Nonius s. v.* proletarii *p.* 155, 19 *M. cf. h ann. phil.* 85, 717; 719; *ad G. non puto referenda esse extrema verba art.* proletarii *ap. eund. p.* 67, 18 *v. l. l. p.* 716; *ad eum retulit HKettner M. Ter. Varr. de vit. p. R. p.* 22, 8, *ad dictum Varronis proxime praecedens suo iure, ut arbitror, Luc. Müller ann. phil.* 97, 429 *sq.* ‖ (*lemm.*) 2 prolaetari *X* prolaetarii *x et sic passim in sqq. ON* ‖ fit *Z* ‖ 3 adsiduus *QXN et sic libri passim, cf. tamen etymologiam* § 15 ‖ qua *Z* ‖ uocaboli *X pr.* ‖ (§ 1) 4 di eroma *X* ‖ 5 cęlebritas *Π* ‖

plurium E n n i liber ex annalibus. In eo libro versus hi fuerunt:

Proletarius publicitus scutisque feroque
Ornatur ferro; muros urbemque forumque
Excubiis curant.

2.3 Tum ibi quaeri coeptum est, quid esset 'proletarius'. Atque ego, aspiciens quempiam in eo circulo ius civile callentem, fami-
4 liarem meum, rogabam, ut id verbum nobis enarraret, et, cum illic se iuris, non rei grammaticae, peritum esse respondisset: 'eo maxime', inquam, 'te dicere hoc oportet, quando, ut praedicas,
5 peritus iuris es. Nam Q. Ennius verbum hoc ex duodecim tabulis vestris accepit, in quibus, si recte commemini, ita scriptum est: Assiduo vindex assiduus esto. Proletario iam
6 civi quis volet vindex esto. Petimus igitur ne annalem nunc Q. Ennii, sed duodecim tabulas legi arbitrere et, quid

---

QZXOΠN

legebatur que *Z* ‖ in] hinc (*sq.* c) *Q* ‖ c̄plimū *Q* ‖ 6 ennii *Qx* ‖ annali *Nonius* annalibus III *ei* annalibus VI (UI *ante* in *aeque facile excidere poterat ac* III) *proponerem, nisi ap. Non. etiam numeri mentio deesset* ‖ hii *ZXΠ* ‖ 7 fuere *N pr.* ‖ *Enn. ann. lib.* VI (*v. p.* XLIX *sqq.*) *fr.* IX *p.* 31 *V.;* Proletarius—Ornatur (*cf. v. l.*) *exhibet Non. l. l.* ‖ 8 proletariut *et* proletari (*et* rii) ut *libri Noniani* ‖ plubicitus *X pr.* publicitus iam *QZ* ‖ scutisque] *Iunt.:* scutaque *codd. Non.* sicuti isque *ZXONσ* sicut iisque *Π* si uti is q; *Q* ‖ feroque sicuti isq; feroque (*vocc. male geminatis*) *QZ* ferique *codd. Non.* ‖ 9 ornatus *codd. Non.* ornantur *Ob. Gifanius in Lucr. conlect. s. v.* fera tela *p.* 336 *ed. Lucr.* (*Antverp.* 1566) ‖ mur' *QZ* ‖ muro surbemque *X* ‖ 10 Excubiis] = *x:* excubis *ZX pr. ON* ‖ curat *Gryph.* 1542; *f.* curans *i* ‖ (§ 2) 11 ubi *X* ‖ quaeri coeptum] quesitū *Q* ceptū *Z* ‖ ceptum *XΠ* ‖ (§ 3) 12 quē piam *X* ‖ iusci uile *X* ‖ 13 nobis] *om. Π* ‖ (§ 4) 14 ille *XOΠN* ‖ (§ 5) 16 Nam Q.] ς (*Barb. A.*) ϰ: namque (quę *X*) *libri* ‖ hennius *Q pr. X* enniū *Z* ‖ 17 re**e (tr ?) *X pr.* ‖ *Leg.* XII *tabb.* I 4 *p.* 154 *sqq. D.; p.* 116 (*cf. p.* 75) *Sch.; p.* 17 *Br.;* III (*cf. Exnerus Ztschr. f. Rechtsgesch.* 13, 392; *Demelius act. fundat. Savin.* 2, 6 *Rom.*) 2 *p.* 701 *V.* ‖ 18 assiduo] *Π* ‖ assiduus] *XΠ* ‖ ∻ proletario *Q* est oleatorio *Z* ‖ iam civi] *om. XOΠN* ‖ 19 quis] *RSchoell* (*rec. Br., V.*)*:* cui (. cui *X*) quis *Q* (*sic*) *ZXOΠN* cui quiuis σ (quoi queivis *FVrsinus ex vetustissimo ut ait, Agellii libro not. ad AAugustini lib. de legg.: Graev. thes. AR.* II 1360)*; al. v. ap. Schoellium* ‖ est opetimus (opetimus *in ras.*) g (i) *Z* ∻ opetimus. Igitur *Q* ‖ (§ 6) 20 quennii *X* qui ennii *Z* ‖ tabulis *X* ‖

sit in ea lege ʻproletarius civisʼ, interpreterеʼ. ʻEgo veroʼ, inquit 7
ille, ʻdicere atque interpretari hoc deberem, si ius Faunorum et
Aboriginum didicissem. Sed enim cum ʻproletariiʼ et ʻassidui 8
et ʻsanatesʼ et ʻvadesʼ et ʻsubvadesʼ et ʻviginti quinque assesʼ et
ʻtalionesʼ furtorumque quaestio ʻcum lance et licioʼ evanuerint
omnisque illa duodecim tabularum antiquitas, nisi in legis actionibus centumviralium causarum lege Aebutia lata consopita sit,
studium scientiamque ego praestare debeo iuris et legum vocumque earum, quibus utimurʼ.
Tum forte quadam **Iulium Paulum**, poetam memoriae 9
nostrae doctissimum, praetereuntem conspeximus. Is a nobis 10
salutatur, rogatusque, uti de sententia deque ratione istius vocabuli nos doceret: ʻqui in plebeʼ, inquit, ʻRomana tenuissimi pauperrimique erant neque amplius quam mille quingentum aeris in censum deferebant, ʻproletariiʼ appellati sunt, qui vero nullo aut perquam parvo aere censebantur, ʻcapite censiʼ vocabantur, extremus autem census capite censorum aeris fuit trecentis septuaginta quinque. Sed quoniam res pecuniaque familiaris obsidis 11
vicem pignerisque esse apud rempublicam videbatur amorisque in patriam fides quaedam in ea firmamentumque erat, neque proletarii neque capite censi milites, nisi in tumultu maximo, scribebantur,
quia familia pecuniaque his aut tenuis aut nulla esset. Prole- 12
tariorum tamen ordo honestior aliquanto et re et nomine quam

QZXOΠN

21 civis] quis *X* || (§ 7) 22 ille] *om. XOΠN* || in terra et dari *QZ* || ius] quis *X* || 23 ab originū *Z* || (§ 8) se *X* || cum] *e:* quam *libri* (σ) quia λ || assidui] *QZΠ* || 24 udes *Z* uade *X* || subuade *Z* || 25 furtorum quae *XO* futoꝝ quae *N* futurorumq; *Z* || litio *Z* lincio *X pr.* || 27 centum uir alium *X* || ebutia *XOΠ* || ebutialala cum sopita *Z* ebucialala·cum sopita** (so ?) *Q* || 28 ego] *om. Z* || (§ 9) 30 quadam] *sup. lin. add. x* quedam *q* || (§ 10) 31 Is a] Ita *Z* || 32 salutatus *q* salutate *X* || rogaturque ut *Π* || huius *Π* || 33 diceret *O pr.* || pleb; *Q pr.* || tenuissini *Z* || 34 quimgentum *X pr.* || 35 ꝑletari *Z* || 36 capite censi vocabantur] *post* censebantur *om. X* || 37 trecentis] = tis *sup.* ccc *add.* σ: ccc *e* trecenti *i* || 38 quinque] *om. Π* || . quinque s; *Z* || (§ 11) ꝑcuniaq; *X pr.* || f*miliaris *X pr.* || 39 pugnerisq; *Z* || rem p. (*s.* .p. *s.* p̃.) *XOΠN:* rem *QZ* || 41 milites nisi] = *z in ras.* || tumultum (*sq.* m) *X* tumulto *N* || maxime *X* || 42 familia quae (*om.* pecunia) *XO* (q̃ *in mg. iterat o*) *N* familia *Π* || hiis *Z* || (§ 12) 43 hordo *Z* || aliq̄u (*i. e.* aliquando) *Q* || re et nomine] rectior est *Π cf. adn. sq.* || nomine] non ē (*ex* noīc *sc. ortum*) *X* ||

13 capite censorum fuit: nam et asperis reipublicae temporibus, cum iuventutis inopia esset, in militiam tumultuariam legebantur armaque is sumptu publico praebebantur, et non capitis censione, sed prosperiore vocabulo a munere officioque prolis edendae appellati sunt, quod, cum re familiari parva minus possent rempublicam iuvare, subolis tamen gignendae copia civitatem frequentarent.
14 Capite censos autem primus C. Marius, ut quidam ferunt, bello Cimbrico difficillimis reipublicae temporibus vel potius, ut S a l l u s t i u s ait, bello Iugurthino milites scripsisse traditur, cum id
15 factum ante in nulla memoria exstaret. 'Assiduus' in XII tabulis pro locuplete et facile facienti dictus aut ab aere dando, cum id tempora reipublicae postularent, aut a muneris pro familiari copia faciendi assiduitate'.

16 Verba autem S a l l u s t i in h i s t o r i a I u g u r t h i n a de C. Mario consule et de capite censis haec sunt: I p s e i n t e r e a m i l i t e s s c r i b e r e , n o n m o r e m a i o r u m n e c e x c l a s s i b u s , s e d u t l i b i d o c u i u s q u e e r a t , c a p i t e c e n s o s p l e r o s q u e . I d f a c t u m a l i i i n o p i a b o n o r u m , a l i i p e r a m b i t i o n e m c o n s u l i s m e m o r a b a n t , q u o d a b e o g e n e r e c e l e b r a t u s a u c t u s q u e e r a t e t h o m i n i p o t e n t i a m q u a e r e n t i e g e n t i s s i m u s q u i s q u e o p o r t u n i s s i m u s.

QZXOΠN

(§ 13) 44 asperas *X pr.* || 45 militi* *Q pr.* || 46 iis *ZXON* his *Π* || suptu *ZX* || plublico *X pr.* || *num* (a *ante* ca *om.*) non a capitis *?* || censionem *Q pr. Z* || 47 sedendi (*praec.* s, *sq. voc. in* i *exeunte*) *Z* ẹdendae *Π* || 48 possunt *X* || 49 sobolis *QΠ* || ca pia (*sq.* capite) *X* || (§ 14) 50 capite census *Z* || primo *X* || .g. *Q* || 51 cymbrico *X* cumbrico *Z* || 52 iugur thino *X* ingurthino *Z* || 53 ext*aret (r) *X* || (§ 15) Assiduus] *ZΠ cf. adn. lin.* 3 || 54 et pro locuplete *e* aut pro locuplete *x* (= *Gifanius obss. singul. in l. L. s. v.* assiduus) || facile munus faciente *e* || ab aere dando] *h:* ab assiduis ab ere dando *Q* ab as(d *N*)siduis id est aere (ere *Z*) dando *ZXOΠN* ab assibus id est aere dando *e* ab assibus, id est, ab aere dando *Salmasius de modo usur. c.* VI *p.* 236 ab assibus duendis, h. e. ab aere dando *Gifanius l. l.* ab asse id est ab aere dando *Onions journ. of phil.* XI 79; *f.* ab assibus dandis || 55 re*p. *Q pr.* || numeris *Z* || 56 facienti asiduitate *X* || adsiduitatē *N* || (§ 16) 57 sallustii *N* salustii *Zq* || iugutina *X* ingurthina *Z* || morio *X pr.* || 58 capite* (e) e*sis *Q pr.* || *Sall. Iug.* 86, 2 *sq.* || 59 more* *X* || neque *Sallustius* || sed] *om. X* || uti cuiusque lu(i *al.*)bido *libri Sall.* || 60 cuique *O* ł cui':q: *in mg. o* || .Id] id *Π* || 61 consulis omemorabant (*prima voc. praec. syllaba repetita*) *Q* || 62 auctus (que *om.*) *N* || 64 quisque oportunissimus] *om. X* ||

XI.

Historia ex Herodoti libris sumpta de Psyllorum interitu, qui in Syrtibus Africanis colebant.

Gens in Italia Marsorum orta fertur a Circae filio. Propterea 1.2
Marsis hominibus, quorum dumtaxat familiae cum externis cogna-
tionibus nondum etiam permixtae corruptaeque sunt, vi quadam
genitali datum, ut et serpentium virulentorum domitores sint et
incentionibus herbarumque sucis faciant medellarum miracula.

Hac eadem vi praeditos esse quosdam videmus, qui 'Psylli' 3
vocantur. Quorum super nomine et genere cum in veteribus
litteris quaesissem, in quarto denique Herodoti libro fabulam
de Psyllis hanc invenimus: Psyllos quondam fuisse in terra Africa 4
conterminos Nasamonibus Austrumque in finibus eorum quodam
in tempore perquam validum ac diutinum flavisse; eo flatu aquam 5
omnem in locis, in quibus colebant, exaruisse; Psyllos, re aquaria 6
defectos, eam iniuriam graviter Austro succensuisse decretumque
fecisse, uti armis sumptis ad Austrum, proinde quasi ad hostem,

---

QZXOΠNT

XI = *Z in lemm.;* XII *ibi rell., in cap. inscr. omnes. Exstat in T* ‖ (*lemm.*) 2 horodoti *X* ‖ supta *Z* ‖ de Psyllorum] = de*|psyllorum *x:* dep|syllorum *X* ‖ sirtibus *Q* ‖ (§ 1) 4 orta* (f *sq. vocis litt. init. ut vid.*) *Q* ‖ fertur] fertur esse *ZOΠNT* esse fertur *X ex sil.* ‖ acircę (a *add. x ut vid.*) *X* a (â *Q*) circe *QZΠ* ‖ filio] = *nomine non addito Plin. n. h.* VII § 15 (*Solin.* II § 27); XXV § 11: filio Marso *X ex sil.* (?) *e* ‖ (§ 2) 5 a marsis *Π* ‖ cogitationibus *T 'm.* nationibus' *HGrotius februa in Satyr. Mart. Cap.* (*ad calcem ed. a.* 1599) *p.* 95 *fol.* C 2ʳ ‖ 6 sint *Z* ‖ vi] in *Z* = ī *Q* ‖ 7 genitali* (a) *X* ‖ datum est *XOΠN* ‖ .& ut *T* ut *XOΠN* ‖ domitores uirulentorum *T* ‖ dñatores *Π* ‖ 8 incentionibus] = *ON:* incantationibus *n mg.* ᵠincantationibus *o mg.* in incantationibus *X* ‖ succis *Z* ‖ faciunt *Z* ‖ medellarum *X* medelarum *QΠN* medullarū *T* ‖ (§ 3) 9 hęc *XT pr.* ‖ p̄(pre *Q pr.*)dictos *Q pr. X* ‖ uidimus *T* ‖ psilli *QXΠ* sylli *T et sic* psilli *et* sylli *et* silli *libri passim in sqq.*, pilos *Q lin.* 12, psyllas *T lin.* 21 ‖ 10 et genere] *om. X* ‖ 11 quarto. Deniq; *Q pr.* ‖ herodici *Q* ‖ *Herod.* IV 173 ‖ 12 hanc de psillis *Π* ‖ hinc *O* ‖ (§ 4) quosdam *Π* ‖ 13 conterminos] = *O:* interm; *o mg.* ‖ quondā (*ex lin.* 12) *Q* ‖ (§ 5) 14 Eos *X.* ‖ (§ 6) 15 Psill***quaria *X* Psillas aqua *x* ‖ 16 austros (*sq.* s) *X* austeo *Q pr.* ‖ austrosus censuisse *Z* ‖ suscensuisse *O* sus censuisse *X* ‖ 17 ****fecisse (hiis ?) *Q* ‖ sumpt** *Z pr.* ‖ quasi] = *q in ras.* ‖ ad hostem] adortem *X* adortvm *x* ‖

7 iure belli res petitum proficiscerentur. Atque ita profectis ventum Austrum magno spiritus agmine venisse obviam eosque universos cum omnibus copiis armisque, cumulis montibusque harenarum
8 supervectis, operuisse. Eo facto Psyllos ad unum omnis interisse, itaque eorum fines a Nasamonibus occupatos.

XII.

De his vocabulis, quae Cloatius Verus aut satis commode aut nimis absurde et inlepide ad origines linguae Graecae redigit.

1 Cloatius Verus in libris, quos inscripsit verborum a Graecis tractorum, non pauca hercle dicit curiose et sagaciter
2 conquisita, neque non tamen quaedam futtilia et frivola. Errare, inquit, dictum est ἀπὸ τοῦ ἔρρειν, versumque infert Homeri, in quo id verbum est:

Ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον, ἐλέγχιστε ζωόντων.

3 Item 'alucinari' factum scripsit ex eo, quod dicitur Graece 'ἀλύειν', unde 'elucum' quoque esse dictum putat, a littera in e versa,

---

QZXOΠNT

18 belliṣ *X* ‖ re*petitū (s) *Q* res repetitum *e* ‖ petitum] = σ ‖ (§ 7) 19 ad austrum (ventum *pro partic. sc. habito*) *Π* ‖ magnos *π* ‖ acmine *Π* ‖ eosque] = *x:* eoque *Π* Eq; *X* ‖ 20 tumulis *mg. Gryph. a.* 1537 ‖ montibus *Π* ‖ arenarum *XT* ‖ 21 sup uectis *x* super uetis *X* superiectis ς (*Barb. A. ex Dress. sil.?*) *e* ‖ operisse *X pr.* ‖ (§ 8) Eo] et *Q* ‖ Eo facto—interisse] = *x in mg.: om. X* ‖ oms̄ ad unū *x* ‖ oms̄ *ΠNT* ‖ 22 eorum] *om. Q* ‖ a] = *x: om. X* ‖ sanasmonibus *T* ‖

XII = *Z in lemm.;* XIII *ibi rell. et in cap. inscr. omnes; extremam capitis partem* (§ 7 *sq.*) *adhibuit Nonius s. v.* faenus *p.* 53, 33 *M. cf. ann. phil.* 85, 713; 715 *sq.* ‖ (*lemm.*) 2 hiis *Z* ‖ cloacius *N* cloatus *X pr.* doatius *Z* ‖ comode *X* ‖ 3 origenes *Q pr.* ‖ (§ 1) 4 loatius *litt.* G. *initiali in mg. rubricatori indicata Z* Gloatius *inde z* ‖ *Cloat. Ver. fr. p.* 31 *sq. Egger LSVRS p.* 31 *sq.* ‖ 5 helcle *Q pr.* ‖ et sagaciter—Errare] = *o in mg.: om. O* ‖ 6 futilia *ΠN* futcilia *ut vid. in litura, in qua q non satis dignosci potest, ex v. l.* (*cf. X*) *ortum Q* facilia *X* ‖ (§ 2) *Hom. Od.* X 72 ‖ 8 quo id] = *qx:* quo did *Q* quo d *X* ‖ 9 Ἔρρ'] = *X:* EPPE *ZOΠNx* ‖ NHCCOΥ *ZON sq.* θᾶσσον, *tamen ita f. G. cf. Ps. Herodian.* π. τῶν ζητουμένων κατὰ πάσης κλίσεως ὀνόματος *Crameri anecd. Gr. Ox.* III 249 *sq. coll. LDindorfii ad Steph. thes. Par. s. v.* νῆσος *adn.* NECCOΥ *XΠ* ‖ TaCCON *XΠ* ‖ NEΛEΓXICTE (N *iterato*) *Z* ‖ ZOONTωN *Π* ZOONTω *X* ZωOΠΘωN *Z* ‖ (§ 3) 10 Ite *N* ‖ ΛaΥEIN *Z* .aΥ.EI. (.aΥ.EI. *q*) non delutum *Q* ‖ 11 unde elucum] *Cael. Rhodiginus*

**tarditatem quandam animi et stuporem, qui alucinantibus plerum-
que usu venit. Item 'fascinum' appellat quasi 'bascanum' et** 4
'fascinare' esse quasi 'bascinare'.

Commode haec sane omnia et conducenter. Sed in libro 5
**quarto: 'faenerator', inquit, appellatus est quasi 'φαινε-
ράτωρ', ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον, quo-
niam id genus hominum speciem ostentent humanitatis
et commodi esse videantur inopibus nummos deside-
rantibus, idque dixisse ait Hypsicraten quempiam grammati-** 6
**cum, cuius libri sane nobiles sunt super his, quae a Graecis
accepta sunt. Sive hoc autem ipse Cloatius sive nescio quis
alius nebulo effutivit, nihil potest dici insulsius. 'Faenerator'** 7
**enim, sicuti M. Varro in libro tertio de sermone Latino
scripsit, a faenore est nominatus; 'faenus' autem dictum
ait a fetu et quasi a fetura quadam pecuniae parientis
atque increscentis. Idcirco et M. Catonem et ceteros aetatis** 8

QZXOΠN

AL Vl 26 (*Ven.* 1516; *Paris. Ascens.* 1517); *Gellii ed. Ascens. a.* 1517: unde (. Vnde *Π*) lucum (*per haplographiam*) *ZXOΠN* ‖ a] *Cael. Rhodiginus l. l.* (*Gell. Ascens. a.* 1517): d ‖ e] *idem* (*eadem ed.*): c ‖ conuersa *Πe vg.* ‖ 12 quia lucinantibus *Z* ‖ (§ 4) 13 βάσκανον *e vg.* ‖ 14 bascinare *Π* ‖ quasi bascinare] *om. Π* ‖ uascinare *Npr.* βασκαίνειν *e vg.* ‖ (§ 5) 15 conducentur *Π* ‖ *Cloat. Ver. idem fr.* (*v.* § 1) *ap. Eggerum p.* 32 ‖ 16 faenerator] *i:* fenerator *libri et sic et* foenerator *e* (*sic fere etiam in hoc atque similibus vocc. libri et ap. G.* § 7 *et ap. Non. l. l.*) ‖ ÷ GR. *Q* ‖ quasi] *om. Z* ‖ *Graecis spat. vac. rel. X* ‖ φαινεράτωρ] ς *unus alterve*: ΦaINEPaTOP *OΠN* ΦaTNEPaTOP *Z* ‖ 17 ΘOΓΦaINECTaI-EΠIΘOXPECTOTEPON *Π* ‖ 18 hominem *Qpr. Z* ‖ 19 nummos] = *q:* ĩmimos *Q* ‖ (§ 6) 20 Hypsicraten] = *x:* hysicraten *N* hypsiccratem *X* hypsicreantē *Q* ‖ quē piā *X* quippiā *Q* ‖ gramaticicum *Z* ‖ 21 hiis *Z* ‖ 22 cloatic' *Z* chloatius *x* thloatius *ut vid. X* ‖ quis] = *O m. rec.*: qui *ZOΠN* ‖ 23 nebu|leffutivit *X pr.* ‖ . Nichil *X* nil *Π* ‖ *p (t) *Q* possit *ut vid.* (*in mg.* ·/) *Z pr.* ‖ insultius *X* insulcius *x* ‖ (§ 7) fenerato *Q pr.* ‖ 24 latine *X* ‖ *Varr.* (*de ling. Lat. lib.* III *ad P. Septimium fr. p.* 186 *sq. Bip.*) *de serm. Lat. ad Marcellum lib.* III *fr.* 62 *p.* 194 *sq.* (*cf. p.* 64, 2) *Wilm.* ‖ 25 esse *X* ‖ 26 ait] *om. O* est *Π* ‖ a fetu *x* ad fetu *X* ‖ a] *om. codd. Non.* ‖ fetura quadam] *Non. Harl. m. pr.*: foeturam (feturam *al.*) quandam (quamdam *al.*) *Non. rell. cum Harl. m. alt.* ‖ q̄dam *Q* ‖ (§ 8) 27 et] *om. Π* ‖ et incatone inneceteros *X* ‖

eius 'feneratorem' sine a littera pronuntiasse tradit, sicuti 'fetus' ipse et 'fecunditas' appellata.

XIII.

Quid sit 'municipium' et quid a 'colonia' differat; et quid sint 'municipes' quaeque sit eius vocabuli ratio ac proprietas; atque inibi, quod divus Hadrianus in senatu de iure atque vocabulo municipum verba fecit.

1 **'Municipes' et 'municipia' verba sunt dictu facilia et usu obvia, et neutiquam reperias qui haec dicit, quin scire se plane putet,**
2 **quid dicat. Sed profecto aliud est, atque aliter dicitur. Quotus enim fere nostrum est, qui, cum ex colonia populi Romani sit, non et se 'municipem' esse et populares suos 'municipes' esse**
3 **dicat, quod est a ratione et a veritate longe aversum? Sic adeo et 'municipia' quid et quo iure sint quantumque a 'colonia' differant, ignoramus existimamusque meliore condicione esse 'colonias' quam 'municipia'.**

4 **De cuius opinationis tam promiscae erroribus divus Hadrianus in oratione, quam de Italicensibus, unde ipse ortus fuit, in senatu habuit, peritissime disseruit mirarique se ostendit, quod et ipsi Italicenses et quaedam item alia municipia**

QZXOΠNT

28 *Cat. inc. lib. fr.* 62 *p.* 90 *Iord.* ‖ sine a littera fenus (aenus ***Par.*** 7667) pronuntiasse contendit *Nonius* ‖ a] *om. QZ* ‖

XIII = *Z in lemm.;* XIIII *ibi QXOΠN, in cap. inscr. omnes.* ***Exstat in T inde a*** § 4 *cf. adn. lin.* 15 *et* 17 ‖ (*lemm.*) 2 a] *om. Π* ‖ munipes ***Z*** ‖ 3 uocaliro ac *Q* ‖ ppriaetas *X* ‖ 4 adrianus *QZΠxo* arianus *X* ‖ municipium *Π* ‖ 5 cepit *Q* fepit *q* ‖ (§ 1) 6 M*unicipes (n) ***Z*** ‖ us** *X pr.* ‖ 7 ne|utiquam *q:* ne|utiquam *Q* neuerti quam *Z* ‖ repetias *Q* reperies *X* inuenias *Π* ‖ que *Z* quia *X* ‖ dicat *X* ‖ 8 alid' *Z* ‖ atque aliter] aliud *XOΠN* ‖ (§ 2) Quo tu semen fere *Q* ‖ 10 *prius* et] *om. Q* est *Z* ‖ pulares *X pr.* ‖ municipes sibi esse ***cod. Torn.*** λ ‖ 11 dicit *N pr.* dicit . sibi *Z* ‖ (§ 3) a] *om. Z* ‖ & auitate *q* & auitate *Q* ‖ 14 colonias] = *x:* colomas *X* ‖ (§ 4) 15 opinationis] *Q, quod vix ex* condit(*s.* c)ione *ortum putes:* opinionis ‖ tāp miscę *X* ‖ *inde a vocc.* Divus hadrianus *inc. T* ‖ adrianus *QZX* ‖ 16 dei tali censib; *X* ‖ *Hadr. de Italic. or. fr. p.* 608 *HM.*[2] ‖ 17 habuit] habuit de municipib; et colonis *T* ‖ mirari quese *X* ‖ mirarique—revaluisset] ***lin.* 24 *om. T*** ‖ 18 ostendet quo det (*in mg.* ·/·) *Z* ‖ ita licenses *X* ‖ quaedammitē *X* ‖

antiqua, in quibus Vticenses nominat, cum suis moribus legibus-
que uti possent, in ius coloniarum mutari gestiverint. Praene- 5
stinos autem refert maximo opere a Tiberio imperatore petisse orasseque, ut ex colonia in municipii statum redigerentur, idque illis Tiberium pro ferenda gratia tribuisse, quod in eorum finibus sub ipso oppido ex capitali morbo revaluisset.

'Municipes' ergo sunt cives Romani ex municipiis, legibus 6
suis et suo iure utentes, muneris tantum cum populo Romano honorari participes, a quo munere capessendo appellati videntur, nullis aliis necessitatibus neque ulla populi Romani lege adstricti,
nisi in quam populus eorum fundus factus est. Primos autem 7
municipes sine suffragii iure Caerites esse factos accepimus concessumque illis, ut civitatis Romanae honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent pro sacris bello Gallico receptis custoditisque. Hinc 'tabulae Caerites' appellatae versa vice, in quas censores referri iubebant, quos notae causa suffragiis privabant.

Sed 'coloniarum' alia necessitudo est; non enim veniunt 8
extrinsecus in civitatem nec suis radicibus nituntur, sed ex civitate quasi propagatae sunt et iura institutaque omnia populi Romani,

---

QZXOΠNT

19 ut incenses *X* ‖ 20 potuissent *Π* ‖ mutare *O pr.* ‖ gestauerint *QZO pr.* gestiuerunt *N pr.* ‖ (§ 5) 21 refer∗t *Q* ‖ tyberio *QZ* ‖ 23 proferenda *X* pro referenda *OΠN* ‖ 24 opido *Q pr. Z* ‖ (§ 6) 25 Municepes *O pr.* ‖ ergo] *om. T* ‖ 27 honerari *QO pr. N* honerarii *q* onerumque *ICuiacius recit. sol. ad D* L 16 *de V. S. l.* 15 *sqq.: opp.* VIII 499 *ed. Neap.* 1722 ‖ .A *N* ‖ mun∗ere (i) *X* ‖ capescendo *QZ pr.* ‖ 28 aliis] ab his *Q* ‖ astricti *Π* stricti *QZ* ‖ 29 nisi in quam] *T* (*NRigaltius ex lib. Carrionis et cod. reg. Paris., ut ait - Q* ut *opinor -, obs. de populis fundis p.* 197 *ed. Henr. Valesii emendationum Burmannianae; ASMazochius comm. in tab. Heracl. p.* 468, 143; 476, 154; *ECAOtho; c*): nisi inquam *QZX* nisi inqua *q* ni inquam *OΠ SGerm.* 643 *Vat.* 3452 num(*s.* n)quam *N* ϛe ni in quam *tacite Ev. Otto de aedil. col. et mun. cap.* I § 1 *p.* 3 *ed. Lips. a.* 1732 cum nunquam *Ald.* σ ('cum nunquam pop. R.] *ita F*' φ) ‖ esset *f. recte Longolius* ‖ (§ 7) 30 factos esse *Π* ‖ 31 ut] et *Q pr.* ‖ 32 "atq. "tam̄ *Q* ‖ honeribus *QZO pr.* ‖ callico *Z* ‖ 33 . Hinc] huic *Z* ‖ appellate uersa uice *Z in ras.* ‖ 34 uicem *X pr.* ‖ censores] *om. O* ‖ uidebant *X pr.* ‖ notae] = *o:* nautę *O* uoce *Z in ras.* ‖ causa] *om. T* ‖ (§ 8) 36 colorianum *T* ‖ 37 sui φ ‖ 38 iniuria (*sq.* institutaque) *QZ* ‖

9 non sui arbitrii, habent. Quae tamen condicio, cum sit magis obnoxia et minus libera, potior tamen et praestabilior existimatur propter amplitudinem maiestatemque populi Romani, cuius istae coloniae quasi effigies parvae simulacraque esse quaedam videntur, et simul quia obscura oblitterataque sunt municipiorum iura, quibus uti iam per innotitiam non queunt.

XIV.

Quod M. Cato differre dixit 'properare' et 'festinare'; et quam incommode Verrius Flaccus verbi, quod est 'festinat', ἔτυμον interpretatus sit.

1 'Festinare' et 'properare' idem significare atque in eandem
2 rem dici videntur. Sed M. Cato id differre existimat eaque hoc modo divisa - verba sunt ipsius ex oratione, quam de suis virtutibus habuit -: Aliud est 'properare', aliud 'festinare'. Qui unum quid mature transigit, is properat, qui multa simul incipit neque perficit, is festinat.

QZXOΠNT

(§ 9) 40 obnixia *T* obnisca *Q* ‖ existima**tur (ba) *T* ‖ 41 altitudinē *T* ‖ 42 efficies *Z* ‖ parua *X* pasuae σ ‖ simulachraq. *ΠNT* ‖ 44 uti] *om. QZ* ‖ innoticiam *QΠ SGerm.* 643, *ubi* nn *in ras., Vat.* 3452 (innotitiam *Vitruv.* III *praef.* § 3 *Gud. alt.*)*:* ignoticiam *XO* (ignotitia *in mg. o* ignotitiam *Vitr. l. l. Gud. pr. Harl.*) ignorantiam *ZNς* (·i·ignorantiā *sup. lin. SGerm. m. alt.*) ‖ queunt] = *x:* quęunt *T* querunt *X* ‖

XIV = *Z in lemm.; XV ibi rell., in inscr. cap. omnes. Adhibet Non. s. v.* festinare et properare *p.* 441, 22 *M. cf. h ann. phil.* 85, 779 ‖ (*lemm.*) 2 Quid *O pr.* ‖ m*. (a *ut vid.*) *Q* ‖ qua *Q* ‖ 3 uerius *X* ‖ fla*** *X* fla*u' *x* ‖ uerbum *Π* ‖ festinat ἔτυμον] *post* i (*qui* ἔτοιμον) λ: festinate TOIMON *Z* festinate GR. *Q* festinat *XOΠN* ‖ est *ΠN* ‖ (§ 1) 4 in eadē *Z* ‖ (§ 2) 6 divisa - verba sunt] *h* diuisa. uerba sunt *Q:* diuisa uerba sunt *ON* diuisa sunt; u(.V *Π*)erba *XΠ* uerba diuisa sunt *Z* ‖ ex ipsius *Π* ‖ 7 -] *add. h* ‖ *Cat. de suis virt. c. Thermum or. fr. p.* 48 *HM.*², *fr.* 4 *p.* 44 *Iord. cf. praeter Non. l. l. verb. diff. Remmi Palaem. ex lib. Suet. p.* 285 *Rffsch., qui Catonem non nominat, Fest. p.* 234ᵇ, 17 *M. coll. exc. P. D. p.* 235 *s. v.* properare, *schol. Cic. Bob. p.* 289 *Or.; paulo plenius Isid. de diff.* § 440 *t.* V *p.* 57 *opp. ed. Arev. (de quo rectius iudicare censeo OIahnium nunt. soc. Sax. cl. h. ph. a.* 1850 *p.* 271 *sq. n.* * *quam HIordanum quaest. Caton. p.* 83 *sq.*)*; paulo liberius eadem fere iterat Serv. ad Verg. G.* I 260 ‖ Nam aliut properare *schol. Bob.* Properare et festinare. properat qui *Suet.* Properare aliud est *inc. P. D.* ‖ est] *om. X* ‖ aliut *schol. Bob.* ‖ 8 qui numquid *Z* ‖ quid] = *Non. Harl. m. alt., al. P. D.:* quid(*et* c)quid *Non. Harl. m. pr., al.*

Verrius Flaccus rationem dicere volens differentiae huius: 3
'festinat', inquit, a fando dicitur, quoniam isti ignaviores, qui nihil perficere possunt, plus verborum quam
operae habent. Sed id nimis coactum atque absurdum videtur 4
neque tanti esse momenti potest prima in utroque verbo littera, ut propter eam unam tam diversa verba 'festinare' et 'fari' eadem
videri debeant. Commodius autem propiusque visum est, 'festinare' 5
esse quasi 'fessum esse'. Nam qui multis simul rebus properandis defessus est, is iam non properat, set festinat.

XV.

Quid Theophrastus mirum de perdicibus scriptum reliquerit, et quid Theopompus de leporibus.

Theophrastus, philosophorum peritissimus, omnes in Pa- 1
phlagonia perdices bina corda habere dicit, Theopompus in Bisaltia lepores bina iecora.

QZXOΠNT

quodque *Suet. Fest. schol. Bob.* quique *Festi corr.* || mutare *Non. Harl. m. pr., al.* || transit *idem, al.* || transigitis *Z* || transigit; festinat *Suet.* || is] *om. schol. Bob. Isid.* || 9 simul multa *Suet.* || simul] sibi *QZ* || nec *Suet.* || pcipit *Q* pfipit *q* || is] *om. Non. schol. Bob.* || is festinat] *om. Suet.* || (§ 3) 10 Verius *X* || *Verr. Flacci* (*de obscuris Catonis ut vid. cf. m* 661; *AGNA capp. quaedam etc. p.* 7; *k* 75 *sq.*) *fragm. affert COMueller praef. Fest. p.* XV || 11 ignauiones *Lipsius elect.* II 3 || 12 pficere *X* || (§ 4) 14 tanti] tam̄ *X* || momenti esse ʻ*XOΠN* || post *Q* || 15 ut] aut (*praec.* a) *Q* || tam] *om. X* || ea*(s. **)dem *X* || (§ 5) 17 quasi fessum esse] *post* esse *om. X* ||

XV = *Z in lemm.; XVI ibi rell., in cap. inscr. QZOΠNx, num. ibi om. X. Exstat in T* || (*lemm.*) 2 theo phas t̄mirum *X pr.* || scritū *Q* || quod theo pō pus *X* || 3 leporipus *X* || (§ 1) *Theophrasti fr.* CLXXXII *p.* 223 *ed. Lips., p.* 461 *ed. Didot. ex Athen.* IX 43 *p.* 390^c *et h. l. et Aelian. h. an.* X 35 *om.* (*cf. etiam Plin. n. h.* XI § 183, *in quo libro Theophrastus inter auctores enumeratur, sed* § *demum* 281 *nominatim affertur*) || 4 omnes] *om. Q* (*h^r*), *quem iamnunc sequi non ausus sum, quamvis ab rell. quoque auctoribus cum maxime allatis absit; de omnibus fere Bisaltiae leporibus Theopompus et Favorinus loquuntur ap. Steph. Byz. l. mox afferendo* || paflagonia *Π* paphiagonia *Z* paphagonia *XT* || 5 Teopompis *X* te'opōpus *T* || *Inter Theopompi fragmenta haec neque apud RHEWichers Theop. Chii fragm.* (*LB.* 1829) *neque ap. CMuellerum FHG* I 278 *sqq.;* IV 643 *sqq. invenio; Steph. Byz. s. v.* Βισαλτία, *ubi de eadem re et Theopompus et Favorinus afferuntur, in huius reliquiis posuit*

XVI.

'Agrippas' a partus aegri et inprosperi vitio appellatos; deque his deabus, quae vocantur Prorsa et Postverta.

1 Quorum in nascendo non caput, sed pedes primi exstiterant, qui partus difficillimus aegerrimusque habetur, 'Agrippae' ap-
2 pellati, vocabulo ab aegritudine et pedibus conficto. Esse autem pueros in utero Varro dicit capite infimo nixos, sursum pedibus
3 elatis, non ut hominis natura est, sed ut arboris. Nam pedes cruraque arboris ramos appellat, caput stirpem atque caudicem.
4 Quando igitur, inquit, contra naturam forte conversi in pedes, brachiis plerumque diductis, retineri solent, aegriusque tunc mulieres enituntur, huius periculi deprecandi gratia arae statutae sunt Romae duabus Carmentibus, quarum altera 'Postverta' cognominata est, 'Prorsa' altera, a recti perversique partus et potestate et nomine.

QZXOΠNT

Müllerus fr. 44 (III 583); *ad Theopompum etiam Aelian. h. an.* V 27 *afferre debebat* (*sim. de aliarum regionum leporibus ap. Plin.* XI § 190, *inter cuius libri auctores Theopompus non nominatur*) ‖ 6 bis altia *Q pr.* bisalthia *Π* ‖

XVI = *Z in lemm. X in inscr. cap.:* XVII *in lemm. QXOΠN, in cap. inscr. QZOΠNx**) ‖ (*lemm.*) 2 Agryppas *Q* ‖ parus *X* ‖ hiis *Z* his *X* ‖ de abq. *Z* ‖ 3 uocantus *X* ‖ Prorsa] *QZT lin.* 15: prosa *hic omnes* ‖ postuerta KaNONKE *etc. v. lemm. c.* 18 *X* ‖ (§ 1) 4 cap̃ *Q* capud *q* ‖ exierant *Trillerus ap. Falsterum am. ph.* III 321 *sq.* ‖ 5 egerimus *X* ‖ que] *om. X pr. ON* ‖ appellatiuo uocabulo (*per dittograph.*) *Π* ‖ 6 conficto.] ϰ: confixo. *QZ* .(; *X*)Confixos *del.* . *sq. XOΠNT* ‖ (§ 2) autem esse *x* ‖ *Varronis fr. op. inc. p.* 374 *sq. Bip.; ant. rer. div. lib.* XIV *reliquiis fr.* 5 *suo iure* (*v.* III 16, 6 *et cap. sq.*) *inseruit RMerkel de obsc. Ov. Fast. p.* CLXXXV *sq. cf. m* 670 *k* 46 *sq.* ‖ 7 in imo nixo *IMeursius exerc. cr.* II *c.* 12 *LB* 1599 *p.* 132 *et teste c in AMatthaei syll. epp.* (*LB* 1708) *p.* 84 ‖ (§ 3) 9 curaq. *Z* ‖ arboris] *om. T* ‖ appellat ramos *XΠ* ‖ (§ 4) 10 conuersi forte *Z* ‖ in] *om.* φ ‖ 11 diductus *QZ* ‖ retinere *X* ‖ 12 egri usq. *Z* ‖ 14 q *spscr.* arū *T* ‖ altera] *om. XN* una *O* (ϰ) ‖ post uerta *X* Posuerta φ (Poſueſta σ?) post uesta *N* ‖ nominata est *XΠ* nominatast *ON* ‖ 15 Prorsa] *QZT: om. Π* prosa *XON* (*lin.* 3 *omnes*) porrima *sup. lin. t* (*cf. Preller*[3]*-Iordan myth. R.* I 406, 3) ‖ a recti] adiecti *Q* a directi *h*ᵉ ‖ *) *Exstat in T* ‖

XVII.

Quae ratio vocabuli sit agri Vaticani.

Et agrum Vaticanum et eiusdem agri deum praesidem ap- 1
pellatum acceperamus a vaticiniis, quae vi atque instinctu eius
dei in eo agro fieri solita essent. Sed praeter hanc causam M. 2
Varro in libris divinarum aliam esse tradit istius nominis rationem: Nam sicut Aius, inquit, deus appellatus araque ei statuta est, quae est infima nova via, quod eo in loco divinitus vox edita erat, ita Vaticanus deus nominatus, penes quem essent vocis humanae initia, quoniam pueri, simul atque parti sunt, eam primam vocem edunt, quae prima in Vaticano syllaba est idcircoque 'vagire' dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis.

XVIII.

Lepida quaedam et memoratu et cognitu de parte geometriae, quae ὀπτική appellatur, et item alia, quae κανονική, et tertia itidem, quae dicitur μετρική.

Pars quaedam geometriae 'ὀπτική' appellatur, quae ad oculos 1

QZXOΠNT

XVII: XVIII *in lemm. QXOΠN, in inscr. cap. omnes* XVIIII *lemm. cap.* 17 *et* 18 *ordine permutato in lemm. Z; post cap.* 16 *finem in ead. lin. continuat T* ‖ (*lemm.*) 2 agriuaticani *Z* agriua ticani *X* ‖ (§ 1) 4 accepa mus *X pr.* acciperamus *Z* ‖ uatici**** *Z pr.* ‖ qua eui *Q* quia eui *q* ‖ huius *Z* ‖ 5 d*ei (i) *Q* ‖ (§ 2) hęc *X* ‖ *Varr. ant. div. lib. inc. fr. p.* 231 *Bip., lib.* XV *fr.* 6 *p.* CCVI *sq.* (*cf.* CCX *sq.*) *Merkel l. l.; ad lib.* XIV *pertinere viderunt m et k ll. c.* 16, 2 *ll.* ‖ 7 Aius] *Ph. Beroaldus et in annot. in Gell.* (*Gruteri lamp.* I 226) *et in ed.:* arius (*sq.* araque) ‖ inquit] *om. Π* ‖ ab ara quae *T* ‖ 8 statua *Z* ‖ qua ēe (*pro* quae ē) *X* ‖ infi*ma (r) *X* ‖ in eo *Z* ‖ 9 est erat *N* ‖ 11 parti sunt] = *T:* parturientes *t* ‖ 12 uoce mediunt *X pr.* ‖ .Quę *Q* ‖ syllabast *X pr. N* ‖ idcirco que *Z* ‖ 13 uagiro *Q* euagiro (*praec.* e) *Z* ‖ dicitur] *e:* dicit ‖ sono (*praec.* verbo) *QZ de* sonos *cogitabat i* ‖

XVIII: XVII *in lemm. Z* (*cf. adn. c.* 17) XVIIII (*s.* XIX) *in lemm. rell., in cap. inscr. omnes* ‖ (*lemm.*) 2 *prius* et] *om. XOΠN* ‖ parte] = *z:* partu *ut vid.* (*in mg.* ·/) *Z* ‖ geomentriae *X* ‖ 3 ὀπτική] *in mg. add. x* optice *Π* ‖ appellatū *Q pr.* ‖ *in* apellatur (*sic*) *h. l. expl. lemma in X* ‖ et item alia, quae] *desunt in X* ‖ kanonice *Π* ‖ KaNONKE & tercia itidemque dicitur METPIKE; *c.* 16 *lemmati agglutinavit X* ‖ 4 metrice *Π* ‖ (§ 1) 5 OΠTIKE (. *Z*) *ZΠ* ‖ appellaturque ad *ZX* ‖

pertinet, pars altera, quae ad auris, 'κανονικὴ' vocatur, qua musici
2 ut fundamento artis suae utuntur. Vtraque harum spatiis et intervallis linearum et ratione numerorum constat.

3 Ὀπτικὴ facit multa demiranda id genus, ut in speculo uno imagines unius rei plures appareant; item ut speculum in loco certo positum nihil imaginet, aliorsum translatum faciat imagines; item si rectus speculum spectes, imago fiat tua eiusmodi, ut caput deorsum videatur, pedes sursum. Reddit etiam causas ea disciplina, cur istae quoque visiones fallant, ut quae in aqua conspiciuntur, maiora ad oculos fiant, quae procul ab oculis sunt, minora.

4 Κανονικὴ autem longitudines et altitudines vocis emetitur.
5 Longior mensura vocis 'ῥυθμὸς' dicitur, altior 'μέλος'. Est et alia species, quae appellatur 'μετρικὴ', per quam syllabarum longarum et brevium et mediocrium iunctura et modus congruens
6 cum principiis geometriae aurium mensura examinatur. Sed haec, inquit M. Varro, aut omnino non discimus aut prius de-

---

QZXOΠN

6 aures *Q* ‖ uocantur *Z* ‖ quasi (*sq.* musici) *Z* ‖ 7 fundamenta *X* ‖ (§ 2) 8 *linearum (i) *Q* liniarum *Z* ‖ (§ 3) 9 ΟΠΤΙΚΕ (. *Z*) *ZΠ* ‖ id genus] = *x:* igenus *X* ‖ genus*** (*s.* ****) ut *N* ‖ uno] illo *Q* ‖ 10 magines *X pr.* ‖ 11 t̄cio *QZ* ‖ 12 rectus] *x*: rectius (*ad* speculum *sc. relatum*) ‖ caput] = cap̄ *x* capre *X* ‖ 13 videatur pedes sursum] *bis ponit X pr.* ‖ 14 conspitiuntur *Z* ‖ 15 ad] in *Q* ‖ 16 minora] *om. X* ‖ (§ 4) 17 ΚaΝΟΝΚΗ *X* ‖ vocis] = *q:* uocit (*cf. voc. praec. et sq.*) *ut vid. Q* ‖ uocis se metitur *Z* ‖ 18 ΡΥΟΜΟC. *Z* ΡΥΤ*** ΜΟC (ΜΟC) *X* ‖ ΜΕaΟC *Z* ‖ (§ 5) Est] *om. X:* .Ē. *Graeca sc. continuans x* ‖ 19 species] *om.* GR., *quo Graeca indicare solet, Q cf. Ritschl de Varr. discipl. libris p.* 30 (*Opusc.* III 379) *n.* *: species ΚaΝΟΝΙΚΗ *ZXON* species ΚaΝΟΝΙΚΕ *Π* species κανονικῆς (*al.* ς *al.*) ς*e* species geometriae *x* ‖ metrice *Π* mecpike. *Z* mephike *Q* ‖ 20 et brevium] = *x*; ebreuium *X* et breuiarū (*praec.* longarum) *Z* ‖ et] *om. Q* ‖ medio**** crium (3 *fere litt. post lituram vac. rel.*) *X* mediocrum *O pr.* ‖ 21 uariū *Q* ‖ (§ 6) *Varr. fragm., quod sciam, deest in fragm. collectionibus; excerpta quaedam argumentorum* §§ 1; 3; 4 *particulas continentia, quae sane ad Varronem spectant* (*cf. Ritschl l. l. p.* 30 - 379 - *sq.; k* 51), *libri de geometria reliquiis ibi adduntur* (*p.* 172 *ed. Aus. Popmae a.* 1601; *p.* 20 *ed. Amst. a.* 1623: *p.* 204 *Bip.*), *auctore non nominato, quem et ipse indagare non potui; ad eundem de geometria librum h. l. Ritschl et k rettulerunt ll. modo ll., ad libros quoque de principiis numerorum referri posse ille exposuit in comm. die Schriftstellerei des V. inscripta mus. phil.* 6, 504 (*opusc.* III 443) ‖

sistimus quam intellegamus, cur discenda sint. Voluptas autem, inquit, vel utilitas talium disciplinarum in postprincipiis exsistit, cum perfectae absolutaeque sunt; in principiis vero ipsis ineptae et insuaves videntur.

XIX.

Sumpta historia ex Herodoti libro super fidicine Arione.

Celeri admodum et cohibili oratione vocumque filo tereti et 1
candido fabulam scripsit Herodotus super fidicine illo Arione.
'Vetus', inquit, 'et nobilis Arion cantator fidibus fuit. Is loco et 2.3
oppido Methymnaeus, terra atque insula omni Lesbius fuit. Eum 4
Arionem rex Corinthi Periander amicum amatumque habuit artis
gratia. Is inde a rege proficiscitur, terras inclutas Siciliam atque 5
Italiam visere. Vbi eo venit auresque omnium mentesque in 6
utriusque terrae urbibus demulsit, in quaestibus istic et voluptatibus amoribusque hominum fuit. Is tum postea, grandi pecunia 7
et re bona multa copiosus, Corinthum instituit redire, navem igitur 8
et navitas, ut notiores amicioresque sibi, Corinthios delegit'. Sed 9

QZXOΠNT

23 sunt uoluptas *Z* ‖ 24 talium] est (= ÷ *Q*) alium *QZ* ÷ aliarum *q* ‖ 25 post principiis *Z* ‖ exsistit—principiis] *post* postprincipiis *om. Z* ‖ perfectae] partae *Π* ‖ 26 insuases *Z* ‖ dicuntur *Π* ‖

XIX: XX *in lemm. et in cap. inscr. libri* ℵ de arione *in mg. ad init. cap. X. Exstat in T* ‖ (*lemm.*) 2 Supta *X pr.* ‖ ex historia *OΠN* ‖ libro] *cf. adn.* XVII 11, 6: libro I (primo *al.*) *e* ‖ (§ 1) 3 Celari *Z* Celari' *Q* ‖ ad modum *QZ* ‖ coibili *Π* volubili *Chr. Crusius probabil. crit.* (*Lips.* 1753) *p.* 53 ‖ philo tereti *q* philotereti *Q* fili lotereti *X pr.* ‖ 4 erodot' *Q* ‖ *Herod. hist.* I 23 *sq.* ‖ (§ 2) 5 ario *ZXOΠN* ‖ cantatur *X pr.* ‖ (§ 3) 6 opido *Q pr. Z* ‖ methimneus *T* metthymnaeus *N* met thymnae*us (i) *X* ‖ omni] homo *Crusius l. l. HIMueller mus. phil.* 21, 424 ‖ omniles bius *X* ‖ (§ 4) 7 ar**ionē (at ?) *X* ‖ chorinthi *Q* corint¦hy *X* ‖ peryander *Π* ‖ (§ 5) 8 * inde a (a *praeceptum*) *Q* ‖ indutas *Q* ‖ (§ 6) 10 utriusque] utri'us *Q* utrius *q* ‖ .In *ZΠ* ‖ 11 moribusq; *X* ‖ (§ 7) Istum *QXΠ* Istinc *Z* Iste *T* Istamen λ Istim *h*e ‖ *Ab* Istinc—eius *lin.* 18 *al. m. in Z* ‖ 12 bona] bene *Crusius l. l.* ‖ (§ 8) 13 nauitas *Q* ‖ ut] et (*iterat. ex praec.*) *Q* ‖ notioresque (amiciores *om.*) *X* ‖ amicioresque] = *O et* amicior; *in mg. o:* amitioresq. *Z* amicic(t *ΠT*)ioresque *QΠT* ‖ corinthyos *X* ‖

eos Corinthios homine accepto navique in altum provecta, praedae
10 pecuniaeque cupidos, cepisse consilium de necando Arione. Tum
illum ibi, pernicie intellecta, pecuniam ceteraque sua, ut haberent,
11 dedisse, vitam modo sibi ut parcerent, oravisse. Navitas precum
eius harum commiseritum esse illactenus, ut ei necem adferre per
vim suis manibus temperarent, sed imperavisse, ut iam statim
12 coram desiliret praeceps in mare. 'Homo', inquit, 'ibi territus,
spe omni vitae perdita, id unum postea oravit, ut, priusquam
mortem obpeteret, induere permitterent sua sibi omnia indumenta
et fides capere et canere carmen casus illius sui consolabile.
13 Feros et inmanes navitas prolubium tamen audiendi subit; quod
14 oraverat impetrat. Atque ibi mox de more cinctus, amictus,
ornatus stansque in summae puppis foro, carmen, quod 'orthium'
15 dicitur, voce sublatissima cantavit. Ad postrema cantus cum
fidibus ornatuque omni, sicut stabat canebatque, iecit sese procul
in profundum. Navitae, hautquaquam dubitantes, quin perisset,
16 cursum, quem facere coeperant, tenuerunt. Sed novum et mirum
et pium facinus contigit'. Delphinum repente inter undas ad-

QZXOΠNT

(§ 9) 14 eos] μ, *qui afferre poterat ex Herodoto* ὁρμᾶσθαι μέν νυν ἐκ Τάραντος, πιστεύοντα δὲ οὐδαμοῖσι μᾶλλον ἢ Κορινθίοισι μισθώσασθαι πλοῖον ἀνδρῶν Κορινθίων. τοὺς δὲ ἐν τῷ πελάγεϊ ἐπιβουλεύειν *etc.*: eo *libri* (eo) *HIMueller l. l.* 428 ‖ homines (*praec.* Corinthios) *q* ‖ nauitq. *Z* ‖ prouetca *Z* ‖ 15 negando *Q pr.* ‖ (§ 10) 16 ubi *X* ‖ 17 parcerent. orauisse nauitas *T* ‖ orauise *Q pr.* ‖ orauisse nauitas. p̄cum *Z* ‖ (§ 11) 18 comiseritum *Z* commisseritum *Π* cū miseritum *x* cū miseratum *X* miseritum *T* ‖ ill*ctenus (e ?) *Q pr.* illatenus *X* ‖ atferre *X* avferre *x* ‖ 19 temperaret *Z* ‖ īpauisse** ut (re ?) *Q* ‖ 20 deseliret *Q pr.* ‖ praeceps] *om. T:* p̄ ceps *x* p̄ ces *X* ‖ (§ 12) 21 uita (*praec.* omni) *X* ‖ oravit] *om. Π* *ora*|uit *X* ‖ ut] *om. X* ‖ 22 indumenta] = indumentis *lin.* 43 (ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ *et infra* τὸν δὲ ἐνδύντα τε πᾶσαν τὴν σκευὴν *etc. et* σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ *et* σὺν τῇ σκευῇ *Herodotus*): ornamenta *tamen et lin.* 43 ornamentis *Cobetus Mnemos. n. s.* 7, 85 ‖ (§ 13) 24 plumbium *T* prolubitum *X* ‖ (§ 14) 25 Atq. ibi (*in mg.* ul̄ homo) *O* ‖ sibi *Z* ‖ ibi* homo mox *X* ‖ amic' *Q pr.* ‖ 26 pupis *XT* ‖ ortium *QXΠ pr.* ‖ 27 subtiliss; *in mg. o* (*in ord. igitur verb. ut vid. O* = sublatissima) ‖ (§ 15) 28 canebatque] = *x:* ca|quę *X* ‖ se pronus *Crusius l. l.* ‖ 29 aud quaquam *X pr.* haut quamquam *QZ* ‖ 30 quem] = *q:* q;ω *Q* ‖ (§ 16) Sed - novum et m. et p. facinus - contigit *i* ‖ piū et mirū *T* ‖ 31 facimus *Q pr.* ‖ contingit *ZX pr.* ‖ dephiū *Z,*

navisse fluitantique sese homini subdidisse et dorso super fluctus
edito vectavisse incolumique eum corpore et ornatu Taenarum in
terram Laconicam devexisse. Tum Arionem prorsus ex eo loco 17
Corinthum petivisse talemque Periandro regi, qualis delphino vectus
fuerat, inopinanti sese optulisse eique rem, sicuti acciderat, nar-
ravisse. Regem istacc parum credidisse, Arionem, quasi falleret, 18
custodiri iussisse, navitas inquisitos, ablegato Arione, dissimulanter 19
interrogasse, ecquid audissent in his locis, unde venissent, super
Arione? eos dixisse, hominem, cum inde irent, in terra Italia fuisse 20
eumque illic bene agitare et studiis delectationibusque urbium flo-
rere atque in gratia pecuniaque magna opulentum fortunatumque
esse. Tum inter haec eorum verba Arionem cum fidibus et indu- 21
mentis, cum quibus se in salum eiaculaverat, exstitisse, navitas 22
stupefactos convictosque ire infitias non quisse. Eam fabulam 23
dicere Lesbios et Corinthios atque esse fabulae argumentum, quod
simulacra duo aenea ad Taenarum viserentur, delphinus vehens et
homo insidens.

QZXOΠNT

in quo hic iterum m. lin. 12 *l. inc. usque ad voc.* fuerat *lin.* 36 || 32 fluitantique—subdidisse] *post* adnavisse *om. ON* || homini sese *T* || subdisse (*haplogr.*) *Z* || 33 *edito (r ?) *X* || uetauisse *X pr. T pr.* nectauisse *Q* || columiq; *Q* || 34 laconiam *T* || deuixisse *T pr.* || (§ 17) *arionē (m *post* tum *sc.*) *X* || 35 cohrintū *Q pr.* || periand** *X pr.* || uetus *X pr.* || 36 inopinanti] *om. XOΠN* || (§ 18) 37 ista & *T* isti *X cf. adn. sq.* || ista egrarū *Z* iste grarum *Q* || falleret & (*dittogr.*) *Q* || (§ 19) 38 Nautas *O* || inquisitas (*propter* navitas) *Z* requisitos *XOΠNT* || 39 ecquid] ꞔe: et quid || hiis *Z* || (§ 20) 40 unde (*ex lin. praec.*) *Q pr. Z* || 41 eum quiq; *Z* || bene illic *T* || 42 opulentum] *om. XOΠN* || que] *sup. lin. add. π* || (§ 21) 43 indumentis] ornamentis *Cobetus cf. adn. lin.* 22 || 44 ***aculauerat *X pr.* eiacuauerat *T* || exti*tisse (s) *X* || (§ 22) nautas *ZXON* || 45 coniunctosq; *Z et sic vel* conuinctosq; *Q pr.* || inficias *QZΠNT* infacias *X* || quiuisse *Π* || quisse eam *q* quis se eam *Q* || (§ 23) 46 chorinthios *X* || 47 simulachra *ΠNT* || duo cęna *X* duoena *Z* || aena *Π* ahenęa *N* || attenarum *Q* athenarum *Π* || delphynus *T* dulfinus *Q* || 48 infidens *X pr.* ||

Explicit liber XVIII | agellíí noctium atticarum. Inci piunt capitula libri .XIX. | Nono decimo cōmentario hec inst. (*sequuntur lemmata lib.* XVII.) *Post lemmatum indicem* Lib non' decim' cap. .I. *Q* Incipit liber .XVIIII. (*rubr.*) | Nono decimo cōmentario hec insunt. *In summa pag.*

m. rec. Lib. XIX. Qui in lib. impress. XVII. inscribitur. *Post lemmatum indicem sequitur sine inscr. lib.* XVII *cap.* 1 *Z* ·A· GELLII· NOCTIV̄ ATTICARVM ¦ LIB̊· XVII· EXPLIC̄; INCIP̄ XVIII;|XV°III CŌMENTARIO HAEC ĪSVNT; *post lemm. indicem lib.* XVII *cap.* 1 *sine inscr. inc. X* A GELLI NOCTIV̄ ATTI¦CAR· LIB. XVIII (*l*· ī impress. XVI *m. rec.*) EXPLI ¦ CITVS· | INCIPIT LIB· XVIIII (*l*· ī impress. XVII *m. rec.*) | FELICITER | VNDEVICESIMO COMMEN | TARIO HAEC INSVNT | *Post lemm. indicem m. rec.* Liber XVII. *O* Agellii noctiū atticarū lib' .XVIII. explicit. Incipit | XIX. feliciter. Vndeuicesimo comm̄tario hęc insunt. *Post lemmatum indicem* AGellii noctium atticarum liber XIX. incipit. *Π* A. GELLII. NOCTIVM. ATTICARVM. LIBER. XVIII. EXPLICITVS. | VNDEVICESIMO COMMENTARIO HAEC INSVNT. *Post lemmatum indicem* A. GELLI. NOCTIV̄. ATTICARVM. LIBER. XVIIII. INCIP̊. FELICIT̄. *N* ‖

A. GELLII
NOCTIVM ATTICARVM LIBER SEPTIMVS DECIMVS.

I.

Quod Gallus Asinius et Largius Licinus sententiam M. Ciceronis reprehenderunt ex oratione, quam dixit pro M. Caelio; et quid adversus homines stolidissimos pro eadem sententia vere digneque dici possit.

Vt quidam fuerunt monstra hominum, quod de dis inmor- 1
talibus impias falsasque opiniones prodiderunt, ita nonnulli tam
prodigiosi tamque vecordes exstiterunt, in quibus sunt Gallus
Asinius et Largius Licinus, cuius liber etiam fertur infando
titulo Ciceromastix, ut scribere ausi sint, M. Ciceronem
parum integre atque inproprie atque inconsiderate locutum. Atque 2
alia quidem, quae reprehenderunt, neque dictu neque auditu digna
sunt, sed enim in hoc, in quo sibimet ipsi praeter cetera esse 3
visi sunt verborum pensitatores subtilissimi, cedo, quale id sit,
consideremus.

QZXOΠN

LIB: XVII cap. I. ‖ (*lemm.*) 2 asinus *ZX pr.* ‖ Largius] *v. lin.* 8 *adn.:* larcius *QO* lartius *ZXΠN* ‖ Licinus] h^r: licinius ‖ 3 ex] et *Z* ‖ celio *X et sic libri passim in sqq.* clio *Q* ‖ 4 mere *QZ* (h^c) ‖ (§ 1) 5 fuerint *X pr.* ‖ qui *e* ‖ dedis *XO* ‖ diis *QZN* ‖ 7 ue cordes *X pr.* ‖ 8 tesinius *X* ‖ Largius] *h. l. libri, quos in re dubia (cf. modo τ ind. Plin. min. ed. Keil. s. v.* Larcius Licinus) *secutus sum cf. adn. lin.* 2 ‖ Licinus] h^c: licinius ‖ infundo *Q* ‖ 9 ciceromastrix *Q* cicero mastix *X* cicero inastrix *Z* ‖ .Vt *X* ‖ 10 in consilium ante *Z* ‖ locutum atq. *QZ* ‖ (§ 3) 12 etenī *Π* ‖ in hoc in quo] = *Q* ‖ in quo] quo *ΠOn* quod *N* ‖ ipsis *XOΠN* ‖ pre *Π pr.* ‖ 13 nisi *Z* ‖ 14 considerem *Π* ‖

4 M. Cicero pro M. Caelio ita scribit: Nam quod obiectum est de pudicitia quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est, id numquam tam acerbe feret M. Caelius, ut
5 eum paeniteat, non deformem esse natum. Non existumant verbo proprio esse usum, quod ait paeniteat, atque
6 id prope ineptum etiam esse dicunt. 'Nam "paenitere"', inquiunt, 'tum dicere solemus, cum quae ipsi fecimus aut quae de nostra voluntate nostroque consilio facta sunt, ea nobis post incipiunt
7 displicere sententiamque in iis nostram demutamus;' neminem autem recte ita loqui 'paenitere sese, quod natus sit' aut 'paenitere, quod mortalis sit' aut 'quod ex offenso forte vulneratoque corpore dolorem sentiat', quando istiusmodi rerum nec consilium sit nostrum nec arbitrium, sed ea ingratis nostris vi ac necessitate
8 naturae nobis accidant: 'sicut hercle', inquiunt, 'non voluntarium fuit M. Caelio, quali forma nasceretur, cuius eum dixit 'non paenitere', tamquam in ea causa res esset, ut rationem caperet paenitendi.'

9 Est haec quidem, quam dicunt, verbi huiusce sententia et 'paenitere' nisi in voluntariis rebus non probe dicitur, tametsi antiquiores verbo ipso alio quoque modo usitati sunt et 'paenitet' ab eo, quod est 'paene', et 'paenuria' dixerunt. Sed id aliorsum pertinet atque alio in loco dicetur.

10 Nunc autem sub hac eadem significatione, quae vulgo nota

QZXOΠN

(§ 4) 15 *Cic. p. M. Caelio or.* § 6 ‖ scripsit *XΠO m. rec.* scribsit *ON* ‖ subiectum *QZ* ‖ 16 ee̅ *N* ‖ acusatorum *Z* ‖ 17 criminationibus *Cic. Erfurt.* ‖ 18 fieret *Π* ‖ cecilius *QZ* ‖ 19 eum] cū *Z* ‖ penitat *Z pr.* ‖ non deformem—paeniteat] *post* paeniteat *in mg. add. z* ‖ deform̄ *Q* ‖ (§ 5) N̄* *O* ‖ 20 ait] id (*ex sqq. praeceptum*) *Z* ‖ 21 id] *om. O* ‖ etiam] *om. Z* ‖ (§ 6) 22 cumq; ipsi *ZX pr. N pr.* ‖ *alterum* quae] *om. Q* ‖ 24 hiis *Z* his *Π* ‖ (§ 7) 25 loquit *q* ‖ 26 quod ex] codex *Π* ‖ uulnerato *x* uulnereto**** (quod) *X* ‖ 27 corpore (corpe *Π*) dolore dolorem *XΠ* ‖ sen***(*s.* ****)at *X pr.* ‖ 28 nr̄o₄ *Q* ‖ sedeat *X* ‖ in-|gratis *Z* (ingratiis *x*) ‖ nostris] *x*: in n̄ris *QZOΠN* (*ex* ingratis *repet.*) *cf. adn. sq.* (in corporibus nostris *e*) ‖ in n̄ris ui *x* in n̄ri sui *X* ‖ 29 accidunt *Π* ‖ (§ 8) sic *XO* ‖ 31 "rei "causa *Z* ‖ (§ 9) 33 huius|scę *N* huius *Π* ‖ 36 et a *ZOΠN* ‖ 37 pertinet] *Ald.*: penitet *QZOΠN* pemtet *X* ‖ (§ 10) 38 hac, eadem *x* hac eadē eadem *X* ‖ nata *Q* ‖

est, non modo ineptum hoc non est, quod M. Cicero dixit, sed
festivissimum adeo et facetissimum est. Nam cum adversarii et 11
obtrectatores M. Caeli, quoniam erat pulchro corpore, formam eius et faciem in suspiciones inpudicitiae accerserent, inludens Cicero tam absurdam criminationem, quod formam, quam natura fecerat, vitio darent, eodem ipso errore, quem inludebat, sciens usus est et 'non paenitet' inquit, 'M. Caelium non deformem esse natum', ut vel hac ipsa re, quod ita dicebat, obprobraret adversariis ac per facetias ostentaret, facere eos deridiculum, quod proinde Caelio formam crimini darent, quasi arbitrium eius fuisset, quali forma nasceretur.

II.

Verba quaedam ex Q. Claudi annalium primo cursim in legendo notata.

Cum librum veteris scriptoris legebamus, conabamur postea 1
memoriae vegetandae gratia indipisci animo ac recensere, quae in eo libro scripta essent in utrasque existimationes laudis aut culpae adnotamentis digna, eratque hoc sane quam utile exercitium ad conciliandas nobis, ubi venisset usus, verborum sententiarumque
elegantium recordationes. Velut haec verba ex Q. Claudi primo 2
annali, quae meminisse potui, notavi, quem librum legimus biduo proximo superiore.

Arma, inquit, plerique abiciunt atque inermi in- 3

QZXOΠN

40 factissimum *X* ‖ (§ 11) cum] iñ *Z* ‖ 41 *obtretatores (a) *X pr.* ‖ M.] iũ· *Z* ‖ cȩlii *x* celii *Q* ‖ 42 faciam (*praec.* formam) *X pr.* ‖ in] *om. QZ* ‖ suspitiones *Zq* supitiones *Q pr.* ‖ 43 obsurdam *Q* ‖ 45 deformen *X* ‖ 46 obprobraret] = obꝓbr; *o in marg., ubi; non ut assolet syllabam* et, *sed compendium voc. tantum significat:* obꝓbaret *On* opꝓbaret *X* obꝓbrret *N* exꝓbraret *q* ‖ 47 deridi**culũ *X* ‖

II. (*lemm.*) 2 Claudi] *N:* claudii *QZOΠ* cladii *X* ‖ ānualiũ *Q* ‖ ligendo *X pr.* ‖ (§ 1) 3 ueterũ (*propter* librum) *Π* ‖ conabam' (*propter* legebamus) *Z* ‖ 4 acre|censere*q: (*vid.* t) *Q* ‖ 6 digna erat quam hoc (*sq. proxime* quam) *QZ* ‖ 7 sententiarum qu*e (a) *X* ‖ 8 recordationes] = recor**|dationes *x:* pecorib;|dationes *ut vid. X* ‖ (§ 2) uel ut *Z* ‖ exq; *Z* exq** (uȩ) *X* ‖ Claudi] *N:* claudii ‖ 10 ꝓsimo *Q pr.* ‖ (§ 3) *Hausit inde Nonius s. v.* inlatebrare *p.* 129, 22 *M. cf. ad h. l. et ad rell. huius cap. ll. a Nonio adhibitos* (§ 4; 5; 9; 16; 20) *k* 32 *sq.; h ann. phil.* 85, 716 *sqq.;* 719 *sqq. coll. ll.* § 4 *et* § 16 *ll.; HPeter VHRR p.* LV 2; CCXXXIIII *sq.* ‖ *Q. Claudii Quadrigarii lib.* I *fr.* 22 *p.* 216, *p.* 140 *ed. min. HPet.* ‖ 11 Coe(ae *et* e *libri passim*)lius annalibus lib. I: arma

latebrant sese. Inlatebrant verbum poeticum visum est, sed non absurdum neque asperum.

4 Ea, inquit, dum fiunt, Latini subnixo animo ex victoria inerti consilium ineunt. Subnixo animo quasi sublimi et supra nixo, verbum bene significans et non fortuitum; demonstratque animi altitudinem fiduciamque, quoniam, quibus innitimur, iis quasi erigimur attollimurque.

5 Domus, inquit, suas quemque ire iubet et sua omnia frunisci. Frunisci rarius quidem fuit in aetate M. Tulli ac deinceps infra rarissimum, dubitatumque est ab inperitis anti-
6 quitatis, an Latinum foret. Non modo autem Latinum, sed iucundius amoeniusque etiam verbum est 'fruniscor' quam 'fruor', et ut 'fatiscor' a 'fateor', ita 'fruniscor' factum est a 'fruor'.
7 Q. Metellus Numidicus, qui caste pureque lingua usus Latina videtur, in epistula, quam exsul ad Domitios misit, ita scripsit:

QZXOΠN

etc. Nonius || at *Non. Harl. m. pr. Leid.* || inhermi *Z* in her mi *X* inermes *Non. Harl. m. pr.* inhermis *id. m. alt., al.* (in hermis *Par.* 7667) || in late bant (brant *x*) *X* illacebrant *q* illecebrant *Q* || in latebras (salebras *Quicherat*) se (illatebrasse *Harl.*) illatebrant *Gellio neglegenter inspecto* (*v. k* 33) *Nonius* || 13 uerb*um (r) *Q* || (§ 4) *Adhibuit Non. s. v.* subnixum *p.* 405, 23 *M. pleniore Gellii exemplari usus* (*h l. l.* 720 *sq.;* 779; 787) || *Cl. Quadr. ann. lib.* I *fr.* 13 *p.* 213, *p.* 139 *ed. min. HPet.* || 14 Caelius annali lib. I: ea Latini (e Latini *Harl. m. pr.* e latinis *Bern.* 83) *etc. Nonius* || dum fiunt] *om. Non.* || Latini] = *q:* *|tini *Q* || subniso *Q* sub mixo *X* sub mixto (*sic certe voluit,* t *tamen ante* x *supscr.*) *q* || ex—.Subnixo animo] *quod post* subnixo animo *facile excidere poterat, add. h l. l. p.* 721, *verbis* ex—ineunt *e Nonio adsumptis:* Subnixo (*X ex sil. ?*) x *vg.; om. libri* (*praeter X ?*) *e* || et ex *Quicherat* et *olim vg. ap. Non.* || et victoriae certi *Guil. Canter nov. lect.* V 22 || 17 altitudinem* (q; *ex sq.*) *Q pr.* fortitudinem *XOΠN* || fidutiamq; *Z* || 18 initimur *Z* innitunt *X* || his *Π* || (§ 5) *Vsus est Non. s. v.* frunisci *p.* 113, 7 *M.* || *Cl. Quadr. l. l. inc. sed. fr.* 23 *p.* 217, *p.* 141 *ed. min. HP.* || 19 Caelius lib. II: Domus *etc. Non.* || quoque *libri Non.* quosqne *Quicherat* || iubent *Bongarsius teste c* || 20 fru*isci (n) *per totum h. l. O* || *distinctionem om. Z* || *alt.* frunisci] *add.* x *vg.: om. post* frunisci || aetate M.] etatem *QZ* || tullii *QΠx O m. rec.* || 21 rarrissimū *Q* || 22 an Latinum] inlatinum *Q* || (§ 6) iocundus (˜) *Z* || 23 est] *om. N* || frior *X pr.* || 24 fatisco *Z* || fruorq; metellus *Z* || (§ 7) 25 q; *X pr.* || 26 exulat domitios *Z* || *post* scripsit *quattuor illa folia lib.* IX *particulas continentia, de quibus dictum est in praef., inserta sunt in X* ||

Illi vero omni iure atque honestate interdicti, ego neque aqua neque igni careo et summa gloria fruniscor.
Novius in atellania, quae Parcus inscripta est, hoc verbo ita 8
utitur:

Quód magno opere quaésiverunt, id frunisci nón queunt.
Quí non parsit ápud se, ... frunitus est.

Et Romani, inquit, multis armis et magno commeatu 9
praedaque ingenti copiantur. Copiantur verbum castrense est nec facile id reperias apud civilium causarum oratores, ex eademque figura est, qua 'lignantur' et 'pabulantur' et 'aquantur'.

Sole, inquit, occaso. Sole occaso non insuavi vetustate 10
est, si quis aurem habeat non sordidam nec proculcatam; in duodecim autem tabulis verbum hoc ita scriptum est: Ante meridiem causam coniciunto, cum perorant ambo prae-

---

QZXOΠN

27 iure] virtute *Cobetus Mnemos. n. s.* 6, 112 ‖ interdic*ti (i) *X* interdictum (*Mario sc.*) *Cobetus l. l.* ‖ (§ 8) 29 Nouus *X* neuius *x* ‖ *Nov. Parci fr. p.* 266 R^2; *v.* 1 *excerpsit Non. h. l.* ‖ atelliana (?) *Π* ‖ Parcus] = Novius Parco *Non. Harl. m. pr.*: partus *Z* parens *Q* (pareo *et* par eo *rell. codd. Non.*) ‖ est] *om. Q* ‖ 30 iatitur *X pr.* ‖ 31 magnopere *ZΠ, Non. Vrb.* 307 ‖ 33 que *X pr.* ‖ *versum ordinavit Ribbeckius l. l.* ‖ frunitust *in versu continuo Bothius PScL* VI 51 (*Ribb.*^{1} h^c) ‖ (§ 9) *Adhibuit Non. s. v.* copiantur (copiatur *al.*) *p.* 87, 5 *M.* ‖ *Cl. Quadr. l. l. inc. sed.* (*cf. F. R*[*ühl*] *lit. Centralbl.* 1881, 6, 175 *sq.*) *fr.* 24 *p.* 217, *p.* 141 *ed. min. HP.* ‖ Coelius lib. I: armis *etc.* (Et Romani multis *om.*) *Non.* ‖ 35 et (set *sine v. l. Gerl.-R.*) praeda *Non.* ‖ *distinctionem om. Z* ‖ Copiantur] *h* c(*s.* C)opiari *ϰ vg.*: *post* copiantur *om. libri* ‖ 36 repperias *QZ* ‖ orationes *Z* ‖ 37 ligantur *Z* ‖ (§ 10) *Cl. Quadr. l. l. fr.* 3 *p.* 205, *p.* 136 *ed. min. HP.* ‖ 38 occasio *Z* occasu *O pr.* ‖ Sole occaso] *om. QZ* ‖ uenustate *XOΠN* ‖ 39 est] & *QZ* ‖ aurem] = *n in mg.*: aut *N* ‖ *Leg.* XII *tabb.* I *fr.* 7–9 *p.* 168 *sqq.*; 180 *sqq. D.*; *p.* 118 *sq. Sch.*; *p.* 17 *sq. Br.*; II 1 *p.* 696 *sq. V.*, *qui ordinem sententiarum a G. turbatum esse arbitratur p.* 697, 2 *cf. p.* 75 *sq.* ‖ 41 coniciunto] *IScaliger ad Festum s. v.* plorare (*a.* 1575; *p.* 591 *Lind.*) *ϰ*: coniciunt *OΠN* (*Iunt.*) conitiunt *QZX* 'conicintur ['coniciatur (conicintur) *v. c.*' φ] *leg.* conicito' σ cuicito *codd. famil. pr.*, conicito *et* conitito *etc. al. rhet. ad Her.* II 13, 20 coiciunto *CLKayser ad rhet. l. l.*, *RSchoell l. l. p.* 101 coniicito *e* coniiciunto *cum al. Bergkius l. infra l.* coicito *CHalm anal. Tull.* I *p.* 12 conscito *Aldus* (*PEHuschke anal. litt. p.* 106 *n.*) coiciunto. caussam (*item antea*) conscito *aut* cognoscito (= *gloss. cod. rhet. ad Herenn. ab Hotomano l.*) *Huschkius d. röm. Jahr p.* 314

sentes. Post meridiem praesenti litem addicito. Si ambo praesentes, solis occasus suprema tempestas esto.

11 Nos, inquit, in medium relinquemus. Vulgus 'in medio' dicit; nam vitium esse istuc putat et, si dicas 'in medium ponere', id quoque esse soloecon putant; set probabilius significantiusque sic dici videbitur, si quis ea verba non incuriose introspiciat; Graece quoque 'θεῖναι εἰς μέσον', vitium id non est.

12 Postquam nuntiatum est, inquit, ut pugnatum esset in Gallos, id civitas graviter tulit. In Gallos mundius subtiliusque est quam 'cum Gallis' aut 'contra Gallos'. Nam pinguiora haec obsoletioraque sunt.

QZXOΠN

cum adn. 227; *al. affert Dirksenius Uebersicht etc. p.* 175 || comque peroranto *Th. Bergk mus. phil.* 19, 605 *sq. thes.* 26; *philol.* 28, 466, 22 .com peroranto *RSchoell l. l. p.* 102 coram peroranto '*aliquando temptaverat*' *idem* tunc peroranto, si μ || (cum perorant ambo praesentes) *Scaliger* || perorant ambo praesentes] '*ita F*' φ || 42 Post meridiem— praesentes] *post* praesentes *om. Z, in mg. add. z* || (praesenti) *IRaevardus* praesente ambobus *Scaliger l. l. atque antea ad Varr. de r. r. p.* 206 *ed. Amst., ita conceptam primam legem esse censens et ad hunc* ἀρχαισμὸν *interpretandum adiectum esse* si ambo praesentes || (si ambo praesentes) *post Scal. alii, RSchoell l. l., qui cf. p.* 100; *alia v. ap. Dirksenium l. l. p.* 182 *sqq.* || 43 solis occasus] *sic* sol occasus *Q, quod num olim cum Schoellio non communicaverim iam dicere nequeo* = *Varr. de l. L.* VI § 5 occasum solis; [*id.* VII § 51 solis occasu (occasum *Havn.*) diei (dei *Goth.*) *libri, ubi deficit Flor.*]; *Cens. de d. n. c.* 24, 3; *Macrob. Sat.* I 3, 14; solis (*proxime sqq. desunt*) *etiam ap. Fest. s. v.* supp[remum] *p.* 305[b] *M.; rec. Brunsius cf. Bergkius opusc.* I 238 *sq.*, 6; 278; *Schoell p.* 14, 1: solo cas' *Z* sol occasus *rell.* (= *Voigt l. l. adn.* 3) || supprema *ON* suppma *QZ* || suppre ma|tē esto (pestas *ante* esto *om.*) *X* || 44 est (∻. *Q*) onos *QZ* || (§ 11) *Cl. Quadr. l. l. inc. sed. fr.* 25 *p.* 217, *p.* 141 *ed. min. HP.* || 45 in] *om. X* || relinquemus uulgus in *Z* relinquemus uulgus. In (. in *O*) *XON* || 46 esse] *om. XOΠN* ∻ *Q* || putant *e* || 47 σόλοικον putant *e:* soloe (sole *Z*) computant *ZO* (soloe *etiam in mg. o*) *N* soloe|** putant *X* soloecismum putant *QΠx* || et *QXOΠN f.* At λ || probabilius] = *z:* probalius *QZ* || significatiusq; *Z* || 48 uidetur *Q* || . Si *QZ* || introspiciat grece *Q* || 49 *Graeca spatio non rel. om. X* || OEINaa *Z* || .Vitium id non est postquam *Z* || (§ 12) *Cl. Quadr. l. l. fr.* 1 *p.* 204, *p.* 136 *ed. min. HP.* || 52 cū galis *Q* || .Nam] iam *Z* || 53 ping*ora (i *supra*) *Q* || obsoletioraque] '*Ita F*' φ: obsolutioraq; *x* absolutioraq; *XOΠN* || sunt.] *om. Z* ||

Simul, inquit, forma, factis, eloquentia, dignitate, 13
acrimonia, confidentia pariter praecellebat, ut facile intellegeretur magnum viaticum ex se atque in se ad rempublicam evertendam habere. Magnum viaticum pro magna facultate et paratu magno nove positum est, videturque Graecos secutus, qui 'ἐφόδιον' a sumptu viae ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt ac saepe 'ἐφοδίασον' pro eo dicunt, quod est 'institue' et 'instrue'.

Nam Marcus, inquit, Manlius, quem Capitolium 14
servasse a Gallis supra ostendi cuiusque operam cum M. Furio dictatore apud Gallos cumprime fortem atque exsuperabilem respublica sensit, is et genere et vi et virtute bellica nemini concedebat. 'Adprime' crebrius est, cumprime rarius traductumque ex eo est, quod 'cumprimis' dicebant pro quod est 'inprimis'.

Nihil sibi, inquit, divitias opus esse. Nos 'divitiis' 15
dicimus. Set vitium hoc orationis nullum est, ac ne id quidem est, quod figura dici solet: recta enim istaec oratio est et veteres conpluscule ita dixerunt, nec ratio dici potest, cur rectius sit

---

QZXOΠN

(§ 13) *Cl. Quadr. l. l. fr.* 8 *p.* 206, *p.* 137 *ed. min. HP.* ‖ 54 forme (ꝉ a *sup.* e *x*) *QZX* ‖ factis] *om. Π* ‖ eloq̄ntie dignitate *Z* ‖ 55 p̄collebat *Z* p̄colebant *Q* praepollebat λ ‖ 56 intelligetur *Q* ‖ ex—.Magnum viaticum] = β (ϰ *cf.* ϰ *AL* II 15; *HStephanus spec. emend. p.* 163): *post vocc.* magnum viaticum *om. XOΠN* ‖ 58 magno. Noue *XO* ‖ 59 qui eΦOΔION *x* quie ΦOΔION *X* qui* GR ‖ ἐφόδιον] *lac. rel. om. Π* ‖ ἐφόδιον a] ϰ: EΦOΔIONa *Z* ‖ a] *om. QXOΠNe* ‖ sumptum *Zqe* ‖ 60 ἐφοδίασον] (*s.* ἐφοδιάζου *HSt.*) *HStephanus l. l. p.* 164, *ed. Torn.:* EΦOΔICON *ZXOΠNσ* ‖ 61 instruę *X pr.* ‖ (§ 14) *Cl. Quadr. l. l. fr.* 7 *p.* 206, *p.* 136 *sq. ed. min. HP.* ‖ 62 quem] *om. QZ, pravas coniecturas inde superstruxerunt* iλ ‖ 63 agallis *x* agellis *X* ‖ 65 exsuper habilem τ *Herm.* 5, 245, 1, *at cf. h de hist. R. rell. p.* 16, 45, *cui assensus est ipse* τ *RF* II 181, 57 (*cf. etiam Georges lex. Lat.*[7] *s. v.* exsuperabilis) ‖ .Is *Π* ‖ (et vi) *probabiliter litt.* et ui *perperam geminatis* τ *Herm. l. l.* et *ui *X* ‖ 66 Adprime] '*Veteres* Prime *dicebant*' σ ‖ crebrius est] crebriusq: (*cf.* traductumque *lin. sq.*) *Q* ‖ 67 cumprimis] primis *X* ‖ 68 p quod *Π* pro eo quod *X* ‖ .] *om. Z* ‖ (§ 15) *Cl. Quadr. l. l. fr. inc. sed.* 26 *p.* 217, *p.* 141 *ed. min. HP.* ‖ 69 inquit sibi *Π* ‖ Nos—quidem] *in litura z* ‖ 70 dici (. *Q*) ac (mus—est *om.*) *Qz* ‖ Set] et *XOΠN* ‖ 71 recte *Q pr.* ‖ ista ec *Z* ista haec *OΠ* hista hec (hęc *x*) *X* ‖

'divitiis opus esse' quam 'divitias', nisi qui grammaticorum nova instituta ut τεμένων ἱερὰ observant.

16 **Nam haec, inquit, maxime versatur deorum iniquitas, quod deteriores sunt incolomiores neque optimum quemquam inter nos sinunt diurnare.** Inusitate **diurnare** dixit pro 'diu vivere', sed ex ea figuratione est, qua dicimus 'perennare'.

17 **Cum iis, inquit, consermonabatur.** 'Sermonari' rusticius videtur, sed rectius est, **sermocinari** rectius, sed corruptius est.

18 **Se, inquit, ne id quoque, quod tum suaderet, facturum esse. Ne id quoque** dixit pro 'ne id quidem', infrequens nunc in loquendo, sed in libris veterum creberrimum.

19 **Tanta, inquit, sanctitudo fani est, ut numquam quisquam violare sit ausus.** 'Sanctitas' quoque et 'sanctimonia' non minus Latine dicuntur, sed nescio quid maioris dignitatis est

20 verbo 'sanctitudo', sicuti M. **Cato in L. Veturium** 'duritudinem' quam 'duritiam' dicere gravius putavit: **Qui illius, inquit, impudentiam norat et duritudinem.**

QZXOΠN

73 divitiis] = *x:* diuitias *X* ‖ 74 τεμένων] *e:* ΘΕΜΕΝΩΝ *ZXOΠN* ‖ (§ 16) *Adhibet Non. s. v.* diurnare *p.* 100, 17 *M. cf. h ann. phil.* 85, 717; 720; 790 ‖ *Cl. Quadr. l. l. fr.* 9 *p.* 207, *p.* 137 *ed. min. HP.* ‖ 75 hee *Z* ‖ '*an* maxima *?*' *Peterus* ‖ 76 incolomiores] incoloniores *Q* incolumiores *rell.* ‖ *inde a* neque *affert Non. l. l.* ‖ obtimū *Q* ‖ 77 quemquam] = *codd. Non.* (*cf. h*[ra] 72 *sq.*)*:* quempiam *Ascens. a.* 1511 quemque *Nonius olim vg., Falsterus ap.* μ, μ ‖ inter nos sinunt] in suos solent (solem *Par.* 7667) *codd. Non.* ‖ diurnarei (*sq.* i) *Z* ‖ *alt.* diurnare] *in mg. add. n* ‖ 78 figuratione] = '*vetus liber*' (β *?*) *ap.* ϰ *AL* III 3; ϰ: figura *XOΠN* ‖ ÷. *Q* ‖ quam *QZ* ‖ dicimus. pennare cum *Q* ‖ 79 phennare *Z* ‖ (§ 17) *Cl. Quadr. l. l. fr.* 6 *p.* 206, *p.* 136 *ed. min. HP.* ‖ 80 hiis *Z* his *XOΠN* ‖ cū sermonabatur *Z* ‖ rustic' *Z* ‖ 81 sed]. quam *Q* ‖ est] *QZ: om.* ‖ *distinctionem om. QZ* ‖ rectius] *h:* rectius est *libri* (est *male geminatum in QZ, non suo loco post* rectius *positum in XOΠN*) crebrius est *edd.,* μ lectius *CDziatzko, at v. h*[ra] 73 *sq.* ‖ est. Se] *h:* esse *Z* ee. *Q* . Sese *XOΠN edd.* ‖ (§ 18) *Cl. Quadr. l. l. fr.* 17 *p.* 214, *p.* 140 *ed. min. HP.* ‖ 82 .ne *Q* ‖ (§ 19) *Cl. Quadr. l. l. fr.* 2 *p.* 205, *p.* 136 *HP.* ‖ 85 *sq.* quis *Πσ* ‖ 87 qui μ ‖ 88 verbo] *h:* uerbum ‖ (§ 20) *Vsus est Non. s. v.* duritudo *p.* 100, 21 *M.* ‖ *Cat. in L. Veturium de sacrificio commisso or. fr. p.* 65 *HM.*[2] *fr.* 8 *p.* 48 *Iord.* ‖ in L.] .m . l. *Z* ‖ uet∗uriū (e) *X* ‖ 89 /'grauius /'dicere *Π* ‖ in(m *al.*)prudentiam *codd. Non.* ‖ 90 qui(qui *expunx. Par.* 7667) norat *iidem* quia norat *coni. CLRoth* ‖

Cum tantus, inquit, arrabo penes Samnites populi 21
Romani esset. 'Arrabonem' dixit sescentos obsides et id maluit quam pignus dicere, quoniam vis huius vocabuli in ea sententia gravior acriorque est; sed nunc 'arrabo' in sordidis verbis haberi coeptus ac multo videtur sordidius 'arra', quamquam 'arra' quoque veteres saepe dixerint et conpluriens Laberius.

Miserrimas, inquit, vitas exegerunt et Hic nimiis 22 23
in otiis, inquit, consumptus est. Elegantia utrobique ex multitudine numeri quaesita est.

Cominius, inquit, qua ascenderat, descendit atque 24
verba Gallis dedit. 'Verba Cominium dedisse Gallis' dicit, qui nihil quicquam cuiquam dixerat; neque eum Galli, qui Capitolium obsidebant, ascendentem aut descendentem viderant. Sed 'verba dedit' haut secus posuit quam si tu dicas 'latuit atque obrepsit'.

Convalles, inquit, et arboreta magna erant. Arbo- 25
reta ignobilius verbum, 'arbusta' celebratius.

QZXOΠN

(§ 21) *Cl. Quadr. l. l. fr.* 20 *p.* 215, 140 *ed. min. HP.* ‖ 91 populi Romani esset] p̃se *X* ‖ 92 artabonē *Q* arbonē *Z* ‖ sescentos] = *z:* sexcentos *QΠ* se*|scentos *O* se*centos *Z* ‖ et id maluit] *om. Z* ‖ 93 quoniam] = *o:* quāuis *O* ‖ 94 arbo *X pr.* ‖ 95 coeptus] = *x:* co|tus *X* ‖ multo rectius videtur *e* ‖ sordidius] = ϰ: *om. XOΠNe* ‖ arra quoque] *post* arra quamquam *om. Z, in mg. add. z* ‖ 96 compluriens Laberius] = ϰ*:* Complures, inquit, in laboribus *Lambecius cf. sqq.* ‖ 'compluriens inquit in laboribus miserrimas vitas ex.'[egerunt] (= *e*) 'et hic minus in' σ ‖ 'inquit in laboribus miserrimas vitas exegerunt] *ita F* φ ‖ *Laber. fab. inc. fr.* XVIII *p.* 301 *R*² ‖ laberius miserrimas *QZ* .Laberius miserrimas *ΠN* ‖ (§ 22) *Cl. Quadr. l. l. fr. inc. sed.* 27 *p.* 217, *p.* 141 *ed. min. HP.* ‖ 97 vitas] = *e g* (*Lambecius prodr. p.* 66 *sq.; HPeter mus. phil.* 22, 152): uias *QN* ‖ (§ 23) *Cl. Quadr. l. l. fr.* 28 *ll. ll. HP.* ‖ nimiis] *Lambecius l. l. g* μ: mimis *Q* mimus *ON* minus *Π* = min̓* *x* min; *X* minuss (*in mg.* ·/) *Z* annus *HPeter* ‖ 98 consupt' *Z* ‖ .] *om. QZ* ‖ elecantia *Q* ‖ elecanti aut rubiq; *Z* ‖ 99 que(quę *x*) sita *X* ‖ ÷quo|minius *Q* ‖ (§ 24) *Cl. Quadr. l. l. fr.* 4 *p.* 205, *p.* 136 *ed. min. HP.* ‖ 100 Cominus *Π* quomimus *Z* ‖ qui *X* ‖ 101 dedit uerba *Z* ‖ comuniū *Z* cōmunium *X* ‖ dicit] *e:* dicas (= *lin.* 104) ‖ 102 quo *Π* ‖ capitulum *Π* ‖ 103 ascendente *Z* ‖ aut descendentem] *add. e* ‖ 104 dedit] *om. N* ‖ **|secus *X* ‖ (§ 25) *Cl. Quadr. l. l. fr. inc. sed.* 29 *p.* 217, *p.* 141 *ed. min. HP.* ‖ 106 conuales *Z* ‖ 107 ignobilius ignobilius *X pr.* ‖ uerbum est *XOΠN* ‖

26 **Putabant, inquit, eos, qui foris atque qui in arce erant, inter se commutationes et consilia facere. Commutationes, id est conlationes communicationesque, non usitate dixit, set non hercle inscite nec ineleganter.**

27 **Haec ego pauca interim super eo libro, quorum memoria post lectionem subpetierat, mihi notavi.**

III.

Verba M. Varronis ex libro quinto et vicesimo humanarum, quibus contra opinionem volgariam interpretatus est Homeri versum.

1 In sermonibus forte, quos de temporibus rerum ad usus hominum repertarum agitabamus, adulescens quispiam non indoctus sparti quoque usum in terra Graecia diu incognitum fuisse dixit multisque post Ilium captum tempestatibus ex terra Hispania

2 advectum. Riserunt hoc ad inludendum ex his, qui ibi aderant, unus atque alter, male homines litterati, quod genus 'ἀγοραίους' Graeci appellant, atque eum, qui id dixerat, librum legisse Homeri aiebant, cui versus hic forte deesset:

Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται.

3 Tum ille prorsum inritatus: 'non', inquit, 'meo libro versus

---

QZXOΠN

(§ 26) *Cl. Quadr. l. l. fr.* 5 *p.* 206, *p.* 136 *ed. min. HP.* ‖ 108 *alt.* qui] *sup. lin. add. o* ‖ 109 et—.Commutationes] *post* commutationes *om. Q* ‖ 110 commutationesque (et—communicationes *post* commutationes *om.*) *Z* ‖ consolationes *Q* ‖ ɔmunicationes. q̄ *Q* ‖ non inusitate dixisset non *QZ* ‖ 111 nec me legant *Z* ‖ (§ 27) 112 non pauca *e* ‖ 113 'suppetierat, mihi notavi in sermonibus—agitabamus. *Ita interpungo*' (*cf. c. sq. lin.* 4 *adn.*) ⁊ ‖

III. (*lemm.*) 2 uerba quedam. (*ex lemm. c.* 2 *repet.*) M. *Q* ‖ 3 uolcariam *Q* uoltariam *Z* uulgariam *rell.* ‖ homini *Z* ‖ (§ 1) 4 In—agitabamus] *partim ne distinctione quidem interposita cap.* 2 *extr. agglutinant, ab* Adu(*s.* o)lescens *cap.* 3 *inc. libri, e ante* x; *iustum ordinem indicavit Lipsius AL* I 10 ‖ qđ *Q* ‖ 5 reperta**m *Z pr.* ‖ quisquam *Z* ‖ 6 grȩccia *X* ‖ 7 idium *Π* ‖ cautū *Q* ‖ 8 aduectū riserunt *QZ* ‖ (§ 2) hiis *Z* iis *XON* ‖ 9 at*q; *Q* ‖ aroparoro *X* ‖ 10 qui id] quid *QZΠ* ‖ librum legisse] *semierasum in O* ‖ 11 eet (de *post* te *om.*) *QZ* ‖ *Hom. Il.* II 135 ‖ 12 KaΓΛHΛOΓΛaΓECHIIE *X* ‖ ΔOΓPaC(DOIPaC *Π*).ECHIIE *OΠN* ‖ C|IIaPTa *X* ‖ ΔEΛΓNTaI *X* ΛEΛINTaI *Π* aEaINTaI *Z* ‖ (§ 3) 13 meo] = *v. d. ante ed. Torn.*: in eo *Ze* ‖

iste, vobis plane magister defuit, si creditis in eo versu σπάρτα
id significare, quod nos 'spartum' dicimus'. Maiorem illi risum 4
subiciunt, neque id destiterunt, nisi liber ab eo prolatus esset
M. Varronis vicesimus quintus humanarum, in quo de
isto Homeri verbo a Varrone ita scriptum est: Ego 'σπάρτα'
apud Homerum non plus 'spartum' significare puto
quam 'σπάρτους', qui dicuntur in agro Thebano nati.
In Graecia sparti copia modo coepit esse ex Hispania.
Neque ea ipsa facultate usi Liburni; sed hi plerasque
naves loris suebant, Graeci magis cannabo et stuppa
ceterisque sativis rebus, a quibus 'σπάρτα' appellabant.
Quod cum ita Varro dicat, dubito hercle, an posterior syllaba 5
in eo verbo, quod apud Homerum est, acuenda sit, nisi quia
voces huiusmodi, cum ex communi significatione in rei certae
proprietatem concedunt, diversitate accentuum separantur.

IV.

Quid Menander poeta Philemoni poetae dixerit, a quo saepe indigne in certaminibus comoediarum superatus est; et quod saepissime Euripides in tragoedia ab ignobilibus poetis victus est.

Menander a Philemone, nequaquam pari scriptore, in 1

QZXOΠNT

14 iste] λ, *quod non sine dubitatione recepi:* se (*praec.* us) *Z* sed *XONe* ipse *QΠ* (ipse, *i* ,ipse *h*') ipse, sed *Longolius* iste, sed μ ille *altera coni.* λ ‖ nob' *Z* ‖ .Si *Π* ‖ uersu sparta *OΠNx* uersus parta *X* ‖ 15 *litt.* id signif] *in ras. z* ‖ (§ 4) 16 subitiunt *Q* ‖ destituerunt *Q pr.* distituerunt *Z* ‖ *M. Varronis antiq. rer. hum. lib.* XXV (*de bello et pace? OGruppe comm. in hon. Mommseni p.* 546; *al. LKrahner de M. Ter. Varr. ant. rer. hum. et div. p.* 27 *sq., PMirsch de M. Ter. Varr. ant. rer. hum. p.* 46 *sq.*) *fr. p.* 211 *Bip.* IV *p.* 143 *Mirsch; vett. gramm. de accentu l. L. testimoniis inseruit FSchoell ASPhL* VI 129 *sq. fr.* LXXXIII ‖ 18 sparta *XOΠN* ‖ *litt.* τa—significa] *in ras. z* ‖ 20 . Qui *QZ* ‖ dicun***tur *X* ‖ nati in *QZX* ‖ 21 exispania *Q* ‖ 22 p̦ ea *Z* ‖ liburnis (. *Q*) et *QZ* ‖ hii *Z* ‖ plerunq; *Gryph. a.* 1546 ‖ 23 suebant greci magis .i. *Π* ‖ stupa *X* ‖ 24 et ceteris *Π* ‖ appellant *X pr.* ‖ (§ 5) 25 subito *QZ* ‖ ercle *X* ‖ an posterior] *in rasura z* ‖ 26 quia] *cf.* IV 11, 9 *adn.* ‖ 27 huius (modi *om.*) *X* ‖ 28 condedunt *Q pr.* ‖ accentium *Π* accencium *Q* ‖

IV: V *in lemm., quod lemmati cap.* V *postponunt XΠN. Exstat in T* ‖ (*lemm.*) 2 Menander] = *x:* me narden *ut vid. X* ‖ phylemoni *Πq* ‖ philemonipo 7 ae *Z* philemonipo|te *x* phile monipo|te *X* ‖ phylemonipo **ete|xerit *Q pr.* ‖ 3 que ome diarum (c *ante* o *spscr. x*) *X* ‖

certaminibus comoediarum ambitu gratiaque et factionibus saepe-
2 numero vincebatur. Eum cum forte habuisset obviam, 'quaeso', inquit, 'Philemo, bona venia dic mihi, cum me vincis, non erubescis?'

3 Euripidem quoque M. Varro ait, cum quinque et septuaginta tragoedias scripserit, in quinque solis vicisse, cum eum saepe vincerent aliquot poetae ignavissimi.

4 Menandrum autem alii centum octo, partim centum novem
5 reliquisse comoedias ferunt. Sed Apollodori, scriptoris celebratissimi, hos de Menandro versus legimus in libro, qui chronica inscriptus est:

Κηφισιεὺς ὢν ἐκ Διοπείθους τοῦ πατρός,
Πρὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα
Ἐξέλιπε, πεντήκοντα καὶ δυεῖν ἐτῶν.

QZXOΠNT

depisime *X* ‖ euripedes *ZΠN* ‖ 4 innobilibus *Q* ‖ petis *X pr.* ‖ (§ 1) 5 Menanderaphile mone (*inter* r *et* a *distinxit x*) *X* ‖ philomene *Z pr.* phylomene *T* ‖ parui *Q* paruo *q* ‖ 6 gratia ** (*s.* ***) *X pr.* greciaq; *Q* ‖ facionibus *X* ‖ 7 uincebantur *Q* ‖ (§ 2) Eum] *om. T* ‖ cvnforte *x* conforte *X* ‖ obuium *X pr.* ‖ 8 phylemo *T* ‖ cum me] = *x:* *****n me *X* ‖ erubescis euripidē. *Q* ‖ (§ 3) 10 Euripiden *OT* Euripedem *ZN* Euripeden *n* eurippidem *X* eurippiden *x* ‖ *Varr. op. inc. fr. p.* 351 *Bip.* (*ad imaginum libros rettulit FRitschl, praeterea, id quod mihi in re sane incertissima satis probabile videtur, de annalibus aut de logistorico aliquo cogitans, mus. phil.* 6, 514 (*opusc.* III 453) *cf. m de Varr. hebdom. animadv. Dorp.* 1857 *p.* 12, *mus. phil.* 13, 465; *libris de poetis totum h. l. tribuit idem m* 552 *sq.* ‖ 11 trago edias *x* trago ediā *m* ‖ quindecim *ICasaubonus ante ed. Torn., at cf. Suid. s. v.* Εὐριπίδης; *ANauck de Eur. vita ante ed. Eurip.* I² XV, 20 ‖ ucisse *X pr.* ‖ 12 uincernt *X pr.* uincerē *Π* ‖ aliquod *Z* aliquem (*praec.* eum) *X* aliqui (*sq.* poetae) *x* ‖ (§ 4) 13 Mendrandū *Q* ‖ alii] *om. T* ‖ *.C. (*in mg.*) VIII (C.) *X* ‖ (§ 5) 14 ap(app *Z*)ollo dori *ZX* ‖ *Apollodori chron. fr.* 91 *FHG* I 448ᵇ *CMuell.* (*CGHeyne ed. Apollod. Gott. a.* 1803 *p.* 417) ‖ 15 hos denandro *X pr.* ‖ *Graecis* 1½ *lin. spat. vac. rel. X* GR. *T* ‖ 17 ΚΙΦΙCΙΕΥC *OΠN* ‖ ὢν] *e:* ΙωΝ *libri* ἐὼν *i* ‖ ἑκατὸν *Casaubonus l. l., unde certe hos versus descripsit Salmasius, cum Gellius Tornaesianus edebatur puer quadrimulus, quem 'ipsa eadem' ac Casaubonum 'adscripsisse exemplari suo' testatur i, qui id quoque ignorasse videtur, notas ad calcem ed. a.* 1644 *additas ex ed. Torn. expressas esse* ἐκ γε *LCValckenaer diatr. de Eur. perd. dram. rell.* (*LB* 1768) *p.* 10 ‖ Διοπείθους] *x:* ΔΙΟΠΙΘΟΥC *ZON* ΔΙΟΠΙΘΟΙC *Π* Διοπείθεος *tacite CGHeyne l. l.* (*CMueller l. l.; Th. Roeper phil. Anz.* 1870 *p.* 25) ‖ τοῦ] *AMeineke Menandri et*

Ex istis tamen centum et quinque omnibus, solis eum octo vicisse, 6
idem Apollodorus eodem in libro scribit.

V.

Nequaquam esse verum, quod minutis quibusdam rhetoricae artificibus videatur, M. Ciceronem in libro, quem de amicitia scripsit, vitioso argumento usum, ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου posuisse; totumque id consideratius tractatum exploratumque.

M. Cicero in dialogo, cui titulus est Laelius vel de 1
amicitia, docere volens, amicitiam non spe exspectationeque utilitatis neque pretii mercedisque causa colendam, sed quod ipsa per sese plena virtutis honestatisque sit expetendam diligendamque esse, etiamsi nihil opis nihilque emolumenti ex ea percipi queat, hac sententia atque his verbis usus est eaque dicere facit C. Laelium, sapientem virum, qui P. Africani fuerat amicissimus:
Quid enim? Africanus indigens mei? ne ego quidem 2
illius. Sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit; auxit benivolentiam con-

---

QZXOΠNT

Philem. rell. p. XXIV: *om.* ‖ 18 τοῖσιν] *Casaubonus:* TOIC *OΠN cf. adn. sq.* ‖ TOΓCKATON *Z* ‖ ΓΡΑΨΑC *Z* ΓΡΑΙΑC *Π* ‖ δράματα] *Casaubonus:* ΑΡΑΜΑΤ'(Z' *fere Π*) *OΠN* ΑΡΑΜΑΤ *Z* ‖ 19 ἐξέλιπε] *praeeuntibus fere e, quae* ἐξ (*s.* ἐξ. *s.* ἐξ) *lin. praec. addiderunt, Casaubonus:* EΞΕΛΕΙΠΕ *Z* EΞ'ΕΛΕΙΠΕ *ON* EΞ'.ΕΛΕΙΠΕ *Π* ‖ πεντήκοντα] *e:* ΠΕΝΤΗΚΑΝΤΑ. *ΠN* ΠΕΝΤΕΚΑΝΤΑ· *O* ΤΙΗΝΤΕΚΑΝΤΑ *Z* ‖ δυεῖν] = *Valckenaer l. l. ex cod. Franeq.:* ΔΙΕΙΝ *Π* ΑΙΕΙΙΙ *Z* ‖ ETON *Π* ‖ *post* ἐτῶν *unam fere lin. vac. rel. N* ‖ (§ 6) 20 istis] his *T* ‖ 21 appollodorus *Z* apollo doruseo dem *X* ‖ in eodem *Π* ‖ scribit] *Q:* scripsit ‖

V: IIII *in lemm. XΠN cf. adn. cap.* 4; § 1 *et* 2 *exhibet T* ‖ (*lemm.*) 2 minutis] = *z in lit.* ‖ 3 amicia *Q* ‖ 4 *Graecis l. rel. X* ‖ ΑΜΦΙCΒΗΤΟΙΜΕΝΟΝ *Z* ‖ ΟΜΟΛΟΤΟΓΜΕΝΟΓ *OΠ* ‖ 5 consideratus *Xpr.* ‖ explorat'q; *Q* ‖ (§ 1) 6 dialo*go *X* ‖ est lelius* (ē) *Q* ‖ 8 utilita*tis (s ?) *X* ‖ quod] *coll. Cic. infra* § 2 *lin.* 23 *CDziatzko:* quo ‖ 9 honestatiq; *Z* ‖ 10 aea *Qpr.* ‖ percipit (*sq.* queat) *Q pr. Z* ‖ 11 queat] = q; at *Q:* q̄at *Zq* ‖ hiis *Z* istis *T* ‖ uersib; *QZ* ‖ 12 lelium sapientē. uirū *T* ‖ qui africani *x* quiafricani *X* ‖ (§ 2) *Cic. Lael.* 9, 30 ‖ 13 ?] *h cum Cic.: om. libri* ‖ indigens mei? minime hercle. At ne (nec σ) ego σφ *cf. adn. sq.* ‖ ne] nec *XT* minime hercule! ac ne *Cicero* ‖ 14 illius? *Z* ‖ admiratione̅ *Z* ‖ quedā *Q pr.* ‖ eius] illius. (*v. lin. init. et voc. sq.*) *T* ‖ 15 uicissem *Π* uiccsimo (*sq.* o) *Z* ‖ 16 habeat *Cic. P*(*aris. Didotianus*) *Vind. D* ‖ medi lexit *X* ‖ dilexit et auxit *T* ‖ beniuolencitiam *Cic. P* ‖

suetudo. Sed quamquam utilitates multae et magnae consecutae sunt, non sunt tamen ab earum spe causae diligendi profectae. Vt enim benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam — neque enim beneficium faeneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus —, sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus.

3 Hoc cum legeretur in coetu forte hominum doctorum, rhetoricus quidam sophista, utriusque linguae callens, haut sane ignobilis ex istis acutulis et minutis doctoribus, qui 'τεχνικοί' appellantur, atque in disserendo tamen non impiger, usum esse existimabat argumento M. Tullium non probo neque apodictico, sed eiusdem quaestionis, cuius esset ea ipsa res, de qua quaereretur; verbisque id vitium Graecis appellat, quod accepisset
4 'ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου'. 'Nam 'beneficos'', inquit, 'et 'liberales' sumpsit ad confirmandum id, quod de amicitia dicebat, cum ipsum illud et soleat quaeri et debeat, quisquis liberaliter et benigne facit, qua mente quoque consilio benignus liberalisque sit? utrum, quia mutuam gratiam speret et eum, in quem benignus sit, ad parem curam sui provocet, quod facere plerique omnes videntur, an, quia natura sit benivolus benignitasque eum per

---

QZXOΠNT

17 utilitatis *T pr. cum nonnullis Cic. codd.* ‖ 18 tamen] inde (iñ *sc. pro* tñ) *Z* ‖ 19 Vt enim] etenim *v. l. ap. Cic.* ‖ 20 simus *Z* ‖ ut non *Cic. Erfurt.* ‖ 21 libertatem *Cic. P* ‖ 22 in amicitiam *et* ad amicitiam *v. l. ap. Cic.* ‖ 23 s; 7 quo dominus *Z* ‖ quo *Π* ‖ inest] sit non esse *v. l. ap. Cic.* ‖ 24 utamus *Π* ‖ (§ 3) 25 doctorum,]. *Π* ‖ 26 caldens *ut vid. X pr.* ‖ aut *QX* haud *OΠN* ‖ ĭnobilis *Q* ‖ 27 aucutulis *X pr.* ‖ minoris *QZ* minoribus (*sq. sc.* doctoribus) *q* ‖ qui EXNIKEI *Z* quidex'NKEI *Q* ‖ τεχνικοί] *sc:* TEXMKOI *X* TEXNIKEI *ON* TEXMIKEI *Π* ‖ appellant *X* ‖ 28 inpi*ger *X* ‖ 30 res dequareretur *X pr.* res que quereretur *q* res quereretur *Q* ‖ quaereret *Π* ‖ 31 id] ad *X* ‖ appellabat (appellbat *typogr. errore Brix.*) *recte fort. e Graecis* 2 *lin. vac. rel. X* ‖ 32 AMΦICBHTOΓMEN(N)OΓN *ZOΠN* ‖ ANTOIMOΛOΓOΓMENOΓ *Z* AMΓOIMOΛOΓOΓMENOΓ *Π* ‖ (§ 4) 34 illū (*praec.* ipsum) *QZ* ‖ et] *spscr. o* ‖ solebat *X* ‖ quisquis *Z* ‖ 35 facit. 7 qua *Z* ‖ quoque] *QZ:* quoue *XOΠN recte fort., si ap. illos* q *ex syll. praec. repetitum est* ‖ 37 sui curam *X* ‖ sui provocet] *z in ras.* ‖ facile *ΠX* ‖ pleri*que *X* ‖ 38 , au , quia] .antiqua *Π* ‖

sese ipsa et liberalitas delectet sine ulla recipiendae gratiae pro-
curatione, quod est omnium ferme rarissimum?' Argumenta autem 5
censebat aut probabilia esse debere aut perspicua et minime
controversa, idque 'apodixin' vocari dicebat, cum ea, quae dubia
aut obscura sunt, per ea, quae ambigua non sunt, inlustrantur.
Atque, ut ostenderet beneficos liberalesque ad id, quod de amicitia 6
quaereretur, quasi argumentum exemplumve sumi non oportere,
'eodem', inquit, 'simulacro eademque rationis imagine amicitia
invicem pro argumento sumi potest, si quis adfirmet, homines
beneficos liberalesque esse debere, non spe aliqua compendii, set
amore et studio honestatis. Poterit enim consimiliter ita dicere. 7
Namque, ut amicitiam non spe utilitatis amplectimur, sic benefici
liberalesque non gratiae reciperandae studio esse debemus. Poterit 8
sane', inquid, 'ita dicere, sed neque amicitia liberalitati neque
liberalitas amicitiae praebere argumentum potest, cum de utraque
pariter quaeratur'.

Haec ille rhetoricus artifex dicere quibusdam videbatur perite 9
et scienter, sed videlicet eum vocabula rerum vera ignoravisse.
Nam 'beneficum et liberalem' Cicero appellat, ita ut philosophi 10
appellandum esse censent, non eum, qui, ut ipse ait, beneficia
faeneratur, sed qui benigne facit, nulla citatus ratione ad utilitates
suas redundante. Non ergo obscuro neque ambiguo argumento 11
usus est, sed certo atque perspicuo, siquidem, qui vere beneficus
liberalisque est, qua mente bene aut liberaliter faciat, non quaeritur.

QZXOΠN

39 ip̆am *Z* ‖ (§ 5) 42 controuerso *X pr.* ‖ apodix inuocari *Q* ‖ 43 inlustrantur atq; *in ras. z* ‖ (§ 6) 44 benefitios *Z* ‖ 45 oportet. *Q* ‖ 46 simulachro *N* simulacrho *Z* argumento *al. m. adscr.* φ (= *f*ν *om.* σ *h*ν) *cf. lin. sq.* ‖ et eadem *XOΠN* ‖ 47 affimet *Q* ‖ 48 speciali qua *Z* ‖ cōpendiis & *QZ* conpendi ise (d *in fine spscr. x*) *X* ‖ 49 amorē *Z* ‖ (§ 7) id addicere (*quod quodammodo defendi possit coll. P. D. s. v.* addicere *p.* 13, 2 *M., at cf. lin.* 52) *Q* id adicere *Z* ‖ 50 non] nam (*praec.* namque) *Z* ‖ s*pe (e) *X* ‖ āpletimur *X* ‖ sic] s; *Z* ‖ 51 lib̆arlesquȩ *X pr.* ‖ non] *spscr. z* ‖ recuperandae *x O m. rec.* recipiendȩ (e *Z*) *ZN* ‖ (§ 8) 53 amicitiae] amicicia *Z* ‖ utraque] *Q* (*Longolius*)*:* utroque ‖ (§ 10) 57 beneficium *QZX pr. Π* ‖ apellat(*sic*)—esse *in mg. add. x* ‖ 58 ait—argumento] *al. m. scripta in Z* ‖ 59 nullata cita *X* ‖ citatus] *h:* citate *Q* citate *q* tacita *rell.* incitandi *vel* incitatus *Salmasius* ‖ (§ 11) 60 neque] atque *Π* ‖ 61 pspipuo *Z* ‖

12 Aliis enim longe nominibus appellandus est, si, cum talia facit,
13 sui potius quam alterius iuvandi causa facit. Processisset autem argutatori isti fortassean reprehensio, si Cicero ita dixisset: ‘ut enim benefice liberaliterque facimus, non ut exigamus gratiam’; videretur enim benefice facere etiam in non beneficum cadere posse, si id per aliquam circumstantiam fieret, non per ipsam
14 perpetuae benignitatis constantiam. Sed cum ‘beneficos liberalesque’ dixerit neque alius modi isti sint, quam cuius esse eos supra diximus, ‘inlotis’, quod aiunt, ‘pedibus’ et verbis reprehendit doctissimi viri orationem.

VI.

Falsum esse, quod Verrius Flaccus in libro II., quos de obscuris M. Catonis composuit, de servo recepticio scriptum reliquit.

1 M. Cato Voconiam legem suadens verbis hisce usus est: Principio vobis mulier magnam dotem adtulit; tum magnam pecuniam recipit, quam in viri potestatem non conmittit; eam pecuniam viro mutuam dat; postea, ubi irata facta est, servum recepticium sectari atque flagitare virum iubet.

QZXOΠN

(§ 13) 64 pce*(*aut* **)sisset *X pr.* ‖ 65 argumentatori *ZO pr. qx* ‖ fortasse an *O, ubi rasura in mg., N* (fortasse *ex* an *add.* φ) ‖ p̄hensio *X* ‖ 66 liberaliterque—benefice] *post* benefice *om. QZ* ‖ ut] *om. Π* ‖ 67 uiderenıur *Π pr.* ‖ iñ *Z* ‖ beneficium *O* ‖ 68 si id] su (d *in fin. spscr. x*) *X* ‖ (§ 14) 70 sunt *XΠ* ‖ 71 inlotis] = *q:* inlatis *Q pr.* inlutis *XON* (illutis ped; *o in mg.*) ‖ 72 viri] = *cod. Torn.:* hominis *XOΠN* ‖

VI. *Adhibuit Non. s. v.* receptic(t *al.*)ium *p.* 54, 9 *M. cf. k* 32 *h ann. phil.* 85, 713 *sq.* ‖ (*lemm.*) 2 ueri' *Z* ‖ librorum ς (*SGerm.* 643) *e* (= II 8, 1) ‖ quos] = *x:* quod *QZN pr.* quo* (*non* d *ut vid.*) *X* ‖ 3 deser|uore ceptio *X pr.* ‖ recepticio] = *libri fere plerique lin.* 8; 10; 12; 20; 36: receptiuo *Nq* recepto *Q* receptíí *Z* ‖ (§ 1) 4 M.] *spat. rel. om. Z* ‖ uocaniam *Z* ‖ uerb' sce *Z* ‖ usu *Q* ‖ *Catonis or. pro lege Voconia fr. p.* 99 *sq. HM.*[2]; *suasion. leg. Voc. fr.* 1 *p.* 54 *Iord.* ‖ 5 nobis *e* ‖ attulit (*praesenti sc. tempore*), magnam *LFruterius verisim.* II 7 ‖ tum] cum *Z* ‖ 6 recepit *ZΠ* ‖ potestate *e* ‖ 7 committit *ZXOΠN:* conmittat (*propter sq.* dat *ut vid.*) *Q* ‖ 8 $\overset{i}{\text{u}}$ rapta *Q* nisi ($\overset{i}{\text{n}}$ *sc. pro* $\overset{i}{\text{u}}$) rapta *Z* ‖ ubi irata—iubet] = *Fest. s. v.* recepticium servum *p.* 282[b] *M.* ‖ receptitium *ZN* receptiuū *Q* ‖ 9 iubet querebatur. *Z* ‖

Quaerebatur, 'servus recepticius' quid esset. Libri statim 2
quaesiti allatique sunt Verrii Flacci de obscuris Catonis.
In libro secundo scriptum et inventum est, 'recepticium servum'
dici nequam et nulli pretii, qui, cum venum esset datus, redhibitus
ob aliquod vitium receptusque sit. Propterea, inquit, servus 3
eiusmodi sectari maritum et flagitare pecuniam iubebatur, ut eo ipso dolor maior et contumelia gravior
viro fieret, quod eum servus nihili petendae pecuniae
causa conpellaret.

Cum pace autem cumque venia istorum, si qui sunt, qui 4
Verrii Flacci auctoritate capiuntur, dictum hoc sit. 'Recepticius' 5
enim 'servus' in ea re, quam dicit Cato, aliud omnino est quam
Verrius scripsit. Atque id cuivis facile intellectu est; res enim 6
procul dubio sic est: quando mulier dotem marito dabat, tum
quae ex suis bonis retinebat neque ad virum tramittebat, ea
'recipere' dicebatur, sicuti nunc quoque in venditionibus 'recipi'
dicuntur, quae excipiuntur neque veneunt. Quo verbo Plautus 7
quoque in Trinummo usus est in hoc versu:

Posticulum hoc † recipit, cum aedis véndidit,

QZXOΠN

(§ 2) 10 recepticius] = *x:* receptius *X* receptur' *Z* ‖ 11 **|lacci *X pr.* ‖ *Verrii Flacci de obsc. Cat. fr.* 29 *p.* 20 *sq. Egger.; coll. Fest. l. supra l. posuit OMüller praef. ed. Festi p.* XVI *cf. m.* 660; 661 (*Muelleri sententiam non satis recte intellexit HEDirksen opp. post.* I 69) ‖ catonis in *Q* ‖ 12 et] *Q, quod vix crediderim ex* et *lin. sq. originem duxisse: om.* ‖ recep¦recepticiū *Q* ‖ 13 nulli' *q O m. rec.* ‖ qui] qđ *Z* ‖ reddit' *x* reddi*** (*s.* ****) *X* ‖ (§ 3) 15 sertari (*praec.* servus) *X pr.* ‖ uidebatur *ZN* ‖ 16 ⁊ maior ⁊ *Z* ‖ 17 nihil *X pr.* nichil *QZ* ‖ 18 conpelleret cū *Q* compellet cum *Z* ‖ (§ 4) 19 Cōpace *X pr.* ‖ uenistorum *X* ‖ (§ 5) 20 receptius *Z* ‖ 22 cuius *N* = cui' *Z* ‖ (§ 6) 23 tumq; ex *X* ‖ 24 transmittebat *q* trasmittebat *x* ‖ 25 recipere] *e:* reci(u *o*)perare *libri* = σ ‖ Sicut in unoquoq; *X* ‖ recipi dicuntur] *QZ cod. Torn.* (*Thysius*)*: ante* quae excipiuntur *om.* ‖ 26 ueniunt *Z* ‖ (§ 7) 27 hoc] *om. Z* ‖ *Plauti Trin.* I 2, 157 (*v.* 194 *Fl.*) *cf. Non. l. l. p.* 54 *et s. v.* recipere *p.* 383, 26 ‖ 28 recipit] *QZOΠN* (*de X v. adn. sq.*), *Non. Par.* 7667 *p.* 54 *l. ex G. hausto, Plauti Ambr., ut ita G. ipse scripsisse videatur:* recepit *emendatam rell. Plauti et Non. codd. scripturam exhibent e* ‖ recipicumedisuendidit (t *in* s *mut. x*) *X* ‖ cum] = *Plaut. Ambr., rell.:* quem (quam - *num recte an typographi vitio? - sec. Ritschelii ed. Trin. alt.*) *Plaut. Vetus* ‖ cumediis *Non. Par. p.* 54 ‖ edis *cum nonnullis libris Gell. et* ediis *v. l. ap. Non.* ‖ uenderet *libri Non. p.* 383

id est: cum aedis vendidit, particulam quandam, quae post eas aedis
8 erat, non vendidit, sed retinuit. Ipse etiam Cato mulierem demonstrare locupletem volens: mulier, inquit, et magnam dotem dat et magnam pecuniam recipit, hoc est: et magnam dotem dat
9 et magnam pecuniam retinet. Ex ea igitur re familiari, quam sibi
10 dote data retinuit, pecuniam viro mutuam dat. Eam pecuniam cum viro forte irata repetere instituit, adponit ei flagitatorem 'servum recepticium', hoc est proprium servum suum, quem cum pecunia reliqua receperat neque dederat doti, sed retinuerat; non enim servo mariti imperare hoc mulierem fas erat, sed proprio suo.

11 Plura dicere, quibus hoc nostrum tuear, supersedeo; ipsa enim sunt per sese evidentia et quod a Verrio dicitur et a nobis; quod utrum ergo videbitur cuique verius, eo utatur.

VII.

Verba haec ex Atinia lege 'quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto', P. Nigidio et Q. Scaevolae visa esse non minus de praeterito furto quam de futuro cavisse.

1 Legis veteris Atiniae verba sunt: Quod subruptum

QZXOΠN

29 id est: cum aedes vendidit] *post* vendidit *om.* *Q* ‖ id est—non vendidit] *om.* *X* ‖ particulam—non vendidit] *post. alt.* vendidit *om.* *Z* ‖ quandam, quae] quā-'que *Q* ‖ edeserat *Q* ‖ (§ 8) 30 Cato: mulier et—retinet (*sic pro* recipit *cf. adn. lin.* 32 *et Quich. adn. Non.*) *Nonius p.* 54 ‖ mulieri *Π* ‖ 31 uolent *N pr.* ‖ milier *N* ‖ magnē (*sq.* dotē) *X* ‖ 32 recipit, hoc est: et magnam dotem dat et magnam pecuniam] *ante* retinet *om.* *QZ* ‖ recipit, hoc est, retinet *deletis mediis g* ‖ (§ 9) 33 sibi] = *Non. l. l. p.* 54: *om. cod. Torn.* ‖ 34 retimuit *X* ‖ (§ 10) Eam] & *q* &̃ (*i. e.* etiam) *ut vid.* *Q* ‖ 35 forte ,** *Q* ‖ ; Adponit *X* . Apponit *Π* ‖ ei] *Nonius, Salmasius, g:* et *QZ* *om.* *XOΠN* ‖ 36 repeticiū *Z* ‖ servum] *om. libri Non.* ‖ cum] = *Non. Harl. m. pr.: del. id. m. alt., om. rell. Non. codd.* ‖ 37 reliqua pecunia *Nonius* ‖ 39 suo plura *QZ* ‖ (§ 11) 40 quib; quib; *Z* ‖ super se do *O* ‖ 41 auerio *Q* auerrio* (÷ *ut vid.*) *X* ‖ nobis quod atrum *X* ‖ 42 debitur *Q* ‖ . Cuiq; *X* tuiq; *Z f.* cunque *i* ‖

VII. (*lemm.*) 2 subruptum] *ZOΠN* (*cf. lin.* 5; 11; 24; 28; 29; 31), *Ritschelius mus. phil.* 8, 494 (*opusc.* IV 68) *coll. prolegg. ad Plaut. Trin. p.* XCV; *mus. phil.* 8, 155 *n.*, 451, 1 (= *opusc.* V 350; II 544 *n.*; IV 67 *n.*); *Fleckeiseno ann. phil.* 66, 328: subrutum *QX* subreptum *ubique edd. ante h'* ‖ cui' *Q* ei *X* ‖ ueterna *Π* ‖ 3 autoritas *X pr.* ‖ nigio *X pr.* ‖ Q.] *om.* *Q* que *QZ* ‖ sciuole *Q* ‖ visa] facta *Q* ‖ (§ 1) 5 Leges

erit, eius rei aeterna auctoritas esto. Quis aliud putet 2
in hisce verbis quam de tempore tantum futuro legem loqui?
Sed Q. Scaevola patrem suum et Brutum et Manilium, 3
viros adprime doctos, quaesisse ait dubitasseque, utrumne in post
facta modo furta lex valeret an etiam in ante facta? quoniam
subruptum erit utrumque tempus videretur ostendere, tam
praeteritum quam futurum.

Itaque P. Nigidius, civitatis Romanae doctissimus, super 4
dubitatione hac eorum scripsit in tertio vicesimo grammaticorum commentariorum. Atque ipse quoque idem putat,
incertam esse temporis demonstrationem, sed anguste perquam et 5
obscure disserit, ut signa rerum ponere videas ad subsidium magis
memoriae suae quam ad legentium disciplinam. Videbatur tamen 6
hoc dicere, suum verbum et 'est' esse et 'erit'; quando per sese ponuntur, habent atque retinent tempus suum, cum vero praeterito iunguntur, vim temporis sui amittunt et in praeteritum contendunt.

QZXOΠN

O pr. ‖ ueteres *X pr.* ‖ atíme *Q* atimiae *X* atinianc *Z* ‖ subruptum] = σ (*item bis infra annot.* φ): surruptum (*'ita v. l.' Ob. Gifanius obss. singul. in l. L. s. v.* Surruptus *pro* surreptus) ‖ 6 erat *Π pr.* ‖ rei] = *q:* re *ut vid. X* ‖ (§ 2) aliud] *e:* alius *QZOΠN*σ aliis *X* (*propter* quis *utrumque*) ‖ 7 de** (de) *Q* ‖ (§ 3) 8 que *QX* quę (*s.* quae) *ONx* ‖ seeuola *Q* ‖ *Q. Mucii Scaev. de iur. civ. libror. fr.* 3 *p.* 13 *sq. Huschk. IA*[4] *cf. ASchneider die drei Scaevola Cicero's p.* 83, 1 ‖ patrem suum] *om. Π* ‖ bruttum *O* butū *Q pr. Z* ‖ manlium *XOΠ* ‖ 9 viros] *om. Q* ‖ ab prime *Q pr.* asprime *Z* ‖ 10 ual*eret (u) *X* ‖ 11 subrutum *Q* ‖ uitrumq; *X pr.* ‖ ostendere] *libri, edd. tantum non omnes, quod tanquam suam emendationem proferre posse sibi visus est HAlanus obss. in loca aliquot Cic.* (*Dublinii* 1863) *p.* 13: offendere *sine adn., typothetae ut vid. errore* λ ‖ (§ 4) 13 pnigidius *q* ‖ 14 hac] *e:* hec *QZX* haec (*s.* hęc) *OΠNx* ‖ .III. et .XX. (with o above I and X) *Π* quartouicesimo *e* ‖ grammaticorum] *om.* ς (*SGerm.* 643; *Vat.* 3452) com(*s.* cō)maticorum (*propter* commentariorum) *ZOΠNq*σ comaticorum *Q* ‖ commentariorum co(ca *x*)maticorum, *nisi verborum collocationem significare neglexi* (commentariorum grammaticorum *vg.*), *X* ‖ *P. Nigidii Fig. comm. gramm. lib.* XXIII *fr. p.* 263 *Rutgers. VL* III 16 ‖ (§ 5) 17 obcure *X* ‖ dixerit *Q* ‖ signare*rū (o *ut vid.*) *X pr.* ‖ videatur *IKlein mus. phil.* 18, 480 iudices (*sic certe, non* iudicet) *Salmasius* ‖ (§ 6) 19 suum verbum et 'est' esse] *h*[ra] 74 *a* μ *monitus:* suum ubū et esse *QZ* uerbum esse *XOΠN* (ē & erit *in mg. o*) suum est verbum et 'est' μ ‖ 20 retinenttē|pus *X pr.* ‖ 21 iungantur *x* iugantur *X* ‖ admittunt *Q* ammittant *X pr.* ‖ concedunt *mg. Gryph.* 1542 (*non*

7 Cum enim dico 'in campo est' et 'in comitio est', tempus instans significo; item cum dico 'in campo erit', tempus futurum demonstro; at cum dico 'factum est', 'scriptum est', 'subruptum est', quamquam 'est' verbum temporis est praesentis, confunditur tamen cum praeterito et praesens esse desinit'.

8 'Sic igitur', inquit, 'etiam istud, quod in lege est; si dividas separesque duo verba haec 'subruptum' et 'erit', ut sic audias 'subruptum erit', tamquam 'certamen erit' aut 'sacrificium erit', tum videbitur lex in postfuturum loqui; si vero copulate permixteque dictum intellegas, ut 'subruptum erit' non duo, sed unum verbum sit idque unitum patiendi declinatione sit, tum hoc verbo non minus praeteritum tempus ostenditur quam futurum'.

VIII.

In sermonibus apud mensam Tauri philosophi quaeri agitarique eiusmodi solita 'cur oleum saepe et facile, vina rarius congelascant, acetum haut fere umquam', et 'quod aquae fluviorum fontiumque durentur, mare gelu non duretur'.

1 Philosophus Taurus accipiebat nos Athenis cena plerumque
2 ad id diei, ubi iam vesperaverat; id enim est tempus istic cenandi. Frequens eius cenae fundus et firmamentum omne erat aula una lentis Aegyptiae et cucurbitae inibi minutim caesae.

3 Ea quodam die ubi paratis et exspectantibus nobis adlata atque inposita mensae est, puerum iubet Taurus oleum in aulam

---

QZXOΠNT

concedit; *atque illud hercle, non hoc, placuit g°*) ‖ (§ 7) 22 et] *om. XOΠN* ‖ cōmitio *X* ‖ intans *X pr.* ‖ 23 significatio item *Z* ‖ 25 *alt.* est] *Q* (∸), *quod possit ex* est *praec. originem ducere: recte f. igitur* sit *XOΠN om. Z* ‖ (§ 8) 28 supruptū *X pr.* subrutū *Q* ‖ 29 sub ruptū ('duo verba' *scil.*) *XN* ‖ erit] *addendum, non supplendum esse credidi* ‖ certam̄tū (*cf.* tum *lin. sq.*) *Z* ‖ sacrifitiū *Z* ‖ 30 . Tum *XΠ* ‖ 31 intellegis *X* ‖ ut] uis *QZ* ‖ subruptum] *certe = N, de quo ad* subreptum *h. uno l. nil enotatum habeo:* supruptū *X* ‖ 32 itq; *Z* itaq; *Q* ‖ unitum] *h:* unita (*propter* declinatione) ‖ 33 minas *X pr.* ‖

2 Scriptum etiam a Lenaeo, Cn. Pompei liberto, Mitridatem illum
Ponti regem medicinae rei et remediorum id genus sollertem
fuisse solitumque earum sanguinem miscere medicamentis, quae
digerendis venenis valent, eumque sanguinem vel potentissimum
3 esse in ea confectione; ipsum autem regem adsiduo talium me-
4 delarum usu a clandestinis epularum insidiis cavisse, quin et
scientem quoque ultro et ostentandi gratia venenum rapidum et
velox saepenumero hausisse, atque id tamen sine noxa fuisse.
5 Quamobrem postea, cum proelio victus in ultima regni refugisset
et mori decrevisset, venena violentissima festinandae necis causa
6 frustra expertus, suo se ipse gladio transegit. Huius regis anti-
dotus celebratissima est, quae 'Mitridatios' vocatur.**

QZXOΠNT

XVI. *Exstat in T* || (*lemm.*) 2 anares *Q* || anate sponticas *X* || digerendis] *ex* § 2 *lin.* 8 *Ascens.* 1536: degendis *QZ* detegendis *XOΠNq* detergendis *x* || petentem *Q pr.* poe (*ex utraque scil. lect.* po *et* pe) tentemq; *Z* || inibidem ithridati *Z* || 3 mithridatis (*sq.* regis) *Q* || medicamentum] *QZ:* medicamenti *XOΠn* medicamentis *N* || (§ 1) 4 Anites *X* Anetes *x* netes *litt. init. om. Z* || uenis *Z* || (§ 2) 5 aleneo *O* alenato *Z* || leneo *XΠ* laeneo *N* leaeo *ut vid. Q* lenaco *q* || .CN. *N:* gn. *et* GN. *et sim.* || pompeii *qn* || illum Ponti] = *z in ras.* || illum—id] *in mg. add. n* || 6 solertē *Q pr. Z* || 7 misceri *Z* || 8 dirigendis *T* || uenis *X* || 9 confusione *T* || (§ 3) medullarū *T* medelarum *QZΠNx* || 10 alan destinis *X* || claudestinis *Z* || cauisse—et os] *om. QZ* || (§ 4) qui nescientem *T* || 11 ultra *T* || et] *om. Π* || tentandi (temptandi *Z*), *ut modo expositum est, mutilatum rel. lacunae incuriosus ex Q repetendum esse duxit PLambecius prodr. p.* 68 *sq.* = *gi* || 12 ue sine (uesine *Z*) noxa (lox—tamen *om.*) *QZ* || id] *om. T* || *an* fecisse*?* || (§ 5) 13 cum] = *Z* || in] cum in *Z* || ultimo *x* || 14 et uenena *X ex sil.* (*?*) || ne cis *X* || causa] *om. Π x* (*v. d. misc. obss.* IV 440) || 15 transfigit *Π* uł transegit *spscr. π* || (§ 6) 16 qui *Z* || mithridatios *OΠN* imitridatios *T* mitthridatio *X* ||

XVII.

Mitridatem, Ponti regem, duarum et viginti gentium linguis locutum; Quintumque Ennium tria corda habere sese dixisse, quod tris linguas percalluisset, Graecam, Oscam, Latinam.

Quintus Ennius tria corda habere sese dicebat, quod 1
loqui Graece et Osce et Latine sciret. Mitridates autem, Ponti 2
atque Bithyniae rex inclutus, qui a Cn. Pompeio bello superatus est, duarum et viginti gentium, quas sub dicione habuit, linguas percalluit earumque omnium gentium viris haut umquam per interpretem conlocutus est, sed ut quemque ab eo appellari usus fuit, proinde lingua et oratione ipsius non minus scite quam si gentilis eius esset, locutus est.

XVIII.

Quod M. Varro C. Sallustium, historiae scriptorem, deprehensum ab Annio Milone in adulterio scribit et loris caesum pecuniaque data dimissum.

M. Varro, in litteris atque vita fide homo multa et gravis,

QZXOΠNT

XVII. *Exstat in T* ‖ (*lemm.*) 2 duarum et viginti] *e* = .II. *et* XX ϛ (*SGerm.* 643 *Vat.* 3452) = *Plin. n. h.* XXV § 6 (*quem l., ut iam ab Oiselio - cf. m.* 670; 700 *sq. - observatum est, h. l. descripsit G., ut ex eodem libro fluxit et cap.* 15, *ubi v. adn. lin.* 22, *et - ex* § 5 *sq. - cap.* 16) *atque inde Solin.* I 109 *p.* 29, 26 *M.*: duobus et XX *Π* quinque et viginti *s.* V et XX *et sim. libri rell., quod ab ipso G. neglegenter ex Plinio descriptum esse non praefracte negaverim* ‖ gentilium *X* ‖ 3 tres *XO* ‖ 4 percalluisset] = *xπ:* ꝑcaluisset *ZX* calluisset *Π* ‖ greca inos quā *Q* grecain(*voluit* am)osquā *q* ‖ hoscam *X* nos quam *Z* ‖ (§ 1) 5 *ennius (a) *Q* ‖ corpora *inscite FO*(*sann*) *act. litt. Hal.* 1843 *suppl.* 87, 692 ‖ sese habere *ZX* ‖ quoquod *T* ‖ 6 grc *Z* ‖ et osce] = *x:* eosce *X* ‖ (§ 2) 7 atque] *om. Q, per se recte cf. praef.* § 18 *adn.* ‖ bithiniae (ie *Q*) *QXOΠT* bythinie *N* thinie *Z* ‖ inclitus *QTo* inclytus *Π* inditus *X* ‖ qui a] quia *ZO* .quia. *X* ‖ .CN. *N:* gn. *et* .GN. *et sim.* ‖ 8 est] *om. T* ‖ duarum et viginti] *e* = .II. *et* .XX. *SGerm.* 643 *cf. adn. lin.* 2: quinque et viginti *s.* V et XX *et sim.* ‖ gen*tium *X* ‖ subditione h̄t *Z* ‖ ditione *Q?ΠNT* ‖ linguas] *om. T* ‖ 9 ꝑcaluit *X pr.* ‖ ꝑcalluiearumq; *Z* ‖ que] *om. T* ‖ ſuris *Z* ‖ numquā *Z* *umquā (n?) *X* ‖ per] *om. X* ‖ 10 conlocutus] = *o* collocutus *cum al. π*: locutus *OΠe* = loquutus *Falsterus am. phil.* III 331 ‖ est] *om. X* ‖ 11 lingue *Z* ‖ 12 locus *X pr.* ‖

XVIII = *q in lemm.;* XX *s.* XV *ibi Q in ras.; cum cap.* 17 *om. litt. init.* M., *in Z ne nota quidem distinctionis interposita, coniungunt QZ. Exstat in T* ‖ (*lemm.*) 2 deprensum *ZOΠN* ‖ ab omi omi|lone *ut*

in **libro**, quem scripsit **Pius aut de pace**, C. Sallustium scriptorem seriae illius et severae orationis, in cuius **historia** notiones censorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehensum ab Annio Milone loris bene caesum dicit et, cum dedisset pecuniam, dimissum.

XIX.

Quid Epictetus philosophus dicere solitus sit hominibus nequam et inpuris, disciplinas philosophiae studiose tractantibus; et quae duo verba observanda praeceperit omnium rerum longe salubria.

1 **Favorinum** ego audivi dicere, **Epictetum** philosophum dixisse, plerosque istos, qui philosophari viderentur, philosophos esse eiuscemodi ʽἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν', id significat
2 ʽfactis procul, verbis tenus'. Iam illud est vehementius, quod **Arrianus** solitum eum dictitare in **libris**, quos **de disser-**

QZXOΠNT

vid. in litura Q ab annalio milone *q* ‖ 3 milione *Z* ‖ lorris *Z* ‖ cessum *X pr.* ‖ (§ *un.*) 5 M.] *om. QZ cf. adn. inscr. cap.* ‖ in] = *q:* *in *Q* ‖ uitę *T* uite *QZ* ‖ et] eo *T* ‖ grauius *T pr.* ‖ 6 inscripsit *PBurmann Sec. AL* I *p.* 406; *IVahlen in Varr. sat. coni. p.* 194, *at cf. adn. ad* I 17, 4 ‖ *Varr. logist. Pii aut de pace fr. p.* 324 *Bip. p.* 256 *Ries.* ‖ C.] c *X* io *in* iṽ *corr. spscr. x* G *q* ‖ salustius in *Q pr. Z* sallustio *Π* ‖ 7 seriae] = *O et o mg.:* seriei *Π* seruę *T* serui *ut vid.* (*in mg.* ·/·) *Z pr.* ‖ orationes(is *z*) seuere *Z* ‖ orationi*s *X* ‖ historia] oratione *Π* ‖ 8 notiones] *cf. modo, ne Gifanium obss. sing. in l. L. s. v.* notio censoria *afferam, WABecker RA* II 2, 210, 514 (*tacet de hoc voc.* τ *RStR* II 370, 1): notationes *q* (*Guil. Ranchinus VL* I 5) ‖ atque] *om. T per se tolerabile cf. praef.* § 18 ‖ (atque exerceri) *FRitschl de Varr. logist. p.* VIII (*opusc.* III 410) ‖ exer***ceri (cer *ut vid.*) *Q* exercere *O* ‖ deprensū *XOΠNT* ‖ 9 anno *T* annalio (·/· *in mg. Z*) *QZ* ‖ loris] *om. T* ‖ cenṣum *X* ‖ cum] *om. Z* ‖ 10 demissū *Z* ‖

XIX: XVIII *in inscr. cap. QZ; inde a* § 4 *lin.* 21 (*v. adn.*) *exstat in T; Epicteti fragmentis add. Dübnerus pone ed. Paris. Theophr. char. etc. a.* 1840 *fr.* CLXXIX *p.* 32[a] ‖ (*lemm.*) 2 Quod *O pr.* ‖ Quide pietetus *X pr.* ‖ epicteus *Z* ‖ (§ 1) 5 *litt. init.* F *spat. rel. om. Z* ‖ epicteū *Z* epithetū *Q* ‖ 6 viderentur] = ϰ (λ *adn.; FRitschl parerg. p.* 82 *n.*): uidentur *XΠ* ‖ philophos *Q* ‖ 7 esse] *om. Π* ‖ .ei'comedia (*sq.* A *s.* a *in archet.*) *Q* .h'cemodi *q* huiusmodi *Z* ‖ aNY *X* ‖ ΠPATTEY *Z* ‖ MEXPY *X pr.* ‖ 8 pactis *QZ* ‖ (§ 2) 9 arr anus *X* adrianus *QZx* ‖ dictitaret *Q* ‖ libros *Q pr.* ‖ quę *X* que *x* ‖ de] *om. QX pr.* ‖ dissertionibus *Π* dissertiorib; *X* ‖

tationibus eius composuit, scriptum reliquit. ‘Nam cum , inquit, 3 ‘animadverterat hominem, pudore amisso, inportuna industria, corruptis moribus, audacem, confidentem lingua ceteraque omnia praeterquam animam procurantem, istiusmodi hominem cum viderat studia quoque et disciplinas philosophiae contrectare et physica adire et meditari dialectica multaque id genus theoremata suspicari sciscitarique, inclamabat deum atque hominum fidem ac plerumque inter clamandum his eum verbis increpabat: “Ἄνθρωπε, ποῦ βάλλεις; σκέψαι, εἰ κεκάθαρται τὸ ἀγγεῖον· ἂν γὰρ εἰς τὴν οἴησιν αὐτὰ βάλλῃς, ἀπώλετο· ἢν σαπῇ, οὖρον ἢ ὄξος γένοιτο ἢ εἴ τι τούτων χεῖρον”. Nil profecto his verbis gravius, nil verius, quibus 4 declarabat maximus philosophorum, litteras atque doctrinas philosophiae, cum in hominem falsum atque degenerem, tamquam in vas spurcum atque pollutum, influxissent, verti, mutari, corrumpi et, quod ipse κυνικώτερον ait, urinam fieri aut si quid est urina spurcius.

Praeterea idem ille Epictetus, quod ex eodem Favorino 5 audivimus, solitus dicere est, duo esse vitia multo omnium gravissima ac taeterrima, intolerantiam et incontinentiam, cum aut iniurias, quae sunt ferendae, non toleramus neque ferimus, aut a

---

QZXOΠNT

(§ 3) 10 cum] * *Q* ‖ 11 adnimaduertat *Z* ‖ pudorem (*post* hominem) *Z* ‖ 12 linguā (*accus. praecedd.*) *XOΠNx* (*inter utramque scripturam fluctuante HStephano noct. Paris. p.* 28) ‖ 13 animum *XOΠN* ‖ istius homini *X* ‖ inquit hominem *recte f. XOΠN* ‖ uideret *Q* uideat. *Π* ‖ 14 contretare *X pr.* ‖ phisica *OΠ* ‖ 15 meditare *ZΠ* ‖ dialetica *Z* ‖ suspicari que sciscitariq; *Q pr.* ‖ 16 suscitariq; *X* ‖ indamabat *X* ‖ hominē (*sq.* fidem) *Q* ‖ *fi*dem *X* ‖ .Ac *Π* ‖ 17 hiis *X* ‖ aNΘPωΓΠE *Π* aNTPωPΠE *X* aNωPONE *Z* ‖ Πωr *X* NOr *Z* ‖ 18 CKEΨΛI *X* ‖ KEKaOaPΓaI *Z* ‖ aΓΓEΓEITONa *rell. Gr. spat. duab. lin. ampliore rel. om. X* ‖ TaP *Z* ‖ TEN *Z* ‖ 19 aTaBaΛΛEC *Z* ‖ aTωΛETONCaΠH *Π* ‖ ἣν] *e:* H *ON* (= ἢ *et* ἣ ς) HC *Z* ‖ ἢ οὖρον ἢ ὄξος γένοιτο (γένοιτ' *Dübn.*) ἄν, ἢ τι *vg.* ‖ CaΠE *Z* ‖ TENOITO *Π* ΓENOrTO *Z* ‖ TI] Π *Z* ‖ 20 TOrTaN *Π* ‖ (§ 4) hiis *Z* is *Π* ‖ 21 declamabat *Z* ‖ *a verbis* Fauorinus maximus phylosophorum declarabat litteras *hoc cap. inc. T* ‖ 22 *cum (e *ex praec. iterat.*) *X* ‖ 23 impollutū (*sq.* influxissent) *Z* ‖ .Verti *X* ‖ 24 KrNIKOTEPON *T* KINIKωTEPON *Z* ‖ ait] *om. XOΠN* ‖ quid est] quidē (*pro* quid ē) *T* ‖ urinas (*sq.* s) *Z* ‖ 25 spurtius *ZX* spurcitius (*lect. utraque conflata*) *QT* ‖ (§ 5) 26 idem] si quidem *X* ‖ epicteus *ZX pr. T* ‖

28 acta eterrima *X* ‖ t̃terrima *Q* ‖ 29 **|ferende (fe) *Q* ‖

quibus rebus voluptatibusque nos tenere debemus, non tenemus.
6 **'Itaque', inquit, 'si quis haec duo verba cordi habeat eaque sibi imperando atque observando curet, is erit pleraque inpeccabilis vitamque vivet tranquillissimam. Verba haec duo dicebat: 'ἀνέχου' et 'ἀπέχου''.**

XX.

Verba sumpta ex symposio Platonis numeris coagmentisque verborum scite modulateque apteque exercendi gratia in Latinam orationem versa.

1 **Symposium Platonis apud philosophum Taurum lege-**
2 **batur. Verba illa Pausaniae inter convivas amorem vice sua laudantis, ea verba ita prorsum amavimus, ut meminisse etiam**
3 **studuerimus. Sunt adeo, quae meminimus, verba haec:** Πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδε ἔχει· αὐτὴ ἐφ' αὑτῆς πραττομένη οὔτε καλὴ οὔτε αἰσχρά· οἷον ὃ νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν, ἢ πίνειν ἢ ᾄδειν ἢ διαλέγεσθαι. Οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καθ'

QZXOΠNT

30 ten*ere (d) *X* ‖ (§ 6) 31 uerbi (*sq.* cordi) *X pr.* ‖ eaque] = *x:* aeque *X* ‖ 32 curet is] curetis. *Q* curens *Z* ‖ plerūq. *T* ‖ 33 tranquilissimam u̇ba *Q* ‖ duo haec (hec *Z*) *ZOΠNx* ‖ duo haedicebat *X pr.* ‖ aNEXOY KaI aΠEXOY *Π* aNEXOY 7 apEXOY *spscr. π* ‖ ET *T* KaI *XON* ‖

XX: XIX *in cap. inscr.*, XX § 4 *init. Q* ‖ (*lemm.*) 2 supta *Z* ‖ simposio *Q* sympositio *X pr.* ‖ muneris *X* ‖ 3 scitę *Π* ‖ modulate quae apte que *X* ‖ abteque *Q pr.* apta λ apteque composita *vel sim. WBeloe* ‖ exercendi] = *N:* et exercendi *Z* experiendi *n mg.* ‖ grām *Q pr. Z* ‖ (§ 1) 5 S *litt. init. spat. vac. rel. Z* ‖ Platonis] *add. n mg.* ‖ (§ 2) 6 pausinie *Q pr.* ‖ uiscesua *X pr.* ‖ 7 .Ea *ΠN* ‖ prorsum] *Ph. Beroaldus*: rursum ‖ rur'summauimus *X pr.* ‖ menisse *O pr.* ‖ 8 istud uerim' *Z* studerimus *OΠ* ‖ (§ 3) *Plat. symp. c.* VIII *p.* 180 *E sq.* (*eundem l. Stob. affert floril.* V 130, *initium usque ad* αἰσχρά *Procl. in Alcib.* I *p.* 215) ‖ *Graeca* 9½ *lin. vac. rel. om. X* ‖ 9 TaP *Z* ‖ ΠPZIC *Π* ‖ ΘΔE *Π* ωaE *Z* ὧδέ *Stob.* ‖ aITH *Z* ‖ aITHC *Z* PaYTHC *Π* ἑαυτῆς *Plat. B*(*odl.*), (*Ven.*) *T Procl. Stob.* ‖ πραττομένη] *om. Proclus* ΠPaTTOMEN.H *N* ΠPaTTOMHNE *Z* ‖ OYTH *Π* ‖ 10 KaΔE *Z* καλή ἐστιν *Proclus* ‖ ὃ] ς *aliquot cum Plat.* (= *Stob.*): *om.* ‖ NYH *Z* ‖ E *ZΠ* ‖ πίνειν] ς *plerique cum Plat.* (= *Stob.*): ΠEINEIN ‖ 11 E *Z* ‖ ᾄδειν] ς *plerique cum Plat.* (= *Stob.*): *om. Z* ΛaEIN *O* ΛaΛEIN *No* ‖ ΛaΛIHNΔ.Ia.ΛEΔECΘaI *Π* ‖ ΔIa·ΛEΓECΘaI *O* aIΛaETECΘaI *Z* ‖ .] *om. OΠN* ‖ aITO *Z* ‖ καθ' αὑτὸ] *Plat. T m. alt. Coislin., Stob.* = ex sese § 9 *lin.* 39: *om. ZOΠNς Plat. BT pr.* ‖

αὐτὸ καλὸν οὐδέν, ἀλλ' ἐν τῇ πράξει, ὡς ἂν πραχθῇ, τοιοῦτον ἀπέβη· καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς καλὸν γίγνεται, μὴ ὀρθῶς δὲ αἰσχρόν· οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐρᾶν, καὶ ὁ Ἔρως οὐ πᾶς ἐστιν καλὸς οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν.

Haec verba ubi lecta sunt, atque ibi Taurus mihi 'heus', 4
inquit, 'tu, rhetorisce, - sic enim me in principio recens in diatribam acceptum appellitabat, existimans, eloquentiae unius extundendae gratia Athenas venisse, - videsne', inquit, 'ἐνθύμημα crebrum et coruscum et convexum brevibusque et rotundis numeris cum quadam aequabili circumactione devinctum? habesne nobis 5
dicere in libris rhetorum vestrorum tam apte tamque modulate compositam orationem? sed hos', inquit, 'tamen numeros censeo videas ὁδοῦ πάρεργον. Ad ipsa enim Platonis penetralia ipsa- 6
rumque rerum pondera et dignitates pergendum est, non ad vocularum eius amoenitatem nec ad verborum venustates deversitandum'.

Haec admonitio Tauri de orationis Platonicae modulis 7
non modo non repressit, sed instrinxit etiam nos ad elegantiam

---

QZXOΠN

12 aaa *Z* ‖ τῇ] *om. Stob.* ‖ ΠaʒEI *ON* ΠaZEI *Π* ‖ ωCaΠPaʒΘH *O* ‖ ΠPZΘH *Π* ΠaʒΘH *N* INPaXOH *Z* ‖ 13 τοιοῦτον] = *Stob.*: τοιοῦτο ς *part. cum Plat. BT* ‖ EMEN *Z* ‖ HPaTTO OMENON *Z* ΠPaTTMENON *Π* ‖ καὶ ὀρθῶς] KaIOPΘHTOIOΓTONaΠEBHKaaωC-EMENTaPΠPaTTOMENONKaIOPOωC *Z* ‖ 14 KΛaON *Z* ‖ ME *ZΠ* ‖ ὀρθῶς] ς *cum Plat.*: OPOωC *Z* OPΘOC *OΠN* ‖ aEΛICXPON *Z* ‖ OΓTO *Π* ‖ 15 ὁ] *om. Π* ‖ EPOC *Π* ‖ ECTI *Z Plat. BT Stob.* ‖ 16 EKΓωMIaZECΘaI *Π* EΓKωMIaʒECOaI *Z* ‖ aΔOKaΛω *Z* ‖ καλὸς *Plat. B* ‖ ΠPOTPEΠON *ZΠ* ‖ (§ 4) 17 Haec verba] Verba *QZ* ‖ mihi] ibi (*ex praec. iterat.; in mg.* ∸) *Z* ‖ hesus *Π* ‖ 18 tu rhetorisce] tur haetoris taesi *X* ‖ rethor*** (isce) *Q* ‖ rethoris cesic (∸ *in mg., quod etiam ad illud* ibi *pertinebit*) *Z* ‖ (in principio) *HUsener in Plat. Symp. ed. Iahn.*[2] ‖ recenssin *X* ‖ inditribā *QZ* ‖ 19 extudende *Q* cxstudendae *Z* extundae *X* ‖ 20 gratiae *X* ‖ ἐνθύμημα] *om. X* ΘΛIΘΓMHaΛΛa *x mg.* enthimema *Π* ‖ 21 choruscum *OΠ* ‖ 22 aequali *Π* ‖ circunactione *N* ‖ deuictū *Z* ‖ (§ 5) habenṣne *X pr.* ‖ 23 aptam (*praec. et sq.* tam) *X* ‖ module *X* ‖ 24 sed] *om. X* ‖ 25 ΠaΓEPΓON ad *Π* ‖ (§ 6) ipsa] *om. QZ* ‖ 26 vocularum] = *O et o mg.*: uocalarum *X* notularum *n* uocabulorum *x* ‖ 27 diuersitandum *QΠ* ‖ (§ 7) 30 instrinxit] *QOΠN* (*IGebhard AL* I 15; *ad Liv.* V 15, 10): instinxit *Xo* instruxit *Z* deuersit (*v. l. ad* diuersitandum *lin.* 27 *pertinens*) *n mg.* σ ‖

8 Graecae orationis verbis Latinis adfectandam; atque uti quaedam animalium parva et vilia ad imitandum sunt, quas res cumque audierint viderintve, petulantia, proinde nos ea, quae in **Platonis** oratione demiramur, non aemulari quidem, sed lineas umbrasque facere ausi sumus. Velut ipsum hoc est, quod ex isdem illis
9 verbis eius effinximus: 'Omne', inquit, 'omnino factum sic sese habet: neque turpe est, quantum in eo est, neque honestum: velut est, quas nunc facimus ipsi res, bibere, cantare, disserere. Nihil namque horum ipsum ex sese honestum est; quali cum fieret modo factum est, tale exstitit: si recte honesteque factum est, tum honestum fit; sin parum recte, turpe fit: sic amare; sic amor non honestus omnis neque omnis laude dignus, sed qui facit, nos ut honeste amemus'.

XXI.

Quibus temporibus post Romam conditam Graeci Romanique inlustres viri floruerint ante secundum bellum Carthaginiensium.

1 Vt conspectum quendam aetatum antiquissimarum, item virorum inlustrium, qui in his aetatibus nati fuissent, haberemus, ne in sermonibus forte inconspectum aliquid super aetate atque vita clariorum hominum temere diceremus, sicuti sophista ille ἀπαίδευτος, qui publice nuper disserens **Carneaden** philosophum

---

QZXOΠNT

31 latis *Π* ‖ (§ 8) 32 par ua&uilia *x* par*****lia *X* ‖ et milia *Z* ‖ admitandū *X pr.* ‖ 33 putantia *Z* putancia *Q* ‖ .Proinde *Π* ‖ eaq̄; *x* eaq; *ZX* ‖ 34 demoram̄ *Z pr.* denumeram̄ *Q* ‖ emulam̄ (*propter* denumeram̄) *QZ* ‖ 35 uelud *QZ* uelt *X pr.* ‖ hiisdem *Z* ‖ illis isdem *OΠN* illis ⸢isdem *X* ‖ (§ 9) 37 quamtum *Q* ‖ eo neque est *Z* ‖ 38 ee̅ *Z* ‖ facimus nunc *z* fecimus nunc *Z* facimus *X* ‖ differre *X pr.* ‖ 39 quali cum] *Io. Schefferus gymnasium styli p.* 20 *ed. Ien. a.* 1670 (sed quali quum *HStephanus spec. emend. p.* 165): qualicumq; *Z* qualis cum *Q* quale cum *XOΠN* ‖ 40 tale—factum est] *post* factum est *om. QZ* ‖ hostes quae *X* ⁝ *supscr. et* ⁝ honestū *in mg. add. x* ‖ 41 honeste *O pr.* ‖ *fit *X* ‖ sui *Z* ‖ fit] sit *Π* ‖ sicamor *X* ‖ 42 neque omnis] *post* omnis *om. Z* ‖ 43 heneste amemus (*ult.* e *sup. lin.*) *x* beneste***** *X* ‖

XXI: XIX *in lemm. Q; exstat in T, a* consulibus § 42 *iterum inc. Y* ‖ (*lemm.*) 3 *el*um *Q pr.* ‖ (§ 1) 4 quādam *Z* ‖ antiquitis antiquissimarum *Π* ‖ 5 hiis *Z* ‖ 6 ne] *om. Q* ‖ 7 clariorum] *Z:* clamoꝝ *X* clarorum *OΠNT* elarerū *Q* ‖ sophysta *T* ‖ 8 ἀπαίδευτος] = *x sup. lin. add.:* ΑΠΑΙΔΕΓΤΟC. *Z* ΑΠΛΙΔΕΓΤΟC *T* ‖ differens *X* ‖ carneadem *QXOΠN* ‖

a rege Alexandro, Philippi filio, pecunia donatum et P a n a e t i u m Stoicum cum superiore Africano vixisse dixit, ut ab istiusmodi, inquam, temporum aetatumque erroribus caveremus, et excerpebamus ex libris, qui c h r o n i c i appellantur, quibus temporibus floruissent Graeci simul atque Romani viri, qui vel ingenio vel imperio nobiles insignesque post conditam Romam fuissent ante secundum bellum Carthaginiensium, easque nunc excerptiones nostras variis diversisque in locis factas cursim digessimus. Neque enim id nobis negotium fuit, ut acri atque subtili cura excellentium in utraque gente hominum συγχρονισμοὺς conponeremus, sed ut n o c t e s istae quadamtenus his quoque historiae flosculis leviter iniectis aspergerentur. Satis autem visum est, in hoc conmentario **2** de temporibus paucorum hominum dicere, ex quorum aetatibus de pluribus quoque, quos non nominaremus, haut difficilis coniectura fieri posset.

Incipiemus igitur a S o l o n e claro, quoniam de H o m e r o et **3** H e s i o d o inter omnes fere scriptores constitit, aetatem eos egisse vel isdem fere temporibus vel H o m e r u m aliquanto antiquiorem, utrumque tamen ante Romam conditam vixisse, Silviis Albae regnantibus, annis post bellum Troianum, ut C a s s i u s in p r i m o

---

QZXOΠNT

9 phylippum *ΠT* || Panaetium] = *x:* panetium *X m. rec.* paneetium *X* penitium *T* || 10 Africano] *om. Π* || 11 et] *Q: om.* || excerpebamus] *ed. Beroald.* (*cf.* excerptiones nostras *lin.* 15): exercebamus *libri* excernebamus *g* || 12 chronici qui *T* || cronici *QZX* || tempporibus *X* || 13 viri] *om. Π* || 15 eas quę *Q* || easque—digessimus] *om. X* || 16 in] modis & *T* || disgessimus *Q* || 17 negocium nobis *T* || acri subtiliq; *Π* || 18 CYNXPONICMOYC *ON:* CYNXPONICMOIC *Z*(: *in mg. z*)*ΠT* CYXPONICMOIC *X* || 19 istae—flosculis] *in mg. inf. add. x* || quedamtenus *X* quędamtenus *x* || hiis *Z* || 20 asspargerent *T* || (§ 2) 22 non] nos (*ob* quos) *Z* || difficilius *QZ* || (§ 3) 24 Incipimus *Π* || cla|quam de *Z* || 25 hesyodo *T* esiodo *Q* || omnis *O* || ferre *X* || eos ętatē *T* || eos**:gisse *Q pr.* || 26 hisdem *XΠt* || homero *O pr.* || 27 siluis *Z* || abę *T* || alba eregnantibus *X* || 28 traianū *Q pr. Z* || ut Cassius] *X m. rec., ed. Ven. a.* 1494 *cf. v. l.* IV 1, 20 *lin.* 87: utiassius *X* ut sassius *x* || sassius *ZOΠNq* sallius *T et sic, ut mihi quidem videbatur, Q* || *Cassii Heminae ann. lib.* I *fr.* X *p.* 54 (*cf. p.* 23) *Schmitter,* 8 *p.* 97 (*cf. p.* CLXX, 2; CLXXV), *p.* 69 *ed. min. HP. cf. GWolff Porphyr. de philos. ex orac. haur. p.* 34 *n.* *; *IAsbach anal. hist. et epigr.* (*Bonn.* 1878) *p.* 34; *GFUnger mus. phil.* 35, 13; *ERohde ibid.* 36, 422, 1; *Cassium Severum potius post CMüllerum FHG* III 688 *aut alium aetatis*

annalium de Homero atque Hesiodo scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta, ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos in primo chronico de Homero dicit, annis circiter centum et sexaginta.

4 Solonem ergo accepimus, unum ex illo nobili numero sapientium, leges scripsisse Atheniensium, Tarquinio Prisco Romae
5 regnante, anno regni eius tricesimo tertio. Servio autem Tullio regnante, Pisistratus Athenis tyrannus fuit, Solone ante in exsilium voluntarium profecto, quoniam id ei praedicenti non cre-
6 ditum est. Postea Pythagoras Samius in Italiam venit, Tarquini filio regnum optinente, cui cognomentum Superbus fuit,
7 isdemque temporibus occisus est Athenis ab Harmodio et Aristo-
8 gitone Hipparchus, Pisistrati filius, Hippiae tyranni frater. Archilochum autem Nepos Cornelius tradit, Tullo Hostilio Romae regnante, iam tunc fuisse poematis clarum et nobilem.

9 Ducentesimo deinde et sexagesimo anno post Romam con-

QZXOΠNT
imperat. auctorem intellexit τ chronol. Rom.[2] 156, 295, *cui etiam Th. Bergk oblocutus est in progr. Halensi d.* 28 *m. Iul. a.* 1865 *p.* 3, 1, *verba* Silviis Albae regnantibus *ipsi G. tribuens, quae etiam Peteri p.* CLXX, 2 *sententia est; Varroni s. Nepoti tribuit Rohde l. l., antea* (*ibid.* 33, 186, 2) *Mommsenio assensus* ‖ 29 hesiodio *X* hesyodo *T* ‖ plus minus centum *ERohde mus.* 36, 422 ‖ 31 nepo *Z* ‖ cronico (*non* Chronico *quod inde affert et suo iure probat i*) *Q:* chonicoro (*sq.* Homero) *Z* chronicorum *OΠNT et ut vid. X* cro∗nicorum (ro *in ras.*) *x* ‖ dixit *XOΠN* ‖ *Corn. Nep. chronic. lib.* I (*cf. Hieron. chron. ad a. Abr.* 1104 *p.* 69 *AS* 'Agrippa aput Latinos regnante Homerus poeta in Graecia claruit . . et ut ait Cornelius Nepos ante Olympiadem primam ann. C.') *fr.* 4 *p.* 178 *ed. Roth. p.* 119 *ed. Halm. fr.* 2 *p.* 218 *HPet. HRF ed. min.* ‖ 32 centum] ducentis *Lipsius ad Vell.* I 5, 3 (*t.* II *p.* 46 *Fr.*), *at cf. Salmasius exerc. Plin. p.* 866^a *ed. a.* 1629 ‖ (§ 4) 33 acc|∗cepimus (e) *X* ‖ numero] uiro *X* ‖ 34 rome regente *T* ‖ (§ 5) 35 servilio (*sq.* Tullio) *XOΠNT* seruili *X pr.* ‖ 36 Pisistratus] = *X m. rec.:* pissis oractus *X* pissiſtractus *x* ‖ tirannus *QZ* ‖ sylonem autem *Z* ‖ 37 uoluntario *Q teste i* ‖ ei' *Z* ‖ (§ 6) 38 tarquinii *ΠTq* ‖ 39 cognomen *Π* ‖ (§ 7) 40 hisdemq. *T* iidemq *Q* ‖ Harmodio] *e:* armodio ‖ aristogitonē *Z* ‖ 41 hipparcus *Π* hypparcus *QZ* hyparc' *T* ‖ pisis trati *Q pr.* pysistrati *T* ‖ hyppiae *XON pr.* hyppie *T* ‖ tiranni *QZ* ‖ (§ 8) Archilochum] *x:* Archilo ∗∗∗chum (cho *ut vid.*) *X* archilocum *QZOΠN* Archylocū *T* ‖ *Corn. Nep. chron. lib.* I *fr.* 6 *p.* 179 *R.* 119 *H. fr.* 4 *p.* 218 *HP. ll.* § 3 *ll.* ‖ 42 tullio *QZXOΠT* ‖ 43 tum *O ex sil.* ‖ (§ 9) 44 ducentessimo *T* ‖ deinde] *sup. lin. add. t* de inde *X* ‖ conditā romā *T* ‖

ditam aut non longe amplius victos esse ab Atheniensibus Persas
memoriae traditum est pugnam illam inclutam Marathoniam, Miltiade
duce, qui post eam victoriam damnatus a populo Atheniensi in
vinculis publicis mortem obiit. Tum A e s c h y l u s Athenis tragoe- 10
diarum poeta celebris fuit. Romae autem istis ferme temporibus 11
tribunos et aediles tum primum per seditionem sibi plebes creavit
ac non diu post Cn. Marcius Coriolanus, exagitatus vexatusque a
tribunis plebi, ad Vulscos, qui tum hostes erant, a rep. descivit
bellumque populo Romano fecit.

Post deinde paucis annis Xerxes rex ab Atheniensibus et 12
pleraque Graecia Themistocle duce navali proelio, quod ad Sala-
mina factum est, victus fugatusque est; atque inde anno fere 13
quarto, Menenio Agrippa, M. Horatio Pulvillo consulibus, bello
Veienti apud fluvium Cremeram Fabii sex et trecenti patricii cum
familiis suis universi ab hostibus circumventi perierunt.

Iuxta ea tempora E m p e d o c l e s Agrigentinus in philosophiae 14
naturalis studio floruit. Romae autem per eas tempestates decem- 15

QZXOΠNT

45 ab] *om. Z* ‖ 46 pugnamque ς (*Guelf.*) pugnatamque pugnam *HAlanus l. c.* 7, 3 *l.* ‖ pugnam illam inclutam Marathoniam] *accusativos testari ab i dicitur v. c. ap.* σ (*tacet* φ) ‖ maratoniā *QT* marathonia *x* ‖ maratoni aminilcia de *Z* ‖ milciade *QT* militiae *X* ‖ 48 obiit *Tx* ‖ obitum (. *Q*) eschylus *QZ* ‖ (§ 10) Tum] *om. T* ‖ Tuaeschylus *Xpr.* ‖ aeschilus *ΠT* ‖ 49 caelebris *X* ‖ (§ 11) ˫ istis *X* ‖ ferme istis *T* ‖ 50 creart̄ *T* ‖ 51 .CN. *N*: gn. *et* gN. *et sim.* ‖ martius *QΠ* ‖ cor(rr *Q*)iolani' *QZ* coriolaus *T* ‖ 7agitatus *Z* ‖ 52 tribuñ *O* ‖ plebis (*praec.* tribunis) *QZN* ‖ aduulsos *Z* ‖ erant. abdesiuit *Q* erant abdescunt *Z* ‖ rp. *O* ‖ 53 populo Romano] pro romano *z* romanum *T* ‖ (§ 12) 54 paucos annos *X* ‖ xerses *QZXOΠ* xerxis *T* ‖ 55 greci a *T* ‖ greci athemistocle *Z* ‖ themistode *X* a themistode *Π* ‖ p̄li*o (a) *X* ‖ ad] a *T* ‖ salaminā *Q* samina *Π* ‖ 56 fugitusque *Xpr.* ‖ (§ 13) atque] *om. QZ* ‖ 57 menennio *N* ‖ T. Menenio Agrippae f., C. Horatio M. f. *postulare fere videtur Pighius ann. Rom.* I *p.* 111 (*cf. Liv.* II 51; *DHal.* IX 18; *Diod.* XI 53, *ubi nomen alterius, alterius cognomen corruptum est*) ‖ oratio *QZT* ‖ puluillocos *T* ‖ cons̄. *Π*: cōs. *N* cos. *XO* quos *QZ* ‖ 58 Veienti] *QΠ*: ueiente *ZNq* uegente *XO* ueniente *T* ł uehente *spscr. t* ‖ 'abbi *v. c. f.* Fabii' φ ‖ fab hiis ex et *Z* ab his (. *N*) ex *XOΠN* ab his π ab iis sex et *e* ‖ trecenti Fabii *e* 'Fabii *del.*' φ ‖ 59 circunuenti *N* circūueni *Z* circūuenit *Q* circūueniti *q* ‖ (§ 14) 60 empodocles *Z* empeocles *T* ‖ philosophia enatura(et natura *x*)‖istudio *X* ‖ 61 naturali (s *om. sq.* s) *ZT* ‖ (§ 15) ter *Z* ‖ tereasca tempestate *Q* ‖

viros legibus scribundis creatos constitit tabulasque ab his primo decem conscriptas, mox alias duas additas.

16 **Bellum deinde in terra Graecia maximum Peloponnensiacum, quod Thucydides memoriae mandavit, coeptum est circa annum fere post conditam Romam trecentesimum vicesimum tertium.**
17 **Qua tempestate Olus Postumius Tubertus dictator Romae fuit, qui filium suum, quod contra suum dictum in hostem pugnaverat, securi necavit. Hostes tum populi Romani fuerunt Fidenates atque**
18 **Aequi. In hoc tempore nobiles celebresque erant Sophocles ac deinde Euripides tragici poetae et Hippocrates medicus et philosophus Democritus, quibus Socrates Atheniensis natu quidem posterior fuit, sed quibusdam temporibus isdem vixerunt.**

19 **Iam deinde, tribunis militaribus consulari imperio rempublicam Romae regentibus, ad annum fere conditae urbis trecentesimum quadragesimum septimum, triginta illi tyranni praepositi sunt a Lacedaemoniis Atheniensibus et in Sicilia Dionysius superior tyrannidem tenuit paucisque annis post Socrates Athenis capitis**
20 **damnatus est et in carcere veneno necatus. Et ea fere tempestate**

QZXOΠNT

62 scribendis *T* ‖ scripsit discreatos *QZ* ‖ constituit *XT* constituti *QZ* ‖ tabulas q̄ *Z* ‖ hiis *Z* ‖ 63 duos *Z* ‖ (§ 16) 64 intra *x* intro *X* ‖ Peloponnensiacum] = *x*: peloponensiacum *X et X m. rec.* peloponnesiacum *ΠT* peloponnesia *t* ‖ 65 mandauit. Ceptum *T, lin. subducta vocc. iunxit t* ‖ 66 ferre *X* ‖ terticium (*v. l.* ti *et* ci *conflata*) *X* ‖ (§ 17) 67 tempes *Z* ‖ oliis *Z* aulus *T* ‖ postumus *QZXOTn* ‖ Tubertus] *om. O* ‖ 68 quod] *in mg. add. n* ‖ dictū suum *T* ‖ dictum] = *Q*: inter *sup. lin.*, interdictum *ad mg. q* edictum *Oiselius* ‖ 69 negauit *ZX pr.* ‖ hostem *N pr.* ‖ tunc *Q* ‖ fuerunt] μ I 148 *sq.*: fuerant (*praec.* pugnauerat, *sq.* erant) ‖ atque Aequi.] *emendandi via* (Aequique.) *a* μ *l. l. patefacta h*: .Itaque qui ‖ (§ 18) 70 inter haec tempora (tempa *et* tēprā *al.*) *XOΠNT* ‖ hec *Z* ‖ sofocles *QZXO* ‖ 71 euripedes *N* euripede *Z* ‖ .Et *Π* ‖ hipocrates *Z* ippocrates *X* hypocrates *Q* hypochrates *T* ‖ 72 demochrit' *T* ‖ quibus] *om. X* ‖ 73 hisdem *XT* ‖ uixerint *Q* ‖ (§ 19) 74 de inde *X* deinde de *Q* ‖ tribunus *X pr.* ‖ impiū *Z* ‖ 75 te(tre *x*)centissimum *X* ‖ 76 XXX (.tia.) *X* ‖ tiranni *QZ* ‖ alacedemoniis *Z* a lacede monios *X* ‖ 77 sycilia *T* ‖ dionisius *QZX* dyonisius *T* ‖ 78 tyranniden *Q* tirannidē *Z* ‖ captus *QZT* ‖ 79 necatur *N* dampnatus (*ex lin. praec.*) *Z* ‖ (§ 20) Et ea] *h*: S; ea (*praec.* s) *Q* Ea *rell.* ‖

Romae M. Furius Camillus dictator fuit et Veios cepit; ac post 21
non longo tempore bellum Senonicum fuit, cum Galli Romam 22
praeter Capitolium ceperunt.

Neque multo postea Eudoxus astrologus in terra Graecia 23
nobilitatus est Lacedaemoniique ab Atheniensibus apud Corinthum
superati, duce Phormione, et M. Manlius Romae, qui Gallos in 24
obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, convictus est,
consilium de regno occupando inisse, damnatusque capitis e saxo
Tarpeio, ut M. Varro ait, praeceps datus, ut Cornelius autem
Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est; eoque ipso 25
anno, qui erat post reciperatam urbem septimus, Aristotelen
philosophum natum esse, memoriae mandatum est.

Aliquot deinde annis post bellum Senonicum Thebani Lace- 26
daemonios, duce Epaminonda, apud Leuctra superaverunt ac brevi 27
post tempore in urbe Roma lege Licinii Stolonis consules creari
etiam ex plebe coepti, cum antea ius non esset nisi ex patriciis
gentibus fieri consulem.

Circa annum deinde urbis conditae quadringentesimum Phi- 28
lippus, Amyntae filius, Alexandri pater, regnum Macedoniae adeptus

---

QZXOΠNT

80 furiusca millius *X* ‖ 7uei os *Z* ‖ uehios *T* ‖ cępit *T* coepit *N* ‖ (§ 22) 81 ,cum] .c̄ *Q* cum *Z*: . Tum *XOΠN* . Tunc *T* ‖ 82 cępert̄ *T* coeper̃ *X* = coeperunt *N* ‖ (§ 23) 83 eudoxius *QZT* exdoxus *ut vid. X pr.* ‖ 84 athenisensibus *X* ‖ chorintū *Q* corintū *ZX* ‖ 85 duce] *om. Π* ‖ formione *libri* ‖ (§ 24) manilius *QZXTN pr. o* ‖ 86 obrepentis *ZXOΠN* ‖ depuluerat *O pr.* epulerat *Z* ‖ 87 in hiis se *Z* ‖ in isdem natusque *X pr.* ‖ capiti *T* ‖ e saxo] = *q*: ex auso *Q* a se saxo *T* saxo *XOΠn* saxto *N* ‖ 88 M.] .em̄. *Π* ‖ *Varr. op. inc. fr. p.* 351 *Bip. annal. lib.* II *fr.* 2 *HPet. HRF p.* 236 *ed. min. obtemperans probabili FRitschelii* (*mus. phil.* 6, 510 ,= *opusc.* III 449, *n.* **) *sententiae; rer. div. lib.* VI *fragmentis* (*fr.* 6) *inseruerat RMerkel de obsc. Ov. Fast. p.* CXXIV ‖ *Corn. Nep. chronic. lib.* I *fr.* 7 *p.* 179 *R.* 119 *H. fr.* 5 *p.* 219 *HP. ll.* § 3 *ll.* ‖ (§ 25) 89 eo que *Z* ‖ 90 recuperatam *Q* ‖ aristotilē *Q* aristotelem *XOΠNT* ‖ (§ 26) 92 aliquod *ZX* ‖ de inde *X* ‖ lacedemonicos *T* ‖ 93 epaminūda *Q* apaminonda *Π* ‖ leutra *QZX* ‖ (§ 27) 94 inuberoma *X pr.* ‖ lucinii *x* lucinius *ut vid. X* ‖ istolonis *Z* isto lonis *Q* solonis *T* ‖ creati *Π pr. N pr.* ‖ 95 . Cum *X* ‖ 96 consulem fieri *T* ‖ (§ 28) 97 Cura annū *q* Cura om̄iū *Q* ‖ quadrigentesimum *Q pr. X* ‖ phylipp' *ΠT* ‖ 98 amintę *x* *mintę *X* amyinte (*v. l. conflata*) *Q* aminte *Z* ‖ deapt' *Z* ‖

[redacted]

29 est inque eo tempore Alexander natus est paucisque inde annis post **Plato** philosophus ad Dionysium Siciliae tyrannum posteriorem
30 profectus est; post deinde aliquanto tempore Philippus apud
31 Chaeroneam proelio magno Athenienses vicit. Tum **Demosthenes** orator ex eo proelio salutem fuga quaesivit, cumque id ei, quod fugerat, probrose obiceretur, versu illo notissimo elusit:

''Ἀνήρ', inquit, 'ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται'.

32 Postea Philippus ex insidiis occiditur; at Alexander regnum adeptus ad subigendos Persas in Asiam atque in Orientem transgressus est.
33 Alter autem Alexander, cui cognomentum Molosso fuit, in Italiam venit, bellum populo Romano facturus — iam enim fama virtutis felicitatisque Romanae apud exteras gentes enitescere inceptabat —, sed priusquam bellum faceret, vita decessit. Eum Molossum, cum in Italiam transiret, dixisse accepimus, se quidem ad Romanos ire, quasi in andronitin, Macedonem ad Persas, quasi in gynae-
34 conitin. Postea Macedo Alexander pleraque parte orientali sub-
35 acta, cum annos undecim regnavisset, obiit mortis diem. Neque haut longe post **Aristoteles** philosophus et post aliquanto

---

QZXOΠNT

99 inque] = inq; (q; *in ras.*) *x* ‖ 100 post] *sup. lin. add. x* ‖ (§ 29) philosaphus *X pr.* ‖ dionisium *QZX* dyonisium *ΠT* ‖ syciliae *ΠT* ‖ tirannum *Z* ‖ (§ 30) 101 aliquot *x* aliquod *X* ‖ phylippus *T* phs *Z* = philosophus *Q* ‖ 102 cheroneam *XOΠN:* cheronā *T* ceroneā *Q* ceroniā *Z* ‖ uincit *QZX pr.* ‖ (§ 31) 103 fuga] *om. T* ‖ 104 pbroso *x* pboso *X* ‖ obieceretur *X* ‖ . Versu *X* ‖ 105 ΦΕΥΓΤΩΝ *X* ΦΕΙΓΕΟΝ *Z* ‖ PaΛIN *Π* ‖ ΠΜΙΝΜaXHCETaI *T* ‖ (§ 32) 106 phylipp' *T* ‖ indsidiis *X* ‖ at] ad *Z* et *rell.* ‖ 107 subiugandos *Π* ‖ trans] *sup. lin. add. x* ‖ (§ 33) 108 fuit molosus *T* ‖ moloso *Z* *oloso *X pr.* ‖ 109 ppli romani *Z* opus de dono *T* ‖ Iam eniē *q* Iameniē *Q* ‖ virtutis felicitatisque Romanae] *h:* uirtutesq. romane *QZ* uirtusque felicitatis romanae *XOΠN* uirtutes romanae *T* ‖ 110 inceptabat] = *o mg.:* incaeptabat *x* incaptabat *XOπ* in captabat *Z* captabat *Π* inceptabant *T* ‖ 111 facerent *QZ* ‖ molosum *QZ* ‖ 112 transiss; (*sq.* dixisse) *Q* ‖ siquidem *X* ‖ 113 androni|in *Z* ‖ andromin macedonē. ad psa (s *in fine sup. lin. add. q*) *Q* ‖ machedonem *Π* ‖ Macedonem—gynaeconitin] *post* andronitin *om. X* ‖ gyneconitin *OΠN* gynę conitin *T* gyneconit.in *Q* ‖ gyneconit in pea *Z* ‖ (§ 34) 114 machedo *Π* ‖ plaeraque *X* plaque *x* ‖ orientał *Z* ‖ subiecta *T* ‖ 115 obit *Π* ‖ (§ 35) 116 haut] *Q, cf. ADraeger hist. Syntax d. lat. Spr.* II² 68 (*non recte improbat FHand Tursell.* IV 410): ita ‖ longo *O* ‖ aristotiles philosopilis *Q pr.* ‖ aliquantos *X* ‖

Demosthenes vita functi sunt isdemque ferme tempestatibus **36**
populus Romanus gravi ac diutino Samnitium bello conflictatus
est consulesque Tiberius Veturius et Spurius Postumius, in locis
iniquis apud Caudium a Samnitibus circumvallati ac subiugi missi,
turpi foedere facto discesserunt, ob eamque causam, populi iussu
Samnitibus per fetiales dediti, recepti non sunt.

Post annum deinde urbis conditae quadringentesimum fere et **37**
septuagesimum bellum cum rege Pyrro sumptum est. Ea tem- **38**
pestate Epicurus Atheniensis et Zeno Citiensis philosophi
celebres erant eodemque tempore C. Fabricius Luscinus et **39**
Q. Aemilius Papus censores Romae fuerunt et P. Cornelium Rufinum,
qui bis consul et dictator fuerat, senatu moverunt; causamque
isti notae subscripserunt, quod eum comperissent argenti facti
cenae gratia decem pondo libras habere.

Anno deinde post Romam conditam quadringentesimo ferme **40**
et nonagesimo, consulibus Appio Claudio, cui cognomentum Caudex
fuit, Appii illius Caeci fratre, et Marco Fulvio Flacco, bellum

---

QZXOΠNT

(§ 36) 117 isdemque] ϰ: hisdemque *XOΠNT* hiisdemq; *Z* ‖ ferme] *om. T* ‖ ferm tempestatibus *X* ‖ 118 diutno *q* ‖ samniciũ *ZT* ‖ confictatus *Z* ‖ 119 est] *om. T* ‖ que] *om. X* ‖ tyberius *ZT* ‖ 120 candiũ *T* ‖ circunuallatis *N* ‖ subiugi] *Z cf. Apul. met.* VII 15 (*Plin. n. h.* XXX § 146); *dubito tamen, an ad* circumvallati, missi, turpi *aptatum sit:* sub iugo *QT h*ᵉ *coll. Liv.* III 28, 11, *ubi tamen nunc certatim a Wesenbergio, Madvigio, HIMuellero* sub iugum *poscitur* subiugum *XOΠN* (*codd. Bentleii teste IHOnions journ. of philol.* XI *p.* 79) ‖ 121 dicesserunt *Z* ‖ causam] rem *T* ‖ 122 feciales *QZN* factiales *O* seciales *T* ‖ recepti] *post* dediti *om. X* ‖ (§ 37) 124 rege] = *z in litura* ‖ suptũ *Z* ‖ (§ 38) 125 epycurus *T* ‖ et] ei *Z* ‖ cinensis *Z* ciziensis *T* scitiensis *Π* sciensis *X* ‖ (§ 39) 126 fabritius *Q* ‖ lucinus *Z* ‖ 127 Q.] que *Z* ‖ quẽ mulius *X* q̃emilius *T* ‖ pa* *Q* palus *T* paulus *q* ‖ 128 qui bis] quib; *QZX* qui*; *q* ‖ que] *om. QZ* ‖ 129 nocte *X* ‖ argen *Z* ‖ 130 cene *z in litura* ‖ pondos (*sq.* libras) *X* ‖ (§ 40) 131 quadrigentesimo *Z* ‖ 132 et] *om. X* ‖ cognomẽ (m̃* *q*) tunc audex *QZ* cognomentũ tc̃ audax *T* ‖ 133 apii *X* ‖ apuillius caeti *X* ‖ fratre] = fr̄e *q:* fr̄ (?)*Q* ‖ Marco] = M. *fast. Cap.:* margo *QZ* (Q. *Val. Max.* II 4, 7 *cum Par. et Nepot.; Eutrop.* II 18; *Cassiod. chron. a.* 490; Q. Fabio *Oros.* IV 7, 1) ‖ fluuio *QT*· ‖ fulino flaaco *X* ‖ flacco tum* *Q* flacco¨tum ē (¨c̄sulibus *in mg.*) *q* flacto tum est (*in mg.* ∸) *Z* (bellum—coep] *om. QZ*) ‖

41 adversum Poenos primum coeptum est, neque diu post **Callimachus**, poeta Cyrenensis, Alexandriae apud Ptolomaeum regem celebratus est.

42 Annis deinde postea paulo pluribus quam viginti, pace cum Poenis facta, consulibus Claudio Centhone, Appii Caeci filio, et M. Sempronio Tuditano, primus omnium L. **Livius** poeta fabulas docere Romae coepit post **Sophoclis** et **Euripidis** mortem annis plus fere centum et sexaginta, post **Menandri** annis circiter
43 quinquaginta duobus. Claudium et Tuditanum consules secuntur Q. Valerius et C. Mamilius, quibus natum esse Q. **Ennium** poetam M. **Varro in primo de poetis libro** scripsit eumque, cum septimum et sexagesimum annum haberet, **duodecimum**

QZXOΠNTY

134 est] *sup. lin. add. x* || (§ 41) callimac' *QT* gallimachus *Z, z mg.* || 135 cyrinensis *Π* a(*ex* ci *sc. ortum*)rinensis *X* ariminensis *x* || Cyrenensis—Ptolomaeum] *om. QZ* || ptholomeum *XΠ* tholomeū *T* ptolemaeum *N* || 136 *cęlebratus *X* || (§ 42) 137 paulo] *om. X* || cum] *om. Q* || 138 *a voc.* consulibus *iterum inc. Y* || Centhone] *h cum fast. Cap. a. ab u. c.* 514 *secutus CSigonium ad Liv.* XXII 34, 1: cen**** *X pr.* centone *x rell.* || appuceci *Y* || ceti *X* || 139 primū (*sq.* omnium) *X* || Livius] = *Z:* linius *X* luuius *T* lelius *z mg.* || postea *X* || 140 roma *X* || sofoclis *QZ* (sofocles *z mg.*) sopoclis *O* sophollis *TY* || eurippidis *Q* || 141 *f*ere .clx. *X* || circiter] = *x:* cit̄** *X* || 142 duobus claudiū *T* || (§ 43) sequuntur Q. *N* secuntur q; *X* secuntur que *ZY* sequuntur q̃ *T* || 143 C.] consul *QZ* || cmanilius *z mg.* || Mamilius] *HColumna in Q. Ennii vita ed. suae* (*Neap.* 1590) *praemissa* (*p.* 2 *ed. Hessel*); *item PMerula Enn. ann. ed.* (*LB* 1595) *p.* ϰβ *cum fast. Cap. a. ab u. c.* 515: manilius *QZONTY* manlius *Π* manib; *X* || esse] *om. T* || esseq; *X* || quę *Y* = q̃. *T* $\overset{a}{\text{qi}}$ (= quasi, *in mg.* $\overset{a}{\text{qeenius}}$ *z*) *Z* || *Varr. de poetis lib.* I *fr. p.* 259 *Bip.* || 144 peotis *Π* || libros (*sq.* s) *Z* || 145 s agesimum (2—3 *litt. lac. post* s *in OΠ,* 4 *fere in N*) *OΠN* || ageret *XONTY* || $\overset{m\bar{u}}{\text{*XII}}$ (X) *X* duodevicesimum *PMerula l. l.. p.* XXXII; IↃXCVIII *sqq. multorum assensum nactus* (*cf. e. g. GIVossius de hist. Lat. p.* 6^{2}; *FRitter act. ant.* 1840, 47, 387; *GBernhardy HLR adn.* 306 *p.* 423^{5}; *IVahlen Enn. poes. rell. p.* XIX; LXXIX) septimum decimum (XVII) *ingeniosa sane ratiocinatione fretus LMueller Quintus Ennius p.* 134; 187; *tamen equidem non comprehendo, cur Ennius per tres extremos vitae annos binos quotannis annalium libros conscribere nequiverit; nec Plinius dicit* (*n. h.* VII § 101) *librum sextum decimum propter Caelios post longius demum intervallum additum esse, nec inter librum sextum decimum et septimum decimum tale interstitium statuere necesse est* ||

annalem scripsisse, idque ipsum Ennium in eodem libro dicere.

Anno deinde post Romam conditam quingentesimo undevicesimo 44
Spurius Carvilius Ruga primus Romae de amicorum sententia divortium cum uxore fecit, quod sterila esset iurassetque apud censores, uxorem se liberum quaerundorum causa habere, eodem- 45
que anno Cn. Naevius poeta fabulas apud populum dedit, quem M. Varro in libro de poetis primo stipendia fecisse ait bello Poenico primo, idque ipsum Naevium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. Porcius autem Licinus serius poeticam Romae coepisse dicit in his versibus:

Poenico bello secundo Musa pinnato gradu
Intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.

QZXOΠNTY

146 atq; *Q* ‖ *Enn. ann. lib.* XVIII *fr.* 4 *p.* 65 *sq. Vahl.* ‖ (§ 44) 148 quingentisimo *Q* ‖ quingentesimo vicesimo tertio (*additis a.* DXXVII *coss.*) *G.* IV 3, 2 *lin.* 13 - *ubi v. adn.* -, *unde* DXXIII *huc translaturus erat ASchütte de Cn. Naevio poeta* I (*Herbip.* 1841) *p.* 15 ‖ &uicesimo *T* ‖ 149 puri' *Z* ‖ carnili' *Q* ‖ Romae] *om. T* rome *sup. lin. t* ‖ sencia *Q pr.* ‖ 150 sterila] = *O et o mg. T*σ: *l* is *sup. lin. t* steril (*i. e.* lis) *QY* ‖ 151 librum *ZX pr.* liberorum (*sq.* orum *Y*) ‖ quae(*s.* que)rendorum *QONTY* ‖ causā *T* ‖ (§ 45) 152 Cn.] *X ex sil.?* ϰ: C. *et* c. *et sim. OΠNTY* centum (*i. e.* c.) *Z* .g. *Q* ‖ nexuus *Z* ‖ populum primum dedit *WTeuffel RLG* § 95, 2 *p.* 143[4] ‖ *Varr. de poetis lib.* I *fr. p.* 259 *Bip.* ‖ 153 libro] *Teuffelius l. l.* (= *h*): libris (*propter* poetis *sc.*) *QZXOΠNT* lib̉ *Y* ‖ libris de poetis prima *g* ‖ primo *** *X* ‖ 154 po|emton *Z* ‖ poeni coprimo *X* ‖ *Naev. B. P. lib.* VII *fr.* 3 *p.* 76 *Klussm. fr.* I *p.* 17 *Vahl.* ‖ 155 quo (*sq.* d) *Z* ‖ de] *inter* d *et* e *litt. om. NTY* ‖ Porcius] ϰ: Porcium (= σ Portium *QZT* '*ita F*' φ Portum *X*) *libri* = σ ‖ Licinus] *LTorrentius ad Hor. epp.* II 1, 162 *p.* 733[b] *ed. Antverp.* 1608 *cf. FLachmann de font. Liv.* II 23, 1, *FLindemann ad Charis. p.* 74, 4: licinium *libri* Licinius ϰ *f.*(*om.* φ)Licinum σ ‖ serius] ϰ: seruius ‖ 156 dicere *Ritschelius parerg. p.* 244 *immerito nominativo* Porcius Licin(i)us *spreto, qui scriptura tradita parum subtiliter commutata ei ortus esse videbatur; at si pro* serius, *quod instaurari Ritschelius quoque suo iure iubet, librarii* seruius *legebant, nominativi illius principalis in accusativum mutatio necessario fere insequebatur* ‖ hiis *Z* ‖ uerbis *Π*φ ‖ *Porc.* '*Licinii*' *epigr. AL lib.* II *ep.* CCXV *t.* I *p.* 407 *Burm.; ep.* 25 *t.* I *p.* 8 *HM.* ‖ 157 scd̃m *Z* ‖ pennato *TY* ‖ 158 se] *Ald.:* sese. *Π* sese *rell.* ‖ bellicosāin *Q* bellico samin *Z* ‖ romā ligentem *X* idmoli gentē *Z* id inoli gētē *Q* ‖ gente *Π* ‖ feram] *om. TY* ‖

[redacted]

46 **Ac deinde annis fere post quindecim bellum adversum Poenos**
47 **sumptum est atque non nimium longe M. Cato orator in civitate**
48 **et Plautus poeta in scaena floruerunt; isdemque temporibus Diogenes Stoicus et Carneades Academicus et Critolaus Peripateticus ab Atheniensibus ad senatum populi Romani negotii**
49 **publici gratia legati sunt. Neque magno intervallo postea Q. Ennius et iuxta Caecilius et Terentius ac subinde et Pacuvius et Pacuvio iam sene Accius clariorque tunc in poematis eorum obtrectandis Lucilius fuit.**

50 **Sed progressi longius sumus, cum finem proposuerimus adnotatiunculis istis bellum Poenorum secundum.**

QZXOΠNTY

(§ 46) 159 Ac] *om. Q* ‖ aduersūș *O* aduersus *XΠN* ‖ *poenos (a *?*) *X* ‖ (§ 47) 160 M. Cato] = *Z:* incautus *in mg.* (*tum ibid.* plautus diogenes *etc.*) *z* ‖ 161 scena *QXOΠN* ‖ fluerunt *X pr.* ‖ (§ 48) isdemque] *Yo:* hisdemque *O rell.* ‖ 162 diogenenes *X* dyogenes *T* ‖ ac ademicus *T* achademicus *Π* cademicus *Z* ‖ critholaus *T* cir colaus *X* ‖ 163 ne gotii *X* ‖ 164 grecia *Z* ‖ (§ 49) interuall*o (o *minus clarum*) *X* ‖ postea .q̃. *X* posteaq: *Q* ‖ que *Z* ‖ quiennius *TY* ‖ 165 ac] et (*sq.* et) *Q* ‖ subinde Afranius et *coll. Vell. Pat.* I 17, 1; II 9, 3; *Quint.* X I, 97 *sqq. IACvHeusde stud. crit. in C. Lucilium p.* 18, 2 ‖ Pacuvius] = *z mg.:* paucui' *Z* ‖ 166 actius *QΠ* ‖ .c. clariorq; *X* ‖ tunc] *om. Π non prorsus improbante LMuellero C. Lucilii satt. rell. p.* 290 ‖ sunt *Q* fuit (*ex lin. sq. petitum*) *q* ‖ in|in poematicis *X* ‖ poematibus *T pr.* ‖ (§ 50) 168 simus *X pr.* ‖ adnotaciunculis *Q* ‖ 169 secundum *Q* ‖

Expl. L' XVIII· Jcip̄ .XX. L | Vicesimo conmentario hec insūt | (*sequuntur lemmata lib.* XVIII.) *Post lemmatum indicem* P Cap̂. I. P Lib̄ XX' *Q* Explicit liber .XVIIII. (*rubr.; XVIIII in ras. z*) Vicesimo cōmentario hec sunt. *In summo margine fol. sq. m. rec.* A. Gel. lib. XX. | Qui in lib. impress. XVIII. inscriptus est. *Post lemm.* Incipit liber vicesimus (*rubr.*) *Z* ·A· GELLII NOCT̄. ATTICR̄. LIB̄. XVIII. EXPL̄.; INCIP̄. XVIIII.|XVIIII CŌMENT̄. HAEC INSVNT *Post lemmata lib.* XVIII *cap.* 1 *inc. sine inscr. X* A GELLII NOCTIV̄ ATTIC. | LIB. XVIIII. EXPLICITVS· | INCIP. LIB. XX FELI-|CIT. | VICESIMO COMM̄TARIO

HAEC INSVNT. (·/ Hic liber in impress. cod. ē XVIII *m. rec.*) *Post lemmata lineae vac. rel.* Liber XVIII *inscr. m. rec.* *O* Agellii noctiū atticarū lib. XIX. explicit'. Incip̄. XX. felicit̄. Cōmentario XX hęc insuꝛ *Post lemmatum indicem* Agellii Noctium atticarum liber XX. incipit. *Π* A. GEL̄LII. NOCTIVM. ATTICARVM. LIBER. XVIIII. EXPLICITVS. | VICENSIMO. COMMENTARIO. HAEC. INSVNT. *Post lemm. indicem* A. GELLI. NOCTIVM. ATTICARVM. LIBER. XX. INCIP̄. FELICITER. *N* ||

A. GELLII
NOCTIVM ATTICARVM LIBER OCTAVVS DECIMVS.

I.

Disputationes a philosopho Stoico et contra a Peripatetico, arbitro Favorino, factae; quaesitumque inter eos, quantum in perficienda vita beata virtus valeret quantumque esset in his, quae dicuntur 'extranea'.

1 Familiares **Favorini** erant duo quidam non incelebres in urbe Roma philosophi. Eorum fuit unus Peripateticae disciplinae
2 sectator, alter Stoicae. His quondam ego acriter atque contente pro suis utrimque decretis propugnantibus, cum essemus una
3 omnes Ostiae cum **Favorino**, interfui. Ambulabamus autem in litore, cum iam advesperasceret, aestate anni nova.
4 Atque ibi Stoicus censebat, et vitam beatam homini virtute animi sola et miseriam summam malitia sola posse effici, etiamsi

---

QZXOΠNTY

LIB. XVIII c. I. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 aḍ *X* ‖ et econtra *x* econtra *X* ‖ peripathetico *XΠ* paeripatetico *Q pr.* ‖ arbitrio *Q pr. Z* ‖ 3 facto (*propter ablativos praec.*) *q* ‖ que̜site̜que̜ *X* ‖ quando *Z* quintum *X pr.* ‖ quantum supficienda *Q; voluit igitur* super perficienda *et haud scio an ita G. scripserit* ‖ pfacienda *x* pficiendun *X* ‖ 4 ēe *X* ‖ hiis *Z* ‖ (§ 1) 5 non] *om. X* ‖ in(il *QY*)lecebres *ZX pr. Y* ‖ 6 philosophi eorum *Y* pꝰiieorum *Z* philosophicoꝝ *Q* ‖ peri patetice̜ *x* peri patice̜ *X* perypateticae *et sic per sqq. Y* ‖ (§ 2) 7 hiis *Z* ‖ contēpte *QT* ‖ 8 utrūq; *Q* ‖ de certis *Z* de creas *X* de creatis *x* ‖ 9 hostiae *XOYq* hostie *QZ* ‖ (§ 3) 10 littore *QZNT* ‖ ad uesperas ēet *Z* ‖ aestate] *om. Z* ‖ nova] *Salmasius g* (*Falsterus am. phil.* III 332 *Th. Vogel ann. phil.* 111, 574 *sq. Büttner-Wobst*)*:* noui ‖ (§ 4) 11 hominum *XOΠNTY* ‖ 12 miseriem *XΠ* ‖ malici *Q* ‖ ** etiam si (si *ut vid.*) *Q* ‖

cetera bona omnia, quae corporalia et externa appellarentur, virtuti deessent, malitiae adessent. Ille contra Peripateticus, miseram 5 quidem vitam vitiis animi et malitia sola fieri concedebat, sed ad conplendos omnes vitae beatae numeros virtutem solam nequaquam satis esse existimabat, quoniam et corporis integritas sanitasque et honestus modus formae et pecuniae familiaris et bona existimatio ceteraque omnia corporis et fortunae bona necessaria viderentur perficiendae vitae beatae.

Reclamabat hoc in loco Stoicus et, tamquam duas ille res 6 diversas poneret, mirabatur, quod, cum essent malitia et virtus duo contraria, vita misera et beata quoque aeque contraria, non servaret in utrisque vim et naturam contrarii et ad miseriam 7 quidem vitae conficiendam satis valere malitiam solam putaret, ad praestandam vero vitam beatam non satis solam esse virtutem diceret. Atque id maxime dissidere neque convenire dicebat, 8 quod qui profiteretur, vitam nullo pacto beatam effici posse, si virtus sola abesset, idem contra negaret, beatam fieri vitam, cum sola virtus adesset, et quem daret haberetque virtuti absenti honorem, eundem petenti atque praesenti adimeret.

Tum Peripateticus perquam hercle festive: 'rogo te', inquit, 9

QZXOΠNTY

13 eterna *X pr.* || 14 adessent] *om. X, add. x sup. lin.* || (§ 5) ptripateticus *Q* || miseriem *ZΠ* || 17 satiee̅ *X pr.* || corpi sint egritas *QZ* || 18 fortunae μ, *at cf.* h^{ra} 78 *sqq.* || pecuniae] μ: pecunia || familiaque *Salmasius exerc. Plin. p.* 1263^b (*ed.* 1629) reique familiaris μ, *at cf.* h^{ra} *l. l.* || 19 fortuna *Z* formae *Salmasius l. l.* || ɴeşcessaria *X pr.* || 20 beatę reclamabat. sed in *T* beate reclamabat si in *Y* || (§ 6) 21 Reclamat *Π* || **hoc (lo *praeceptum ex sq.* loco) *X* || tamquam] tam *QZ* qđ *spscr. x* || illę *Π* illi *Y* || 22 ponere mirabatur *T* || mirabantur pficiende (*ex lin.* 20 *repetitum*) quod *X* || esset *O pr.* || militia *X* || 23 equo *Q* heęq; *Π* || contrario *X pr.* || non] nos *Z* || 24 seruare *XT* || natura *Z* || (§ 7) miseram *QZ* || 25 uitę quidem *T* || confitiendam *Z* || 26 beatam uitam *Q* || uirtutem solam esse *X* || uirtutem esse *O* || (§ 8) 27 disserere *Q* '*Hoc voluit, an* differre ?' *i* || 28 qui] quid (*praec.* quod) *N* || pficeretur *Q pr.* || beatam nullo pacto *x* || nulla *T pr.* || beatam] *om. X* || posse si] possese *X* || 29 Id *X* || negare *T* || 30 abesset *TY* || haberet quę *Q* haberet. que̅ *q* || 31 suppetenti *ingeniose, sed non necessario, ut mihi quidem videtur, Th. Vogel l. l. p.* 575 || p̄sentia dimeret *X* || adhimeret *QZ* || (§ 9) 32 tunc *T* || peri pateticus *X* || p quam *Zx* p quem *X* || herc*le *X* ercle *Y* || rogate *Q pr.* ||

'cum bona venia respondeas, an existimes, esse vini amphoram,
10 cum abest ab ea unus congius?' 'Minime', inquit, 'vini amphora
11 dici potest, ex qua abest congius'. Hoc ubi accepit Peripateticus: 'Vnus igitur', inquit, 'congius amphoram facere dici debebit, quoniam, cum deest ille unus, non fit amphora vini et, cum accessit, fit amphora. Quod si id dicere absurdum est, uno congio solo fieri amphoram, itidem absurdum est, una sola virtute vitam fieri beatam dicere, quoniam, cum virtus abest, beata esse vita numquam potest'.

12 Tum Favorinus aspiciens Peripateticum, 'est quidem', inquit, 'argutiola haec, qua de congio vini usus es, exposita in libris; sed, ut scis, captio magis lepida quam probum aut simile argu-
13 mentum videri debet. Congius enim, cum deest, efficit quidem, ne sit iustae mensurae amphora; sed cum accedit et additur, non
14 ille unus facit amphoram, sed supplet. Virtus autem, ut isti dicunt, non accessio neque supplementum, sed sola ipsa vitae beatae instar est et propterea beatam vitam sola una, cum adest, facit'.

15 Haec atque alia quaedam minuta magis et nodosa, tamquam apud arbitrum Favorinum, in suam uterque sententiam con-

QZXOΠNTY

33 esse] *om.* *Y* ‖ esse**(*s.* ***)uini *X* ‖ amporā (*et sic in sqq.*) *O* anforā *Q* *et per totum caput* *Y* ‖ 34 abē* *Q* ‖ unus congius] uini sanguis *Q* ‖ (§ 10) 34 hoc ubi accepit peripateticus (= *O in ras.* stoicus *Πnox*) *post* congius *add.* *ΠNOx* *cf. lin.* 35 ‖ *post* congius *sqq.* — congius *om.* *X*, *spscr.* *x* ‖ amphoram *Z* ‖ 35 qua] *om.* *Z* ‖ ab est *Z* ‖ (§ 11) hocubi* *X* ‖ 36 igitur] = g (i superscr.) *q*: *om.* *Π* **g (i superscr.) *Q* ‖ inquit] *om.* *QZONTY* ‖ amporād *O* ‖ debere *QZ* ‖ quoniam] q' tam̄ *x* et im̄ *X* ‖ 37 sit *X* ‖ uini amphora (amporam *X*) *XΠNT* ‖ accesserit *T* ‖ 38 contagio (*in mg.* /·) *Z* ‖ 39 amporam *X* anmphorā (*in mg.* ·/) *Z* ‖ 40 dicerem *Z* ‖ cum itidē uirtus *X* ‖ ab est *Z* ‖ beatā *X* ‖ 41 po*test* *X* ‖ (§ 12) 42 Tunc *Y* ‖ inquit] *om.* *X* ‖ 43 quede *Q pr.* *Z* ‖ de coniugio *Z* detergio *T* ‖ uni usus *x* uniusus *X* ‖ est *Z* ‖ 44 aut] ut *QZ* ‖ (§ 13) 45 de est *Z* ‖ 46 ne sit] sed nescit *T* ‖ ne sitius te *X* nestiustae *Z* nesciuste (iū*te *q*) *Q* ‖ mensure camphoras. 7 *Z* ‖ *anphorae *q* canphora *Q* ‖ amphoras & accedit *T* ‖ addicit *X* adiicitur *x* ‖ 47 anphorā *Q* ‖ suplet *Q pr.* ‖ (§ 14) 48 accessione q; *X* accessione. q̄ *Z* accessione neq; *x* ‖ 49 instarem et *X* ‖ uitam beatam *Q* beatā uitā uitā *Π* ‖ (§ 15) 52 apud] *om.* *QZ* ‖ arbitrē *Z* ‖ fouorinum *Q* ‖ suam uterque] (*i. c.* VT̄Q. *s.* ūtq.): suam uta *Q* suamuta *Z* ‖

ferebant. Sed cum iam prima fax noctis et densiores esse tene- 16
brae coepissent, prosecuti **Favorinum** in domum, ad quam de-
vertebat, discessimus.

II.

Cuiusmodi quaestionum certationibus Saturnalicia ludicra Athenis agitare soliti simus; atque inibi inspersa quaedam sophismatia et aenigmata oblectatoria.

Saturnalia Athenis agitabamus hilare prorsum ac modeste, 1
non, ut dicitur, 'remittentes animum' — nam 'remittere', inquit
Musonius, 'animum, quasi amittere est' —, sed demulcentes
eum paulum atque laxantes iucundis honestisque sermonum in-
lectationibus. Conveniebamus autem ad eandem cenam conplus- 2
culi, qui Romani in Graeciam veneramus quique easdem auditiones
eosdemque doctores colebamus. Tum qui et cenulam ordine suo 3
curabat, praemium solvendae quaestionis ponebat, librum veteris
scriptoris vel Graecum vel Latinum et coronam e lauro plexam,
totidemque res quaerebat, quot homines istic eramus; cumque
eas omnis exposuerat, rem locumque dicendi sors dabat. Quae- 4
stio igitur soluta corona et praemio donabatur, non soluta autem
tramittebatur ad eum, qui sortito successerat, idque in orbem
vice pari servabatur. Si nemo dissolvebat, corona quaestionis eius 5

QZXOΠNTY

(§ 16) 53 densiores tenebrę|tenebrę (*om.* esse) *T* ‖ esse] *om. etiam Y* ‖ 54 atquā *Y* ‖ quē *X* ‖ diuertebat *ΠY* ‖

II. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 Cuius modū *X* ‖ quesitionū *X* ‖ saturna litia *Z* saturnalia *Π* ‖ 3 impssa *Π* expsa *Q* ‖ sophismatia] *Z cf. lemm. c.* 13: sophismata (*sq.* aenigmata) ‖ et] *om. Z* ‖ & nigmata *X pr.* ‖ (§ 1) 5 hylare *QY* ‖ psum *Z* prorsus *X* ‖ 6 non—inlectationibus] *descripsit fere Macrob. Sat.* I 5, 12 ‖ 7 musionius *X pr.* ‖ *C. Musonii Rufi rell. et apophthegm. ed. Venhuizen Peerlkamp p.* 275 ‖ admittere *Q pr.* ‖ demulgentes *Z* ‖ 8 paulum] = paullum *Macr. B*: paululum *Macr. P* ‖ laxandis (*sq.* iucundis) *X* ‖ inletatonibus *X pr.* ‖ (§ 2) 9 cūplusculi *X* ‖ 10 roma* (*s.* ** m *?* ni *?*) *Q* roma *q recte f. prob. Salmasio* ‖ ingratiam *X* ‖ eadē *Z* ‖ (§ 3) 11 .Tum] tam *Z* ‖ et qui *T* ‖ 12 ponebant *X* ‖ ueteri (*sq.* s) *Q pr. T* ‖ 13 elauro *Z* ‖ 14 qđ *Z* ‖ 15 ea sopnis *Z* ‖ oms *Q* ‖ (§ 4) 16 et] *om. T* ‖ dña(*i. e.* domina)batur *O* ‖ 17 tramitebatur *X* transmittebatur *TY* ‖ ad eum—servabatur] *post* tramittebatur *om. X* ‖ qui*** *Q* ‖ 18 uicē (*praec.* orbem) pariserbať *Z* ‖ (§ 5) sine modis soluebat *X pr.* si nemodis soluebat *Π* sine modi soluebat *Z* sine nodis solutae (te *Y*) *TY* ‖ corona] *om. XOΠN* ‖ ei *Y* .ei *T* ‖

[redacted]

6 deo, cuius id festum erat, dicabatur. Quaerebantur autem res huiuscemodi: aut sententia poetae veteris lepide obscura, non anxie, aut historiae antiquioris requisitio aut decreti cuiuspiam ex philosophia perperam invulgati purgatio aut captionis sophisticae solutio aut inopinati rariorisque verbi indagatio aut tempus item in verbo perspicuo obscurissimum.

7 Itaque nuper quaesita esse memini numero septem, quorum prima fuit enarratio horum versuum, qui sunt in saturis Quinti Enni uno multifariam verbo concinniter inplicati. Quorum exemplum hoc est:

Nam qui lepide postulat alterum frustrari,
Quem frustratur, frustra † eum dicit frustra esse;
Nam qui se frustrari quem frustra sentit,
Qui frustratur frustrast, si ille non est frustra.

QZXOΠNTY

19 dicebatur *TY* ‖ (§ 6) huiuscemodi res *TY* ‖ 20 hui'scemodi *Z* huicemodi *X* ‖ sententię (*sq.* poetae) *O* ‖ lepidę *T* ‖ 21 anxiae *XY* ‖ aut historie antiquioris aut historie antiquioris *Z* aut historie aut antiquioris *X* ‖ detreti *X pr.* ‖ cuiuspiam—invulgati] *om. X* ‖ 22 philosophie *Q* = ph'ie *z* ‖ ꝑpetam *Q* ‖ inulgati *Π* ‖ aut] *om. Q* ‖ sophysticę *T* ‖ 23 rari*oris *X* ‖ indagato *Q pr.* ‖ autē pusitē *O* ‖ tempus] plus *T* ‖ item] (?) *adposito suspectum sibi esse significavit CLehrs de Aristarchi stud. Hom. p.* 211³*:* .Item *Q* ‖ 24 prespicuo *Q* ‖ (§ 7) 25 quorum] coram *Y* ‖ 26 uersum *X pr. O* uersus *Ty* uersu *Y* ‖ quintienni *XT* ‖ *Q. Ennii ex inc. sat. lib. fr.* I *p.* 158 *Vahl. cf. post alios ab Oiselio i λ indicatos GHermannum elem. doctr. metr. p.* 453 (*antea id. de metris poet. Gr. et Lat. p.* 337 *sq. et a λ l.*), *ORibbeckium mus. phil.* 10, 288; *trimetris trochaicis acatalectis inclusit Hermannus, Sotadeos versus post alios prob. Fleckeiseno z. Krit. etc. p.* 40 *sq. constituerunt Vahlenus, Ribbeckius, LMüllerus Q. Ennius p.* 267 ‖ 27 uino *TY* ‖ multofariam *O* ‖ con*inenter *X* continenter *x* ‖ 28 hoc est] *om. T* ‖ 29 Nam qui] Qui se *VAcidalius in Plaut. Amphitr. divin. et interpr. c.* II (*Gruteri lamp.* VI 7 *sq.*) ‖ alteū *Y* ‖ frustrari quē frustrari·quem frustra eum (quē frustrari *del. x*) *X* ‖ 30 quam *Z* Quom *Vahlenus* (*Ribbeckius*) ‖ frustrast *Vahlenus* ‖ frustratu' frustrast cum dicit *Müllerus* ‖ frustratur—frustrari] *ante* quem frustra *om. Q* ‖ illum *Vahlenus* eunce *Ribbeckius* ‖ 31 Nam qui] Qui si *Ribbeckius* ‖ qui sese *Müllerus* ‖ se] *Vahlenus* (*Ribb.*)*:* sese ‖ *f.* quom frustras *Ribbeckius* ‖ frustra sentit] *Π e vg.* (*Ribb.*)*:* frustras (-= σ) sentit (senti *X*) *XON* frustrassent (. *Q*) id *QZTY* frustras *Vahlenus cf. Ribbeckius* (*coll. tamen Ritschelio ibid.* 11, 640 = *opusc.* II 715) ‖ 32 frustrast, si ille non] *Vahlenus* (*Ribb.*)*:* is frustrast (frustra st

Secunda quaestio fuit, quonam modo audiri atque accipi deberet, 8
quod Plato in civitate, quam in libris suis condidit, ‘κοινὰς τὰς
γυναῖκας’, id est communes esse mulieres, censuit et praemia viris
fortissimis summisque bellatoribus posuit saviationes puerorum et
puellarum? Tertio in loco hoc quaesitum est, in quibus verbis 9
captionum istarum fraus esset et quo pacto distingui resolvique
possent: ‘quod non perdidisti, habes; cornua non perdidisti: habes
igitur cornua’, item altera captio: ‘quod ego sum, id tu non es;
homo ego sum: homo igitur tu non es’. Quaesitum ibi est, quae 10
esset huius quoque sophismatis resolutio: ‘cum mentior et mentiri
me dico, mentior an verum dico?’ Postea quaestio istaec fuit, 11
quam ob causam patricii Megalensibus mutitare soliti sint, plebes
Cerealibus? Secundum ea hoc quaesitum est: verbum ‘verant’, 12
quod significat ‘vera dicunt’, quisnam poetarum veterum dixerit?

QZXOΠNTY

O frustra est *XΠNTY* frustrat' *x*) si (s; *Q*) non ille *libri* is frustrast, ille non *Müllerus* ‖ frustrat (*in mg.* ·/) secunda *Z* ‖ frustra questio (. Secunda *om.*) *Y* ‖ (§ 8) 33 quaestio fuit] *om. Q* ‖ quo nā *T* ‖ accipe *X pr.* ‖ 34 *litt.* didit *om. X* ‖ *Plat. reip.* V 7 *p.* 57 *C. St.* τὰς γυναῖκας ταύτας τῶν ἀνδρῶν τούτων πάντων πάσας εἶναι κοινάς, *praemia autem* τοῖς ἀγαθοῖς τῶν νέων ἐν πολέμῳ ἢ ἄλλοθί που *constituta ibid. c.* 9 *p.* 460 *B* (γέρα καὶ ἆθλα ἄλλα τε καὶ ἀφθονεστέρα ἡ ἐξουσία τῆς τῶν γυναικῶν ξυγκοιμήσεως) *non satis accurate referuntur* ‖ 34 ΓΙΝΑΙΚΑϹ *TY* ΤΥΝΑΙΚΑϹ. *X* ‖ 35 id est] Idem *X* ‖ *num* (id est communes esse mulieres) ? ‖ uiri *X pr.* ‖ 36 fortissi(u *h*^c)mis summisque] *h:* fortissimisq. *X* fortis sumis *Z* fortibus summisque *rell.* ‖ sumationes (*cf. praec.*) *Z* ‖ (§ 9) 37 hoc] *om. O* ‖ que situm est hoc *Π* ‖ uerbis uerbis *X* ‖ 38 captio nū *X* ‖ frax *Q* ‖ distinguere soluique *TY* ‖ 39 possent quod *Y* ‖ pdisdisti *T* ‖ non] *in mg. add. n* ‖ pdisdisti (sum) *T* ‖ 40 item] *om. Q* autem *Z* ‖ taptio *X pr.* ‖ 41 homo] s; homo (sum *spscr. q*) *Q* ‖ homo—tu non es] *post* tu non es *om. Z* ‖ ego sum : homo] *post* homo *add. h: om.* ‖ id (*ex praec. repet.*) tu non *x* id tum *X* ‖ tu] *om. Π* ‖ (§ 10) Quaesitum id quoque ibi *e; f.* Quaesitum tum ibi *h* ‖ est] = *X:* es *x* ‖ qui *X* ‖ 42 ***ēet (ēet) *Q* ‖ ius *TY* ‖ huius modo sophis matis *X* ‖ resulutio *Π pr.* solutio *Q* (*h*^c) ‖ 43 medico *QX* ‖ (§ 11) que(ę *x*)sitio *X* ‖ istaec] *e* (*Brix.* 1485): ista *Π* ista haec (*s.* hec) *rell.* ‖ 44 mutitare] *ed. Beroald. v. G.* II 24, 2: metitare *X* motitare *rell.* ‖ sunt *X* ‖ plebescere alibus *T* ‖ (§ 12) 45 uerat *X* ueratq. *x* ‖ 46 significant (*sq.* dicunt) *Z* ‖ veterum] uer *Y* uera *T* ‖

13 **Sexta quaestio fuit, 'asphodelum' cuiusmodi herba sit, quod Hesiodus in isto versu posuerit:**

Νήπιοι, οὐδὲ ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ,

et quid item Hesiodus se dicere sentiat, cum dimidium plus
14 esse toto dicit? Postrema quaestionum omnium haec fuit: 'scripserim', 'legerim', 'venerim' cuius temporis verba sint, praeteriti an futuri an utriusque?

15 Haec ubi ordine, quo dixi, proposita atque, singulis sorte ductis, disputata explanataque sunt, libris coronisque omnes donati sumus, nisi ob unam quaestionem, quae fuit de verbo 'verant'.
16 Nemo enim tum commeminerat, dictum esse a Q. Ennio id verbum in tertio decimo annalium in isto versu:

satin vates verant aetate in agunda?

Corona igitur huius quaestionis deo feriarum istarum Saturno datast.

QZXOΠNTY

(§ 13) 47 as phodelum *Z* assodolum *X* ‖ cuimodi ***test. et prob.*** i *X* ‖ uerba *Y* ‖ herba sit quod] = *x:* hersit quod *X* herba sit que *Z* herbarum que *Q* ‖ 48 hęsiodus *Π* ‖ posuerrit *Z* posuit *T* ꝑfuit *Y* ‖ *Hesiod. opp. et dier. v.* 40 *sq.* ‖ *Graeca spat. vac. rel. om.* ***X*** GR. *TY* ‖ 49 ΝΕΠΙΟΙ *Π pr.* ‖ ΟΧΔΕ *Z* οὐδ' *v. l. ap. Hes.* ‖ ΠaΕΟΝ ΗCΓ *Z* ‖ 50 ΜaΜaΧΗ *Z* ‖ καὶ] Κ *Z* ‖ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ] ***se cum Hesiodo:*** aCΦΟaΕaωΜΕΤΟΝΙaΡ *Z* aCΦΟΔΕΛΟΜΕΙΝΟΝΙaΡ *ΟΠΝ* ‖ 51 ,et quid item] .Et quidem *Y* .Eo quod *T* ‖ hęsiodus *Π* esiodus *QZ* ‖ sententiat *X* ‖ 52 esse] *om. Y:* eët (. *T* ; *sq.* t) *QZT* ‖ dicat *Π pr.* ‖ (§ 14) postremo *Y pr.* ‖ h̃ (*i. e.* hoc) *Y* ‖ 53 uenerim legerim *Π* ‖ (§ 15) 55 quo dixi] quo fuit *Q* quod fuit *Z* ‖ 56 donatissim' u (*i. e.* ubi *prob.* n) *Z* ‖ 57 , nisi] n̄ *Y* ‖ ob unam] = ***π:*** obuiā *Π pr.*, ***unde*** ob quintam (vtam *sc.*) *g* ‖ unam] = ***z in litura:*** uinā (?) *Z* ‖ de] ex *TY* ‖ uerat σ ueχerant *X pr.* ‖ (§ 16) 58 cōmeminorat *T* ‖ es *Y* ‖ a q; *X* aquę *Z* .atq: *Q* .autq: *q* ‖ ea q̃ ennio *Y* *aq̃ennio (e) *T* ‖ 59 annalium] commeminimus (*v.* ***lin. praec.***) annalium *X* ‖ *Q. Enn. ann. lib.* XIII *fr.* I *p.* 56 (*cf. p.* LXXII) ***Vahl.*** ‖ uersus at inuates *Q* ‖ 60 sat inuates *X* san¦nuates *Z* ‖ agu(? e *spscr. t*)nda corona. Igitur *TY* ‖ 61 fariarum *Q pr. Z* ‖ starum *ZNT* (*h*ᶜ) ‖ 62 datast] *Z:* data est ‖

III.

Quid Aeschines rhetor in oratione, qua Timarchum de inpudicitia accusavit, Lacedaemonios statuisse dixerit super sententia probatissima, quam inprobatissimus homo dixisset.

Aeschines, vel acerrimus prudentissimusque oratorum, qui 1
apud contiones Atheniensium floruerunt, in oratione illa saeva
criminosaque et virulenta, qua Timarchum de inpudicitia
graviter insigniterque accusabat, nobile et inlustre consilium
Lacedaemoniis dedisse dicit virum indidem civitatis eiusdem prin-
cipem, virtute atque aetate magna praeditum.

'Populus', inquit, 'Lacedaemonius de summa republica sua, 2
quidnam esset utile et honestum, deliberabat. Tum exsurgit sen- 3
tentiae dicendae gratia homo quispiam turpitudine pristinae vitae
defamatissimus, sed lingua tunc atque facundia nimium quanto
praestabilis. Consilium, quod dabat quodque oportere fieri sua- 4
debat, acceptum ab universis et conplacitum est futurumque erat
ex eius sententia populi decretum. Ibi unus ex illo principum 5
ordine, quos Lacedaemonii aetatis dignitatisque maiestate tamquam
arbitros et magistros disciplinae publicae verebantur, commoto
irritatoque animo exsilit et: 'quaenam', inquit, 'Lacedaemonii,

---

QZXOΠNTY

III. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 esclines *Z* ‖ qua timarcum *Xo* quati marcum *O* ‖ thymarcū *Π* ‖ deinde pudicitia causauit *X* ‖ recusauit *QZ* ‖ 3 probatissim' *X* ‖ 4 homo] = *x:* itemmo *X* ‖ (§ 1) 5 Aescines *TY* Aescinus *X* Aescinus *Z* *scinus (e) *Q* ‖ orationum *T pr.* ‖ 7 criminosa qua *Z* ‖ tymarchū *T* thimarcum *Q* tunarchū *Z* ‖ inpuditicia *Q* ‖ 8 accusabat] *Q:* accusabit *Z* accusauit *rell.* ‖ 9 virum] *om. TY* ‖ 10 uirtutē *Z* ‖ aetate] eadē *Z* ‖ aetatē agna *X pr.* ‖ (§ 2) *Aeschin. in Timarch. or.* § 180 *sq.* ‖ 11 Lacedaemonius] *om. Z* lacedemoniis *XT* ‖ 12 quid nam *ZT* ‖ ee *X pr.* ‖ utile eēt *Z* ‖ *****utile (utile) *Q* ‖ (§ 3) Tunc *TY* ‖ 13 grām *X* ‖ turpidine *T* ‖ 14 defamatissimus] *O*(= defamatiss ; *o mg.*) *ΠN voc. uni G. proprium cf.* IX 2, 11 vocabula defamata atque demortua; XIV 2, 10: defamatisimus *X* defatissim' *T:* diffamatissimus *QZY, quod sane G. h. l. adhibere potuit* ‖ *f.* nimio *i* ‖ quantū *T* ‖ 15 prestabilis consilium *Q* ‖ (§ 4) sua debat *X* ‖ 16 complautum *Z* ‖ facturumq. *TY* ‖ rat (e *post* e *om.*) *X pr.* ‖ 17 sententia eius *Π* ‖ sent(c *Q*)ia *QX* ‖ (§ 5) ubi *TYφ* ‖ 18 quos] *om. Q* ‖ lacedemoni *Z* lacedemoniis *X* ‖ dignatisque *Y* ‖ 19 orbitros *Q pr.* ‖ arbitro s; magistro *Z* ‖ publicae publicae *N* ‖ uerberant *X pr.* ‖ cōmitto *X pr.* ‖ 20 irritoque *Y* iratoque *XOΠNT* ‖ que(e *ZX*) nam *ZX pr. T* ‖

ratio aut quae tandem spes erit, urbem hanc et hanc rempublicam salvam inexpugnabilemque esse diutius posse, si huiuscemodi anteactae vitae hominibus consiliariis utemur? quod si proba istaec et honesta sententia est, quaeso vos, non sinamus eandem
6 dehonestari turpissimi auctoris contagio'. Atque ubi hoc dixit, elegit virum fortitudine atque iustitia praeter alios praestantem, sed inopi lingua et infacundum, iussitque eum consensu petituque omnium eandem illam sententiam diserti viri cuimodi posset verbis dicere, ut, nulla prioris mentione habita, scitum atque decretum populi ex eius unius nomine fieret, qui id ipsum denuo dixerat.
7.8 Atque ita, ut suaserat prudentissimus senex, factum est. Sic bona sententia mansit, turpis auctor mutatus est'.

IV.

Quod Sulpicius Apollinaris praedicantem quendam, a sese uno Sallusti historias intellegi, inlusit quaestione proposita, quid verba ista apud Sallustium significarent 'incertum, stolidior an vanior'.

1 Cum iam adulescentuli Romae praetextam et puerilem togam mutassemus magistrosque tunc nobis nosmetipsi exploratiores quaereremus, in Sandaliario forte apud librarios fuimus, cum ibi in multorum hominum coetu Apollinaris Sulpicius, vir in memoria nostra praeter alios doctus, iactatorem quempiam et

---

QZXOΠNTY

21 aut quae] atq; *Π* ‖ tandem spes] = *x in litura* ‖ rem *Q* ‖ 22 inexpugnabilem quoq; *Z* ‖ possessi *Z* ‖ 23 anteactae vitae] uitae actę *x* uitae haacte *X* ‖ hominibus uitae *Π* ‖ utamur *T* ‖ 24 ista haec *XΠ* ista hec *Q* ista *TY* ‖ eā *T* ea *Y* ‖ 25 turpissima *X* turpissime *x* turpissi *Z* ‖ (§ 6) 26 eligit *ZXOΠN* ‖ ″p̄stantem ″pret̄ alios *Π* ‖ 27 et] sed (*ex praec. repet.*) *Z* ‖ 28 eadem *Z* ‖ disserti *XT* deserti *Z* ‖ cuimodi] *lac. rel. om. Z* cui'modi *NTq* ‖ possit *QZ* ‖ 29 m̄sione *Z* ‖ sictū *Z* ‖ 30 unius] = *x:* sumus (*praec.* s) *X* ‖ feret *X pr.* ‖ qui id] *g:* quod ‖ (§ 7) 31 suaserant *Z* ‖ sexnex *Q* ‖ (§ 8) sibona *X pr.* ‖

IV. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 salusti *ZX* sallustii *Π* salustii *Q* ‖ 3 intelligit (*sq.* inlusit) *Z* ‖ illuxit *Q* ‖ (§ 1) 5 adules centuli *X* adolescenti *Π* ‖ Romae] *om. TY* ‖ protextam *Q* ‖ praetextam puerilem toga *Salmasius* ‖ 6 mutaremus *Y* ‖ nunc *Q pr.* ‖ nobis(| *Π*) metipsi *XΠ* nobismetipsi *ONTY* ‖ exploratores *TY* explorationes *Q pr. X* ‖ 7 queremus *X pr.* ‖ sandalario *ZT* sandalia riso *X* scandaliario *Y* ‖ . Cum *Π* ‖ 8 cętu *T* cetu *QZ* coitu *X pr.* ‖ 9 doctus] doctos doctior φ ‖

venditatorem Sallustianae lectionis inrisit inlusitque genere illo
facetissimae dissimulationis, qua Socrates ad sophistas utebatur.
Nam cum ille se unum et unicum lectorem esse enarratoremque 2
Sallustii diceret neque primam tantum cutem ac speciem sen-
tentiarum, sed sanguinem quoque ipsum ac medullam verborum
eius eruere atque introspicere penitus praedicaret, tum Apolli-
naris amplecti venerarique se doctrinas illius dicens: 'per',
inquit, 'magister optume, exoptatus mihi nunc venis cum sanguine
et medulla Sallusti verborum. Hesterno enim die quaerebatur 3
ex me, quidnam verba haec eius in quarto historiarum libro
de Cn. Lentulo scripta significent, de quo incertum fuisse ait,
stolidiorne esset, an vanior', eaque ipsa verba, uti sunt a 4
Sallustio scripta, dixit: 'At Cn. Lentulus patriciae gentis,
collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, per-
incertum stolidior an vanior; legem de pecunia, quam
Sulla emptoribus bonorum remiserat, exigenda pro-
mulgavit'.

Quaesitum ergo ex se Apollinaris neque id se dissolvere 5
potuisse adseverabat, quid esset 'vanior' et quid 'stolidior', quo-
niam Sallustius sic ea separasse atque opposuisse inter se

QZXOΠNTY

10 uenditorē *x* ‖ salustia electionis *Z* ‖ *lectione (e) *Q pr.* ‖ inrissit *Q pr.* ‖ 11 fatetissime *Z* facetassimę *x* faceassimę *X* ‖ dissim*lationis *Q* dissimulationes *Z* ‖ quasaocrates *X* ‖ sophystas *T* ‖ (§ 2) 12 uni cum *X pr.* ‖ narratoremque (q** *X; praec.* e) *QZXOΠT* ‖ 13 pristinā *Z* ꝑnam *X* ‖ tantum primam *TY* ‖ sententiaru *X* ‖ 14 sanguinem—verborum] = *O:* medullam uerborum ac sanguinem *in mg. adnot. o* ‖ ipsum] *om. Z* ‖ 15 eruer** *X pr.* ‖ pęnitus *T* ‖ 16 que] *om. X per se recte cf. praef.* § 18 *adn.* ‖ *doctrinas *X* ‖ 17 obtume *Z:* optime *OΠNTY* obtime *QX* ‖ ueni *X* ‖ 18 medula *Q* ‖ Sallusti] *X pr.:* sal(ll *al.*)ustii ‖ (§ 3) aesterno *X* hesterna *T* ‖ 19 quidnam ex me *Z* ‖ quid nā *T* ‖ uerbo haec (*om.* eius) *X* ‖ eius haec *T* ‖ quartū hystoriarū libro. hystoriaꝝ. libro. *Z* ‖ 20 de] *om. XOΠNT* ‖ de Cn.] agn. *q* agu *Q* ‖ .CN. *N:* gn. *et* .gn. *etc.* ‖ incerta *TY* ‖ 21 stolidiorq. *QZ* ‖ uaninior *X pr.* ‖ (§ 4) eaque ipsa—an vanior] *h. l. om., sed inter* hominem *et* ipsum *lin.* 34 *exhibent QZ, unde v. l. hic inserui* ‖ *Sall. hist. lib.* IV *fr.* 50 *p.* 346, *fr.* 51 *p.* 329 *ed. min. Kr., fr.* 35 *p.* 104 *D.* ‖ 22 : At] *om. Z* ‖ .CN. *N:* gn. *et sim. ZXOΠTY* .c. u. *Q* ‖ 23 claudiano *QZ* ‖ p incertū *Z* ‖ 24 stolidi*or *X* ‖ uaninior *X* ‖ 25 bonoꝝ hominum *X* ‖ ex|egenda *Z* ‖ (§ 5) 28 potius se ad seruabat *Z* ‖ et quid] ecquid *X pr.* atq. *QT* ‖ 29 se parasse *QN* sepasse *Z* ‖

videretur, tamquam diversa ac dissimilia nec eiusdem utraque vitii forent, ac propterea petebat, uti se doceret significationes utriusque vocis et origines.

6 Tum ille rictu oris labearumque ductu contemni a se ostendens et rem, de qua quaereretur, et hominem ipsum, qui quaereret: 'priscorum', inquit, 'et remotorum ego verborum medullas et sanguinem, sicuti dixi, perspicere et elicere soleo, non istorum, quae proculcata vulgo et protrita sunt. Ipso illo quippe Cn. Lentulo 'stolidior' est et 'vanior', qui ignorat eiusdem stultitiae esse 7 vanitatem et stoliditatem'. Sed ubi hoc dixit, media ipsa sermo-
8 num reliquit et abire coepit. Nos deinde eum tenebamus urgebamusque, et cumprimis Apollinaris, ut de vocabulorum istorum vel differentia vel, si ei ita videretur, similitudine plenius apertiusque dissereret et, ut ne sibi invideret discere volenti, orabat.

9 Atque ille, se iam plane inludi ratus, negotium sibi esse
10 causatur et digreditur. Nos autem postea ex Apollinari didicimus, 'vanos' proprie dici, non ut vulgus diceret, desipientis aut hebetes aut ineptos, sed, ut veterum doctissimi dixissent, mendaces et infidos et levia inaniaque pro gravibus et veris astutissime componentes; 'stolidos' autem vocari non tam stultos et excordes, quam austeros et molestos et inlepidos, quos Graeci 'μοχθηρούς

QZXOΠNTY

30 et (*om. T*) dissimilia ac diuersa *TY* || 31 ac] *om. Q* || pptercorea *Z* propter *Π* || ut *Q* || utis(ut is *x*)ediceret *X* ut is edoceret *TY* || dr̃et (*i. e.* diceret) *Z* || 32 uicis *Y pr.* || origenes *Q* || .] *om. Z* || (§ 6) 33 tamen *Z* || ructu *Y* || labrarumque *Tqx* labiorq; *Y* || ductus *N pr.* dictu *Q* || 34 hominem. (. *om. Z*) eaque ipsa an uanior. (. *om. Z*) ipsum *QZ v. adn. lin.* 22 || quaereret] *om. Y* || 35 romotorq *T* || medulla set *Z* || 36 eligere *QZY pr.* || soleo] diceret *TY* || 37 uirgo uulgo *Z* || ptrita *Y* || quippe illo *T* || .CN. *N*: gn. *et sim.* || (§ 7) 39 hodixit *X pr.* || (§ 8) 40 surgebamusq. (*praec.* s) *QZ* || 41 cū primis *Z* tunc primis *T* tu primis *Y* || istorum] *om. Q* || 42 inita *X* || 43 disserere (. *T; sq.* et) *Q pr. ZTY* || (§ 9) 44 iam] *om. T* || (§ 10) 46 dici] = *x*: didici (*praec.* didicimus) *X* || uti *X* || disipientis *Z pr.* dissipientes *Q* || aut*hebetes (t) *X* || 47 ebetes *Y* hebates *Z* || ineptos] = *x*: inep*os *X* ineptes *Π pr.* || ut veterum] uīū *Y* || 48 et levia] deuia *Q* || leuia *X* || 49 ex cordes *Q* || 50 austeros] *hc*: stautros *Q* castros *Z* taetros *O* (x) tetros *XΠNTY* (*e cj.*) fatuos *vel* tardos *IMarkland ep. crit. ad FHare p.* 96 || *Graeca spat. rel. om. X* || ΜΟΧΤΗΡΟΥϹΕΤΦΟΡΤΙΚΟΙϹ *ZTY* ΜΟΧΤΕΡΟΙϹ(ΟΥϹ *x*)-

καὶ φορτικούς' dicerent. Ἔτυμα quoque harum vocum et origines 11
scriptas esse dicebat in libris Nigidianis.

Quas requisitas ego et repertas cum primarum significationum exemplis, ut commentariis harum noctium inferrem, notavi et intulisse iam me aliquo in loco commentationibus istis existimo.

V.

Quod Q. Ennius in septimo annali 'quadrupes eques' ac non 'quadrupes ecus', ut legunt multi, scriptum reliquit.

Cum Antonio Iuliano rhetore, viro hercle bono et facundiae 1
florentis, complures adulescentuli, familiares eius, Puteolis aestivarum feriarum ludum et iocum in litteris amoenioribus et in voluptatibus pudicis honestisque agitabamus. Atque ibi tunc Iuliano nuntiatur, 2
ἀναγνώστην quendam, non indoctum hominem, voce admodum scita et canora Ennii annales legere ad populum in theatro. 'Eamus' inquit, 'auditum nescio quem istum 'Ennianistam'': hoc 3
enim se ille nomine appellari volebat.

Quem cum iam inter ingentes clamores legentem invenissemus 4

QZXOΠNTY

CAIΦOPTICOIC *Π* ‖ 51 .] *om. Z* ‖ (§ 11) ETYetYMA *Z* TYMA *Q* Etima *Y* Ęthima *Π* &ima *XN* ‖ earum *N pr.* horum *X* ‖ *Nigidii Figuli comm. ut vid. gramm. fr. p.* 269 *Rutgers. VL* III 16 ‖ 53 Quas requisitas ego et repertas] *Rutgersius l. l. p.* 294: quos requisitos ego (ergo *X*) et repertos *QZXONTY* quos ego requisitos et repertos *Π* ‖ 54 noctum *Z* ‖ inferem *Q* infererem *q* inferre *Z* ‖ 55 me iam *TY* ‖ in aliquo *T* ‖ *lib.* VIII *c.* 14 *a G. indicari perspexerunt Oiselius et g cf. h de P. Nig. Fig. stud. atq. op. p.* 20, 1 ‖

V. *Exstat in TY. Hausit inde Non. s. v.* equitem *p.* 106, 28 *M., haud vero s. v.* equites *p.* 295, 15 (*cf. ann. phil.* 85, 717; 788); *satis libere adhibuit Macrobius Sat.* VI 9, 8 *sqq.; immerito igitur et alterum illum locum Nonianum et Macrobium praeter h. Gellii l. testes ad Verg. l.* § 7 *explicandum profert LQuicherat mélanges de philologie p.* 284 *sqq.* ‖ (*lemm.*) 2 Qđq; *Z* Qđ. que *X* ‖ enius *X pr.* ‖ quadrupedes *Π* ‖ quadrupedes *Π* ‖ 3 equs *X* equos *Π* equus *QZx* ‖ (§ 1) 4 Iuliano] *sup. lin. add. x* ‖ ercle *X* ‖ 5 cumplures *X* ‖ 6 feriarum] *praec.* aestivarum *om. XOΠN* ‖ amęnib; *X* ‖ 7 pudias *X pr.* ‖ (§ 2) tunc Iuliano] *om. TY* ‖ 8 ἀναγνώστην] *om. TY:* ANAΓNωCTEN *X* ANAΓNOCTEN *Π* ‖ . Quedā non doctum *Q* ‖ ad modum *Z* ‖ 9 enii *Q* enim *Z* ‖ in teatro *Z* ‖ teatro *X* ‖ (§ 3) 10 anianistam *Q* ‖ (§ 4) 12 iam] *om. Π* ‖ inter* (i ?) *X* ‖ uenissemus *Π* ‖

— legebat autem librum ex annalibus Ennii septimum —, hos cum primum versus perperam pronuntiantem audivimus:

Denique vi magna quadrupes ecus atque elephanti
Proiciunt sese,

neque multis postea versibus additis, celebrantibus eum laudantibusque omnibus, discessit.

5 Tum Iulianus egrediens e theatro: 'quid vobis', inquit, 'de hoc anagnosta et de quadrupede equo videtur? sic enim profecto legit:

Denique vi magna quadrupes ecus atque elephanti
Proiciunt sese.

6 Ecquid putatis, si magistrum praelectoremque habuisset alicuius aeris, 'quadrupes ecus' dicturum fuisse ac non 'quadrupes eques', quod ab Ennio ita scriptum relictumque esse, nemo unus litterarum
7 veterum diligens dubitavit?' Cumque aliquot eorum, qui aderant, 'quadrupes ecus' apud suum quisque grammaticum legisse se dicerent et mirarentur, quidnam esset 'quadrupes eques', 'vellem

QZXOΠNTY

13 in librum *X pr. Z* ‖ enii *Z* ‖ 14 eum] cū *Q* ‖ ***Ennii ann. lib.*** VII *fr.* IX *p.* 37 (*cf. p.* LVIII) *V. allatum etiam a Macr. l. l.* § 10 *et a Iun. Philarg. ad Verg. G.* III 116 (Ennius annali lib. VII an non quadrupedes equites *codd. Non. l. l. p.* 106, *quae orta sunt ex verbis Gell.* § 6 ac non quadrupes eques *cf. IVahlen quaest. Enn. crit. p.* 10; *Th. Hug Q. Enn. ann. lib.* VII—IX *fr. p.* 20) ‖ 15 *deniq. (i) *Q* ‖ vi] *q:* ** (in ? *cf. lin.* 22) *Q* ‖ vi magna] = *z:* u***agna *Z* ‖ quadrupe secus *Q* ‖ ecus] = φ (*cf. adn. praec.*): equus *ZΠTY* eques *X* ‖ elefanti *X* elophanti *T* elepanti *Hugius l. l. p.* 3 ‖ 16 Proiciunt] = *Macr. P:* Proiiciunt (s. Projiciunt) *edd. Philarg.* Projciunt *Vahlenus* ‖ (§ 5) 19 lyanus *T* ‖ e theatro] = *qx:* e teatro *Q* **heatro *X* ‖ 20 anagnota *TY* ag|nosta *X* annio|nista *x* (Anagonista *spscr.* al̄ Enianista ς *unus*) ‖ quadrupe *XNo* ‖ 22 vi] in *Q* ‖ agna *X pr.* ‖ quadrupes equus] *q:* quadrupe secus *Q* ‖ ecus] *cf. adn. praec.:* equs *X* equus *ZΠNTYx* ‖ aut *Z* ‖ elephanti *T cf. lin.* 15 *adn.* ‖ 23 Proiciunt] *cf. adn. lin.* 16 ‖ (§ 6) 24 Ecquid] ς (*SGerm.* 643) *c:* etquid *ZO* et quid *rell.* ‖ plectoremq. *QZ* ‖ alius *X pr.* ‖ 25 equs *X*ɔ (*nihil adn.* φ) equus *QZΠNTx* eques *Y* ‖ 26 ennio inscriptum *Q* ‖ litterarum unus *TY* ‖ 27 uete**rum (ra) *Q* ‖ (§ 7) Cunque *T* ‖ aliqd̄ *Z* ‖ 28 quadrupe *Q pr.* ‖ ecus] = ɔ (*nil adn.* φ): *om. Q* equs *X* equus *ZΠNYqx* equus *T* ‖ quisq. apud suum *TY* ‖ quisque (˜) *X* ‖ 29 merarent *T* ‖ quid nam *QZ* qid̄ nam *T* ‖ eent *QZ*

vos', inquit, 'optimi iuvenes, tam accurate Q. Ennium legisse, quam P. Vergilius legerat, qui hunc eius versum secutus in georgicis suis 'equitem' pro 'equo' posuit his in versibus:

Frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere
Impositi dorso atque equitem docuere sub armis
Insultare solo et gressus glomerare superbos.

In quo loco equitem, si quis modo non inscite inepteque
argutior sit, nihil potest accipi aliud nisi 'equum': pleraque enim 8
veterum aetas et hominem equo insidentem et equum, qui insi-
deretur, 'equitem' dixerunt. Propterea 'equitare' etiam, quod 9
verbum e vocabulo 'equitis' inclinatum est, et homo equo utens
et equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius adeo, vir 10
adprime linguae Latinae sciens, 'ecum equitare' dicit his versibus:

Quis hunc currere ecum nos atque equitare videmus,
His equitat curritque: oculis equitare videmus;
Ergo oculis equitat.

QZXOΠNTY

30 obtimi *Q* ‖ *acurate (a) *X* ‖ Q.] que *Z* ‖ 31 uirgilegerat *Q* uirgililegerat (li *spscr.*) *q* ‖ 32 sui seq̃ntem *Z* ‖ posuit *O* ‖ hiis *Z* ‖ uerbis *Q* ‖ *Verg. Georg.* III 115 *sqq.* ‖ 33 peletronii *QΠY* pelectronii *x* pe**letronii *X* pelotronii *Z* ‖ lapythae *Z* lapithe *Y* lapitae *Π* laphyte *Q* ‖ girosque *QZXΠY* ‖ 34 inpositi *Q* (*Verg. Bern. bc*) ‖ atque] = *x sup. lin.: om. XOΠNY* ‖ æquitē *y* *quitē *Y* ‖ docuere—equitem] *post* equitem *om. QZ* ‖ 35 Insultari *Π* ‖ et gressus] = *x:* egressus *Q* ‖ glomerat:re *X* ‖ 36 nonscite *X* ‖ 37 sit] fit *Z* ‖ aliquid *X* ‖ equm *X* ‖ (§ 8) Plerũque *T* ‖ enimeterũ *X pr.* ‖ 38 equum] eum *XO* ‖ quo *Π pr.* ‖ insederetur *Z* ‖ 39 equidem *Q pr.* ‖ (§ 9) ppte ea *Z* ‖ aequitare *X* ‖ et quod iam *QZ* ‖ 40 e] ē *Y* ‖ et utens et equus *Z* "et equus "utens *Q* ‖ 41 ecus *O* ‖ (§ 10) vir] uir* (& ?) | equs (equus *q*) *Q* ‖ 42 ad prime *Q pr. ZT* ad primę *Y* ‖ ecum] *O codd. Non. plerique:* equum ‖ equum equitare] = *x in ras.:* eque *rell. eras. X* ‖ equitari *QZΠY* ‖ dicit his] = *x in ras.* ‖ hiis *Z* ‖ *Lucil. sat. lib. inc.* (IX *GSchepss de soloecismo Argent.* 1875 *p.* 26, 1) *fr.* 39 *p.* 141 *LM. lib.* I—XXV. XXX *v.* 1060 *sqq. p.* 116 *L.* ‖ 44 Quis] = *Non. l. l. p.* 106: Nempe *Macr. l. l.* § 10 ‖ hunc] *X Macr. Non.:* hinc ‖ ecum] *O, Nonii plerique:* eqũ *X pr.* equum *rell., Non. Harl. Macr. P* ‖ non aquae *codd. Non.* ‖ atque ego equitare *Macr. P* ‖ *In* videmus *des. Macr.* ‖ 45 His—videmus] *post* videmus *om. QZ* ‖ *in* curritque oculis (*om. distinct. nota*) *des. Non.* = x, *sequentia* — equitat *in v. Gellii c. legi testatur* σ ‖ 46 oculus *Y* ‖

11 Sed enim contentus', inquit, 'ego his non fui et, ut non turbidae fidei nec ambiguae, sed ut purae liquentisque esset, 'ecus'ne an 'eques' scriptum **Ennius** reliquisset, librum summae atque reverendae vetustatis, quem fere constabat **Lampadionis** manu emendatum, studio pretioque multo unius versus inspiciendi gratia conduxi et 'eques', non 'ecus', scriptum in eo versu inveni.

12 Haec tum nobis **Iulianus** et multa alia lucide simul et adfabiliter dixit. Sed eadem ipsa post etiam in pervulgatis **commentariis** scripta offendimus.

VI.

Quod Aelius Melissus in libro, cui titulum fecit de loquendi proprietate, quem, cum ederet, cornum esse copiae dicebat, rem scripsit neque dictu neque auditu dignam, cum differre 'matronam' et 'matrem familias' existimavit differentia longe vanissima.

1 **Aelius Melissus** in nostra memoria fuit Romae summi quidem loci inter grammaticos id temporis; sed maiore in litteris

QZXOΠNTY

(§ 11) 47 contēptus *QXΠ* ‖ hiis *Z* ‖ 48 liquentisque] = *qo* (liquent; *in mg. id.*) *e* (*cf. Lipsius elect.* I 21): liquentesque *QZ* linquentisque *O* ‖ eq'ne *Y* equusne *QXΠNT* equus ne *Z* ‖ an] *om.* *Π* ‖ aneque *Z* ‖ 50 reverendae] uerecunde *Z* ‖ ferre *X* ‖ 51 studium (*praec.* emendatum) *Π* ‖ multi *TY* ‖ inspitiendi *Z* ‖ 52 condixi *X pr.* ‖ equs *X pr.* equus *QZΠNTYx* ‖ in eo versu] *om.* *TY* ‖ (§ 12) 53 hoc *Q* ‖ alia] = *Y m. rec.*: alie ‖ lucide] *Q*: ludite *TY* eludite *Π* (*in mg.* Eludite *π*) eluditae *Z* erudite *XON* ‖ 54 post eaetiam *X* etiam post *T* ‖ in] *om.* *Z* ‖ p̄uulgatis *T* ‖ commentariis] ***Antonii Iuliani*** *sec. Baehrium s. v.* Iulianus 9) *ER* IV 418; *HLR* III[4] 367, 14; *k* 102; *Teuffel*[4]*-Schwabe HLR* § 356, 1 *cf. tamen m* 676; *ann. phil.* 83, 724; *h ibid.* 85, 788; *commentarios in Ennium intellegebat Falsterus mem. obsc.*[2] *p.* 181 *sq. improb. c* ‖

VI. *Exstat in TY. In usum suum satis libere convertit Non. s. v.* matronae et matris familias *p.* 442, 1 *M. cf. k* 31; *h ann. phil.* 85, 779; 791; *adhibuit etiam Servii amplificator ad Aen.* XI 476 ‖ (*lemm.*) 2 Aelius] = *Z* ‖ eli'Milissus *Q* ‖ milissus *Z* ‖ proprietate *x* proprietatem *X* ‖ 4 differrere *Z* ‖ matroniam *Q pr.* ‖ (§ 1) 6 Aelius] = *Z*: Aclius *Q* ‖ melis*sus (i) *X* mellissus *T* ‖ rom* *X* ‖ summe *Π* ‖ 7 gramatico s; *Z* ‖ id] *coll.* I 23, 2; II 29, 4; VI 1, 6; XII 1, 17; XIII 11, 4; 18, 3 *Falsterus mem. obsc.*[2] *p.* 8 *n.* *; *am. phil.* III 334, λ: s; (*praec.* grammaticos) *Q cf. adn. praec.* et *XOΠNTY* eius (= ei') *mg. Gryph.* 1537 ‖ et decoris *i* ‖ temporibus *X* ‖ maioris (*sq.* litteris) *Z* ‖

erat iactantia et σοφιστείᾳ quam opera. Is praeter alia, quae 2
scripsit compluria, librum composuit, ut tum videbatur, cum est
editus, doctrinae inclutae. Ei libro titulus est ingentis cuiusdam 3
inlecebrae ad legendum; scriptus quippe est: de loquendi proprietate. Quis adeo existimet, loqui se recte atque proprie
posse, nisi illas Melissi proprietates perdidicerit?

Ex eo libro verba haec sunt: 'Matrona' est, quae 4
semel peperit, quae saepius, 'mater familias'; sicuti
sus, quae semel peperit, 'porcetra', quae saepius,
'scrofa'. Vtrum autem hoc de matrona ac de matrefamilias 5
Melissus excogitaverit ipse et coniectaverit, an scriptum ab alio
quo legerit, hariolis profecto est opus. Nam de 'porcetra' habet 6
sane auctorem Pomponium in atellania, quae hoc eodem
vocabulo inscripta est; sed 'matronam' non esse appellatam, 7
nisi quae semel peperit, neque 'matremfamilias', nisi quae saepius,
nullis veterum scriptorum auctoritatibus confirmari potest. Enim- 8
vero illud impendio probabilius est, quod idonei vocum antiquarum
enarratores tradiderunt, 'matronam' dictam esse proprie, quae in
matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio

QZXOΠNTY

8 erit *Q pr. Z* ‖ lactantia *X pr.* sentencia *QZ* ‖ et] *om. Q* ‖ COΦICTEa *Z* COΦICTEΓa *Π* COΠICTEΓa *X* sophisteia *y* sophistea *Y* sophysteia *T* ‖ .Quam *Q* ‖ opa is (his *Q* hiis *Z*) *QZX* ‖ (§ 2) 9 scrisit *X pr.* ‖ cūplura *q* cū plura *Q* ‖ cum (*ex sq.* cum *praeceptum*) *XY* ‖ (§ 3) 10 eo (*et* .Eo) *QZOΠNY* ‖ 11 legendum scriptus. (*s.* ;) *ZXΠY* ‖ scriptus] = *m* 640 *n.* ‖ proretate *X pr.* ‖ 12 quid *Q pr.* ‖ se recte] secrete *QZTY* ‖ atque proprie posse] *om. Π* ‖ 13 mellissi *T* ‖ pdiderit *Y* ‖ (§ 4) 14 haec] *om. XOΠN* ‖ Matrona—sus] *om., sed post* coniectaverit § 5 *inserunt QZ* ‖ Matrona] matre *Z l. l.* ‖ 15 sicut *T* ‖ 16 porcetra] portetur *Z* ‖ porcera & q *x* por ce*& q *X* ‖ qua *Π* ‖ 17 scophra *Q* scrofit *X pr.* ‖ (§ 5) hoc] *om. Z* haec *XY* ‖ matron*a *X* matrone *Q pr. Z* ‖ aut *q* ‖ 18 mellissus *QT* ‖ *excogitauerit (s *post* s *iterat.*) *X* ‖ coniectauerit matrona (matre *Z*)—sus an scriptum (*cf. lin.* 14 *adn.*) *QZ* ‖ aliquo *ΠY* ‖ 19 aRiolis *Y* ariolū *T* ‖ (§ 6) porcera *X* ‖ habet] *om. QTY* ‖ 20 samex *X pr.* ‖ ponponium *Q* pōponi*um *X* popiniū *Y* popinū *T* ‖ in ealtellania *X pr.* ‖ *Pomponii Porcetra v. Ribbeck CRF*² *p.* 244 ‖ hoc] *om. Π* ‖ eadem *X pr.* ‖ (§ 7) 21 ; sed] *om. T* .& *Y* ‖ 22 semel] = *z in ras.* ‖ 23 nullis] *XT*: nullus *ΠY* = ľ u *spscr. t* nullius *QZON* ‖ (§ 8) 24 cōpendio *Π* ‖ est] *om. Z* confirmari potest (*ex praec. repet.*) *T* ‖ 25 propriae *X* proprieque *z* proprie ue *ut vid. Z* ‖ 26 quod *O pr. Π* ‖ in eo] meo *Z* ‖

maneret, etiamsi liberi nondum nati forent, dictamque ita esse a
matris nomine, non adepto iam, sed cum spe et omine mox adipi-
9 scendi, unde ipsum quoque 'matrimonium' dicitur, 'matrem' autem
'familias' appellatam esse eam solam, quae in mariti manu man-
cipioque aut in eius, in cuius maritus, manu mancipioque esset,
quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque
mariti et in sui heredis locum venisset.

VII.

Quem in modum Favorinus tractaverit intempestivum quendam de verborum ambiguitatibus quaerentem; atque ibi, quot significationes capiat contio.

1 Domitio, homini docto celebrique in urbe Roma gram-
matico, cui cognomentum Insano factum est, quoniam erat natura
2 intractabilior et morosior, ei Domitio Favorinus noster cum
forte apud fanum Carmentis obviam venisset atque ego cum
Favorino essem: 'quaeso', inquit, 'te, magister, dicas mihi, num
erravi, quod, cum vellem 'δημηγορίας' Latine dicere, 'contiones'
dixi? dubito quippe et requiro, an veterum eorum, qui electius
3 locuti sunt, pro verbis et oratione dixerit quis 'contionem''. Tum
Domitius voce atque vultu atrociore: 'nulla', inquit, 'prorsus

---

QZXOΠNTY

27 *moneret *O* ‖ 7si *Z* ‖ fuerunt *T* 1 forent *spscr. t* ‖ esse ita *ex sil. X* ‖ 28 maris *X pr.* ‖ sepe *Q* ‖ omne *Z* homine *X pr. Π pr.* ‖ *mox *Q* ‖ adipiscendi] *i:* adipiscendo *QZΠNTY* apiscendo *XO* apiscendi *ϰ* (*non exstat in Non. et Serv. person.*) ‖ (§ 9) 29 "autem "matrem *Z* ‖ 30 manū *X* ‖ mancipuq. *T* ‖ 31 aut— mancipioque] *post* mancipioque *om. Q* ‖ eius in] *inter* in *et* cuius *om. O* ‖ cuius] quib; *Z* ‖ maritus] *om. Π* ‖ manū *s.* manum (*sq.* m) *ZXOΠNT* ‖ mancipiq; *X* mancipuq. *T* ‖ 32 totū *Q* solum *i* ‖

VII. VIII *in lemm. X;* VII *et inde a* § 7 *initio* VIII *cap. ipsum signant QZ. Vsque ad vocc.* verba fierent § 6 *lin.* 38 *sq. exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 Favorinum tractaverit intempestivus quidam *praeeuntibus fere HStephano admon. de titul. cap. p.* 62 *sq. et Oiselio verbis traditis cum capitis argumento discrepantibus g; equidem Gellii socordiae id tribuendum esse censeo* ‖ in intempestiuum *X* ‖ uerbo *X pr.* ‖ 3 quaerentem] *om. Π* ‖ quod *Q pr. ZX pr.* ‖ 4 concio *etiam in sqq. fere ubivis Q* ‖ (§ 1) 5 Domicio *QT et sic in sqq. T* ‖ urbe|**ro ma *x* ur|bero mā *X* ‖ 6 in sano *Z* ‖ (§ 2) 8 ap̄ id *X* ‖ 9 fauorinū *Z* ‖ num] = *q;* n̄ *Q* ‖ numeraui *ZT pr.* ‖ 10 ΔΗΜΗΤΟΡΙaC. *Z.* aΝΜΗΓΟΡΙaC *TY* ‖ conciones = *Y* ‖ 11 eorum] *om. TY* ‖ (§ 3) 12 Tunc *T* ‖ 13 domicius = *Y* ‖

bonae salutis spes reliqua est, cum vos quoque, philosophorum inlustrissimi, nihil iam aliud quam verba auctoritatesque verborum cordi habetis. Mittam autem librum tibi, in quo id reperias, quod quaeris. Ego enim grammaticus vitae iam atque morum disciplinas quaero, vos philosophi mera estis, ut M. Cato ait, 'mortualia'; glosaria namque conligitis et lexidia, res taetras et inanes et frivolas, tamquam mulierum voces praeficarum. Atque utinam', inquit, 'muti omnes homines essemus! minus improbitas instrumenti haberet'.

4 Cumque digressi essemus, 'non tempestive', inquit Favorinus, 'hunc hominem accessimus. Videtur enim mihi ἐπισήμως μαίνεσθαι. Scitote', inquit, 'tamen intemperiem istam, quae 'μελαγχολία' dicitur, non parvis nec abiectis ingeniis accidere,

---

QZXOΠNTY

14 saluti spes *x* salutis pes *X* || uas *Y* || quoque] *om. T* || 15 nihil iam aliud] = *litt.* 1 iā ali *in ras. paulo angustiore positis x* || 16 habeatis *XOΠTn* || quo] = *q:* quē *ut vid. Q* || repperias *QΠ* reperies *ut vid. Xpr.* || quo *Z* || 17 **iam (et) *X* || 18 mera] *trium fere litt. spat. vac. rel. om. Y* || meato *Z* || *M. Porc. Cat. fr. lib. inc.* 19 *p.* 87 *Iord.* || 19 mortualia] *PScriverius; IDousa centurionatus* I 8 *ed. LB.* 1587; '*Plaut.* Mortualia *i. e. naenias*' σ *cf. Plaut. Asin. v.* 808; *Naev. Lycurg. fr.* XVIII *p.* 12 *Ribb. TRF*[2]*:* mortuaria || mortuaria. Glossaria *i:* mortuaria glos(ss *Z cf. GLoewe, vir egregius et, ut unanimi consensu praedicant, quibus consuetudine eius uti licuit, candidus atque amabilis in flore aetatis casu acerbissimo ante paucos dies litteris et amicis ereptus, prodr. gloss. p.* 1 *sq.*)aria. (*s.; distinct. om. Y*) *libri* (*in mg. iterat o*) || namque] *coni. IDousa l. l., i:* namqui *Π* ; namque *T ex sil.* ; (*s.* .) n(*s.* N)am qui *rell.* || colligitis *T:* collegitis (*cf. OKeller act. gymn. Austr. a.* 1862 *p.* 328) *X* conlegisti *N* collegisti *QZOΠY* collegistis *Dousa l. l.* || colligitis et lexidia et res tetras σ (*nil nisi utramque particulam copulativam, de rell. incuriosus, testari videtur* φ, *ad prius* et *adnotans* '*ita F*') || lexidia] = κ (*PScriverius; Dousa l. l. ed. Francofurt. a.* 1602)*:* lege idia *T* lectitasti *e* lectitastis *Dousa l. l. a.* 1587 || lexidiares *OΠ* lecidiares *Y* || restraetras *Z* restra etras *Q* res tractas *T* || tẹatras *Y* || *alt.* et] *om. TY* || 20 manes *Z* || 21 inquit] *om. TY* || mu*ti (t) *X* mitti *Π* || (§ 4) 23 non] Nos *Q* || hunc hominem inquit fauorinus *TY* || 24 hunc] tunc *Z* || ἐπισήμως μαίνεσθαι] *h:* ЕПICHMaINECΘaI *ONTY* (*HStephanus admon. de titul. cap. p.* 63; *spec. emend. p.* 94 *sqq.; Salmasius exerc. Plin. p.* 734 *ed.* 1629) ЕПICHMINECΘaI. *Z* ЕПICHMaIMECΘaI *Π* ἐπιμαίνεσθαι *e* ἐπιεικῶς μαίνεσθαι *CFHermann allg. Schulzeitung* 1830 II 6, 47 || *spat. vac. rel. et hic et per proxime sqq. Graeca om. X* || 25 inquit] *om. T* || tā *Y* || 26 MEλaNKOλIa.

[redacted]

ἀλλὰ εἶναι σχεδόν τι τὸ πάθος τοῦτο ἡρωϊκὸν et veritates plerumque fortiter dicere, sed respectum non habere μήτε καιροῦ μήτε μέτρου. Vel ipsum hoc quale existimatis, quod nunc de philosophis dixit? nonne, si id Antisthenes aut Diogenes dixisset, dignum memoria visum esset?'

97 quod—oportunitates] *post* antiquitates *om. Z* ‖ plerisque] *om. X* ‖ ipse] *h:* ipsus *Bootius l. l.* ipsis (*propter* plerisque) *libri* ‖ ut ide siuerit *X* ‖ 98 opportunitates *Z* ‖ medelas *QΠN* medullas *O pr.* ‖ 101 consiste *X pr.* ‖ (§ 23) 103 *num* iugerum D DE numero*? cf. Liv.* XXXIV 4, 9 quid legem Liciniam excitavit de quingentis iugeribus*?* ‖ 104 plebis cito *X* ‖ de co(cho *x*)ercendis *X* ‖ 106 procul·sande *X* ‖ 108 opata *Q* ‖ *f.* opulentiae *c* ‖ (§ 24) 109 inumana *X pr.* ‖ lex] *om. N* lex ? *Q* ‖ ea (*praec.* m) *Q* ‖ 111 seni *Π* ‖ (§ 25) XII *tabb.* I 1 *p.* 129 *D.;* 115 *Sch.;* 16 *Br.;* 693 *V.;* I 3 *p.* 148 *D.;* 116 *Sch.;* 17 *Br.;* 694 *V.* ‖ 112 *Initio* §[i] uerba sunt hec legis (. *Q*) si in ius uocato (. *Q*) *praemittunt QZ, recepit Longolius et* uocato, *ex lin. praec. sc. repetito, in* uocat *mutato h*[r] (*prob. Vahleno act. gymn. Austr.* 1860 *p.* 6), *at cf. RSchoell l. l. p.* 68 *sq.; MVoigt l. l.* I 73, 35 ‖ lege si in ius vocat: si] *Iac. Gothofredus, Oiselius:* lege. Si in ius vocat: si *e prob. RSchoell l. l. p.* 69 *sq.* ‖ inius *q* unius *Q* ‖ uocat** (at) *X* ‖ morib; *Q* ‖ 113 ae uita suae *ZX* e uita sue *Q* ‖ vitiumve (*s.* vel vitium) *DGothofredus quosque praeterea affert et vituperat Dirksenius l. l. p.* 150 *cf. RSchoell l. l. p.* 95 ‖ (qui—vocabit) *Schoellius p.* 74 ‖ iumentum—quercera] *ante* iumentumque *om. Z* ‖ 114 dato* sin ore ter cenam *Q* ‖ nefter nito *x* ne**er nito *X* ‖ (§ 26) 115 rapido *Q pr.* ‖

quercera, iumentumque dici pecus aliquod unicum tergo vehens?
ac propterea *minus fuisse humanum existumas, aegrotum domi
suae cubantem iumento inpositum in ius rapi? Hoc, mi Favorine, 27
nequaquam ita est. Nam morbus in lege ista non febriculosus
neque nimium gravis, sed vitium aliquod inbecillitatis atque in-
valentiae demonstratur, non periculum vitae ostenditur. Ceteroqui
morbum vehementiorem, vim graviter nocendi habentem, legum
istarum scriptores alio in loco non per se 'morbum', sed 'morbum
sonticum' appellant. Iumentum quoque non id solum significat, 28
quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod a iunctis pecoribus
trahebatur; veteres enim nostri 'iumentum' a 'iungendo' dixerunt.
'Arcera' autem vocabatur plaustrum rusticum tectum undique et 29
munitum, quasi arca quaedam magna, vestimentis instrata, qua
nimis aegri aut senes portari cubantes solebant. Quaenam tibi 30
igitur acerbitas esse visa est, quod in ius vocato paupertino
homini vel inopi, qui aut pedibus forte aegris esset aut quo alio
casu ingredi non quiret, plaustrum esse dandum censuerunt?
neque insterni tamen delicate arceram iusserunt, quoniam satis
esset invalido cuimodi vectabulum. Atque id fecerunt, ne cau-

---

QZXOΠN

116 quaercera. L(I *q*)umentumq; *Q* ‖ "tergo "unicū *Z* ‖ 117 pperae *X* ‖ domisuę *X* ‖ (§ 27) 118 fauorinę *X* ‖ 119 morib; *Q* ‖ 121 demonst*** *Q pr.* ‖ periculũm (*in mg.* ·/) *Z* ‖ ostenditur cetero qui *Z* ‖ ceto quimorbum *Q* Cetero quimor bum *X* ‖ 122 uehementio**rem *X* uhementiorē *Z* ‖ habente (. *Q*) *QZ* ‖ 123 morbum sed] *ante* morbum *om. Z* ‖ XII *tabb.* II 2 *p.* 191 *D.*; 120 *Sch.*; 18 *Br.*; 697 *V.* ‖ (§ 28) 125 dicit *X* ‖ adiunctis *XOΠN* a iunctis *e, i* ‖ pectoribus *ZXOΠm.rec.N* tempib; pectorib; *Q* temoni pecoribus *i* ‖ 126 trahebantur *QZ* ‖ enim] *e: om.* ‖ (§ 29) 127 plaustrum rusticum] *h ex Nonio s. v.* arcera *p.* 55, 2 *M.* 'Arcera plaustrum est rusticum tectum undique quasi arca', *qui hinc hausit* (*v. ann. phil.* 85, 713), *ut etiam in libris nostris Gellianis inter* plaustrum *et* tectum *voc.* rusticum *excidisse censeam:* plaustrum *QZ* plostrum *XOΠN* ‖ 128 archa *QΠ* ‖ arceram instratam *hinc mutuatus est Ad. Balsam. p.* 281, 30 *Hpt.*, § 9 *p.* 8, 12 *Hoffm.* ‖ (§ 30) 131 homi homini *X pr.* ‖ quia .ut *ZΠ* ‖ 132 plostrum *ON* ‖ 133 quoniam] = q̃m *X:* q̃n (*i. e.* quando) *x* ‖ 134 cui modi *X* cui'modi *x* cuimodimi *Z* cui modi** *Q pr.* cuicuimodi ϰ (*CFWMüller mus. phil.* 20, 155) ‖ uectaculum (: *i. e. not. interrog. O*) *QZOΠ*, *quod reciperem coll. Tertull. de bapt. c.* 3, *de anim. c.* 53 (*ubi nullam v. l. exstare confirmare possum testimonio collegae illustrissimi AReifferscheid*), *nisi lin.* 125

satio ista aegri corporis perpetuam vacationem daret fidem de-
31 tractantibus iurisque actiones declinantibus. Sed enim ipse vide. Iniurias factas quinque et viginti assibus sanxerunt. Non omnino omnes, mi Favorine, iniurias aere isto pauco diluerunt, tametsi haec ipsa paucitas assium grave pondus aeris fuit: nam librariis
32 assibus in ea tempestate populus usus est. Sed iniurias atrociores, ut de osse fracto, non liberis modo, verum etiam servis factas
33 inpensiore damno vindicaverunt, quibusdam autem iniuriis talionem quoque adposuerunt. Quam quidem tu talionem, vir optime, iniquius paulo insectatus es ac ne consistere quidem dixisti lepida quadam sollertia verborum, quoniam talioni par non sit talio neque rumpi membrum facile possit ad alterius rupturae, ut ais tu, 'aequi-
34 librium'. Verum est, mi Favorine, talionem parissimam fieri difficillime. Sed decemviri minuere atque exstinguere volentes huiuscemodi violentiam pulsandi atque laedendi talione, eo quoque metu coercendos esse homines putaverunt neque eius, qui membrum alteri rupisset et pacisci tamen de talione redimenda nollet, tantam esse habendam rationem arbitrati sunt, ut, an prudens

---

QZXOΠN

sine ulla varietate legeretur vectabulum ‖ uectabulum atque *X* ‖ nec *sq. c, ZX* ‖ (§ 31) 136 Sed enim iniquissume (*aut* Sed iniquissume) videlicet iniurias μ ‖ ipse] *aut* tu ipsum *Bootius l. l.:* ipsum ‖ uide iniurias *ZXΠN* uide quod iniurias *e* uide quod in (ς) iniurias *Bellov*. 1508 φ ‖ 137 factas. *N* ‖ 138 omnis *X* ‖ fauorinę *O pr.* fauorene *X* ‖ 139 haec] et *X* ‖ grauitandus ae(e *Q* :res *QZ* ‖ pondus aeris] ponderis *x* poneris *X* ‖ 140 eam tepestatē *Q* ‖ uisus *O pr.* ‖ (§ 32) iniuria *Z* ‖ atrocioris *X* ‖ 141 fracta *X pr.* ‖ libris *X pr.* ‖ liberi sis nodo *Z* ‖ modū *X* ‖ 142 inpensione *X pr.* ‖ (§ 33) 143 quoque] *sup. lin. add.* π ‖ imposuerunt *Π* ‖ optime *X* ‖ 144 iniquius paulo] = *z in litura* ‖ 145 talione que *Z* ‖ 146 rumpit (sq. possit) *QZ* ‖ ad] *e:* id (= *Q*ς .id *Π* . Id ς) *libri* ‖ rupturae] *N*ς*e:* ruptae *OΠ*ς rupte *QZX* ‖ uta iſtu *X pr.* ‖ equilibrum *X* ‖ (§ 34) 147 est] & *QZ* ‖ talem talionem *sibi legendum videri mihi indicavit collega venerabilis Huschkius* ‖ parissimam] *Oiselius* (parissimum *typothetae f. errore IMercerus not. in Non. s. v.* iumentum *p.* 54, 32): rarissimum *XOΠN* rarissime (*sq.* difficillime) *QZ* paris summae μ *adv.* I 33 *sq.* ‖ 148 dificillime *Z* difficilleme *X pr.* difficili lune *Q* ‖ atque exstinguere] *post* minuere *om. Z* ‖ extingure *Q* ‖ 149 talione] *om. Iunt.*, κ (*Bootius l. l. p.* 195 *sq.*) *f. recte* ‖ *f.* talioneo quoque *Huschkius* ‖ 150 cohercendos *QZXΠ* ‖ 151 paucisci *X* ‖ pacis citamendae *Z* ‖ 152 tantam] tam̄ *Q* ‖ (an) μ, *at v. CFWMüller l. l. p.* 155 *sq.* ‖

inprudensne rupisset, spectandum putarent aut talionem in eo vel
ad amussim aequiperarent vel in librili perpenderent; sed potius
eundem animum eundemque impetum in eadem parte corporis
rumpendi, non eundem quoque casum exigi voluerunt, quoniam
modus voluntatis praestari posset, casus ictus non posset. Quod 35
si ita est, ut dico, et ut ipse aequitatis habitus demonstrat, ta-
liones illae tuae reciprocae argutiores profecto quam veriores
fuerunt. Sed quoniam acerbum quoque esse hoc genus poenae 36
putas, quae, obsecro te, ista acerbitas est, si idem fiat in te,
quod tute in alio feceris? praesertim cum habeas facultatem
paciscendi et non necesse sit pati talionem, nisi eam tu elegeris.
Quod edictum autem praetorum de aestimandis iniuriis probabilius 37
esse existimas, nolo hoc ignores, hanc quoque ipsam talionem ad
aestimationem iudicis redigi necessario solitam. Nam si reus, qui 38
depecisci noluerat, iudici talionem imperanti non parebat, aestimata
lite iudex hominem pecuniae damnabat, atque ita, si reo et pactio
gravis et acerba talio visa fuerat, severitas legis ad pecuniae
multam redibat.

Restat, ut ei, quod de sectione partitioneque corporis in- 39
manissimum esse tibi visum est, respondeam. Omnibus quidem

QZXOΠN

153 imprudensne *CFWMüller l. l., Bootius l. l. p.* 195 *sq.*, μ*:* in(*s.* im)prudensue *QOΠN* inprudens ue *Zx* ‖ inprudens uerupisset *X* ‖ aut] *om. QZ* (*h*ʳ μ) ‖ talionemve vel μ ‖ 154 ad amussime qui pararent *Q* adamissima equiperarent *Z* ‖ libri liperpenderent *Z* librilip penderent *X* ‖ 155 eundem animum] *ante* eundemque *om. Z* ‖ 157 modis (*sq.* voluntatis) *X* ‖ uoluptatis *X pr.* ‖ praestare *OΠ* ‖ (§ 35) 158 si ita] sita *X* ‖ et ut] *X ex sil.* ϛ*e:* ut et *QZOΠN* ‖ equitatus *Z* ‖ 159 argutiones *QZ* ‖ (§ 36) 160 adcerbum (cerbum *in ras.*) *z* ‖ esse] ē *XΠ pr.* ‖ 161 ista] ita *N* ‖ 162 alios *Z* ‖ habeas] feceris (*ex praec. repet.*) *QZ* ‖ 163 *necesse *X* ‖ tuę legeris *X* tuęlegeris *x* ‖ (§ 37) 164 *|dictum *X* ‖ prae(*s.* p̄)torium *e, vg., recte, ut arbitror* ‖ 165 , ecce, est his ? Nolo *i* ‖ existi(*s.* u)mas,] *Huschkius Gaius* 124, 26; *MvdHoeven ap. Bootium p.* 196 (existimas *antea h*ʳ, *sed signo interrogationis non recte servato*)*:* (. *Q*) ex his (hiis *Zx* iis *XON*) *libri* his potest ? *e* potest ? ϰ dixti, μ; *an* his existimas, *?* ‖ ignores. *Π* ‖ 166 redigine cessario *X* ‖ (§ 38) 167 depicisci *Z* depisci *QΠ* depecis *X pr.* depici *π* ‖ inpertonti *X pr.* ‖ aestimata—damnabat] *post* parebat *om. X* ‖ estimatalitae *Z* ‖ 168 dapnabat *Z* ‖ 169 graius set acerua *Z* ‖ 170 redibat caute vivendi (Restat—atque § 53 *lin.* 223 *om.*) *QZ* multi uersus desunt *Q m. rec.* (*Ranconeti teste Bourdelotio ap. i*) *in mg.* ‖ (§ 39) 172 uisus *X pr.* ‖ qui de *Π* ‖

virtutum generibus exercendis colendisque populus Romanus e parva origine ad tantae amplitudinis instar emicuit, sed omnium maxime atque praecipue fidem coluit sanctamque habuit tam pri-
40 vatim quam publice. Sic consules, clarissimos viros, hostibus confirmandae fidei publicae causa dedidit, sic clientem in fidem acceptum cariorem haberi quam propinquos tuendumque esse contra cognatos censuit, neque peius ullum facinus existimatum
41 est quam si qui probaretur clientem divisui habuisse. Hanc autem fidem maiores nostri non modo in officiorum vicibus, sed in negotiorum quoque contractibus sanxerunt maximeque in pecuniae mutuaticae usu atque commercio: adimi enim putaverunt subsidium hoc inopiae temporariae, quo communis omnium vita
42 indiget, si perfidia debitorum sine gravi poena eluderet. Confessi igitur aeris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati conquirendae
43 pecuniae causa, quam dissolverent, eosque dies decemviri 'iustos' appellaverunt, velut quoddam iustitium, id est iuris inter eos quasi interstitionem quandam et cessationem, quibus diebus nihil
44 cum his agi iure posset. Post deinde, nisi dissolverant, ad praetorem vocabantur et ab eo quibus erant iudicati addicebantur,

---

XOΠN

173 generibus] *om. Π* || e] & *X* || 174 tande *X pr.* || insta *X* || (§ 40) 176 sicutsu|les (sic̄ sules *sc. pro* si c̄sules) *X pr.* || 177 dedidit] *Fr. Daniel teste c, Bootius l. l. p.* 197: dedit || siclientē *X* || 178 acceptam (fidem *sc.*) *O pr.* || 179 poetus *X* poenius *xg* || inexistimatum *X* || 180 qui] κλ (*CFWMüller l. l. p.* 156, μ): cui || diui Sui *X* || (§ 41) 182 *litt.* in negot] = *z in ras.* || 183 mutuaticae] (*s.* ce) = ς: mutuatitiae *HStephanus spec. emend. p.* 191 *sq.* mutiatice *et* mutuatione (*s.* mutuatōe) *et* mutatione ς (*cf. Holtium ap. ACvHeusde de lege Poet. Pap. p.* 34, 1) || comericio *X* || 184 temporariae] = *o* (temporaria *in mg. adnotat id.*): temperariae *O* || 185 pfida *X* || poenę luḍeret *X* || (§ 42) Confessi] *o e* = § 45; XV 13, 11: confessis (*sq.* aeris) *XOΠN*ς confessus ς || 186 debiti] = ς: debitis (*cf. adn. praec.*) *XΠ*ς || (§ 43) 187 eosque—appellaverunt] *om. X* || 188 iuditium *X* immo iustidium (*sic*) *'vetustissimus liber'* (*?*) *a Salmasio de modo usurar.* (*LB.* 1639) *c.* XVIII *p.* 810 *cf.* 811 *sq. allatus* || inter reos *Th. Marcilius l.* § 7 *l. c.* XIIX *p.* 68 (= *Salmasius l. l.*) || 189 quas *X* || interstitione *Π* || quadā *XΠ* || cessatione *Π* || 190 iuri (*praec.* agi) *X* || (§ 44) de inde *X* || dissolverant] = ς: dissoluerent *Π*ς dissoluerin (*sq. ras.* 5 *fere litt. spatium complectente, cui tamen nonnisi* 1—2 *litt. videntur inscriptae fuisse*) *X* dissoluerit *x* ||

nervo quoque aut compedibus vinciebantur. Sic enim sunt, opinor, 45
verba legis: Aeris confessi rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto. Post deinde manus iniectio esto, in ius ducito. Ni iudicatum facit aut quis endo eo in iure vindicit, secum ducito, vincito aut nervo aut compedibus. Quindecim pondo ne minore aut si volet maiore vincito. Si volet suo vivito. Ni suo vivit, qui eum vinctum habebit, libras farris endo dies dato. Si volet plus dato. Erat autem ius interea paciscendi ac, 46
nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies sexaginta. Inter 47
eos dies trinis nundinis continuis ad praetorem in comitium producebantur, quantaeque pecuniae iudicati essent, praedicabatur. Tertiis autem nundinis capite poenas dabant aut trans Tiberim

---

XOΠN

192 nervo—vinciebantur] *post* addicebantur *om. X* ‖ nervoque aut *Salmasius l. l. p.* 812, *Oiselius, improb. i* ‖ (§ 45) XII *tabb.* III 1—4 *p.* 234 *sqq. D., p.* 122 *Sch., qui vetustiorum criticorum conatus afferunt, p.* 19 *Br., fr.* 1; 3; 5 *p.* 700 *sqq. V.* ‖ 193 Aeris—sunto] = XV 13, 11, *ubi cf. adn.* ‖ 194 sūpto *Π* ‖ Pede inde *X* 'V. C. pedeinde *f.* postidea' (= *IScaliger*) 'indu manus iactio' (iactio *om.* φ) σ perinde '*antiquum et fidele exemplar*' *ap. Cuiacium obss. lib.* III *c.* XXXVIIII ‖ 195 endo eo in iure] *libri:* endo co (in iure) τ *mus. phil.* XV 464, *at cf. Cuiacius, Schoellius p.* 91 *sq.* ‖ 196 vindicit] uindictus *X* uindic' *x* ‖ nervo aut] *post* aut *om. X* ‖ 197 Quindecim] *numerum corruptum esse censet M. Voigt act. soc. sc. Sax. cl. ph. hist. a.* 1882 *p.* 80, 4, *ubi de* ⟨ ↓ (= CL) *cogitat,* XII *tabb.* I 624 6, *cf. adn. sq.* ‖ ne maiore aut si volet minore *ex exemplari illo Cuiacius,* σ, *alii* (*v. Dirksenium p.* 249 *sq.*), *Dirksenius, Bachofenus d. nexum, d. nexi u. d. lex Petillia p.* 105, 131, *Schweglerus HR* III 37, 4, *Schoellius quosque affert, at cf. cum Puchtam instit. iur. R.* § 179, *i* (I[6], 551 *sq.*), *tum Liv.* XXXII 26, 18 et captivi ne minus decem pondo compedibus vincti in nulla alia quam in carceris publici custodia essent, *quo temporum ratione habita* (*pertinent haec ad a. u.* 556) *scriptura tradita plane defenditur; neque offendit in ea Niebuhrius HR* II[3] 669 ‖ ne maioribus; aut si volet, minoribus, *nisi quis malit legere* aut nervo aut compede *Salmasius l. l. p.* 819 *cf. p.* 812 ‖ aut] *f.* et *c* ‖ 199 (qui eum vinctum habebit) *Schoellius* ‖ libras farris endo dies] *ex Sc*[*riverio*] *g* = σ *teste i* (in dies] endo dies φ): libras ferri endo (ferriendo *ΠN*ς feriendo *X*ς) dies *libri* ‖ (§ 46) 200 pascendi *Π* ‖ § 46 *sq.* — praedicabatur = XII *tabb.* III 5 *p.* 254 *D.;* 123 *Sch.;* 6 *p.* 702 *V.;* — venum ibant II 15 *Br. p.* 19 ‖ (§ 47) 203 ducati *X* ‖ proquiritabatur (*coll. Sid. Apoll. epp.* 8, 6 per ipsum fore tempus, ut decemviraliter loquar, lex de praescriptione tricennii fuerat proquiritata) *Voigtius* ‖ 204 Tertiis—esto *lin.* 212 = XII *tabb. fr.* III 6 *p.* 257 *D.; om.* Sed eam—formidare *et* inquit = *fr.*

48 peregre venum ibant. Sed eam capitis poenam sanciendae, sicuti dixi, fidei gratia horrificam atrocitatis ostentu novisque terroribus metuendam reddiderunt. Nam si plures forent, quibus reus esset iudicatus, secare, si vellent, atque partiri corpus addicti sibi
49 hominis permiserunt. Et quidem verba ipsa legis dicam, ne existimes invidiam me istam forte formidare: T e r t i i s, inquit, n u n d i n i s p a r t i s s e c a n t o. S i p l u s m i n u s v e s e c u e r u n t, s e f r a u d e e s t o.

50 Nihil profecto inmitius, nihil inmanius, nisi, ut re ipsa apparet, eo consilio tanta inmanitas poenae denuntiatast, ne ad eam
51 umquam perveniretur. Addici namque nunc et vinciri multos videmus, quia vinculorum poenam deterrimi homines contemnunt,
52 dissectum esse antiquitus neminem equidem legi neque audivi,
53 quoniam saevitia ista poenae contemni non quitast. An putas, F a v o r i n e, si non illa etiam ex duodecim tabulis de testimoniis falsis poena abolevisset et si nunc quoque, ut antea, qui falsum testimonium dixisse convictus esset, e saxo Tarpeio deiceretur, mentituros fuisse pro testimonio tam multos quam videmus? Acerbitas plerumque ulciscendi maleficii bene atque caute vivendi
54 disciplinast. Historia de Metto Fufetio Albano nobis quoque, non

---

QZXOΠN

III 6 *p.* 123 *sq. Sch.* ‖ autrans *X* ‖ tyberim *XΠ* ‖ (§ 48) 205 saciendę *X pr.* ‖ 206 orrificum *X pr.* ‖ ortentu *O pr.* ‖ t̃reoribus *X* ‖ 207 rebus (quibus *sc.*) *X* ‖ (§ 49) 210 formidare forte *Π pr.* ‖ XII *tabb. fr.* III 6 *p.* 19 *Br.; 7 et* 8 *p.* 702 *sq. V. interpositis aliis ex* §§ *inprimis praecedentibus haustis; de rell. cf. eundem ibid.* II 361 *coll. act. soc. sc. Sax. l. l. p.* 83 *sqq.* ‖ 211 minus uesecuerunt *X* ‖ (§ 50) 213 ut re] iure *X* ‖ 214 denuntiatast] *N cf. lin.* 218; 224: denuntiata (de nunciata *X*) est ‖ eum (*sq.* umquam) *Π* ‖ 215 pueneret *X pr.* ‖ (§ 51) 216 contempnent *X* ‖ (§ 52) 217 a|adiui *X* a|audiui *x* ‖ 218 quitast] = *O:* quita est *Π o mg.* ‖ (§ 53) 220 pene *X* ‖ abolevisset] = *o:* alioleuisset *O* abeleuiss; *o mg.* ‖ 221 deieceretur *x* deiecerunt *X* ‖ 222 . Tam multo quam uidemus acerbitas *X* ‖ 223 *inde a* caute *rursus inc. QZ cf. lin.* 170 ‖ ui|uiuendi *O* ‖ 224 disciplina est *XOΠN cf. adn. sq.* ‖ "disciplina "historia st *Z* disciplina. Est historia *Q* (*distinctionem corr. q*) ‖ (§ 54) historia *sq. spat.* 4 *fere litt. eraso, cui tamen nonnisi* 1—2 *litt. videntur inscriptae fuisse, X* ‖ demetto *Z* de meto *ONσ* de mettio *X cf. Bergkius ann. phil.* 83, 328 (*opusc.* I 261) ‖ fufecio *Q* suffetio *Π* ‖ non modo admodum *manifesto errore Guelf., unde* non multos admodum *HAlanus l.* XVII 7, 3 *l.*

admodum numero istiusmodi libros lectitantibus, ignota non est, qui, quoniam pactum atque condictum cum rege populi Romani perfide ruperat, binis quadrigis evinctus in diversa nitentibus laceratus est: novum atque asperum supplicium quis negat? sed, quid elegantissimus poeta dicat, vide:

at tu dictis, Albane, maneres'.

Haec taliaque alia ubi **Sextus Caecilius**, omnibus, qui 55
aderant, ipso quoque **Favorino** adprobante atque laudante,
disseruit, nuntiatum est, Caesarem iam salutari, et separati sumus.

II.

Vocabulum 'siticinum' in M. Catonis oratione quid significet.

Siticines scriptum est in **oratione M. Catonis**, quae 1
scribitur **ne imperium sit veteri, ubi novus venerit.**
Siticines, inquit, **et liticines et tubicines**. Sed **Caesel-** 2
lius Vindex in **commentariis lectionum antiquarum** scire quidem se ait, 'liticines' lituo cantare et 'tubicines' tuba; quid istuc autem sit, quo 'siticines' cantant, homo ingenuae veri-

---

QZXOΠN

225 lectitabantibus *QZ* ‖ 226 **qui (qu) *X* ‖ conductum *Q* ‖ populus romani *X pr.* ‖ 227 quadrigisse uinctus *X* ‖ *utrum* eiunctus *an* euinctus *scripserit Z*, *non satis apparet* ‖ 229 elegentissimus *O* ‖ dicat (. *Q*) uideat (. *Q*) tu *QZ* ‖ *Verg. Aen.* VIII 643 ‖ 230 dictus *Π* ‖ (§ 55) 231 ibi *QZ* ‖ 232 adherant *X* ‖ 233 .Nunciatū *X* ‖ separtissimus *O pr.* ‖

II: *num. not. om. N. Adhibuit et Non. s. v.* siticines *p.* 54, 26 *M.* (*v. ann. phil.* 85, 713) *et Adam. Balsam. ep. p.* 280, 21 *sqq. Hpt.*, § 7 *p.* 6, 23 *sqq. Hoffm.*, *p.* 127 *Sch.* Post cenam (hęc *cod. Colon.*) autem lyricines (liricinas *cod. Brug.*) et (*om. cod. Lips.*) tibicines audire iocundabamur. deerant autem li(lo *B*)ticines, quos lituo cantare dic(x *B*)it iudex cesellius (cerellius *L* Tessellius *B*) in lectionum antiquarum commentariis. sed et siticines (syticines *C* sitientes *L* liticines *B*) deerant, quos apud sitos (sytos *C* citos *B*) id est sepultos canere solitos (*om. LB*) dic(x *B*)it Ateius (atcus *C* hactenus *B*) Capito in coniectaneis. ‖ (§ 1) 4 *ante* scribitur (= ς) *ras. in X, sed dignosci nequit, num litterae ibi scriptae fuerint an vitium aliquod in membrana exstiterit;* inscribitur *e* ‖ *M. Porcii Cat. or. ne imp. sit veteri, ubi novus venerit fr. p.* 28 *HM^2*, *p.* 68 *Iord.* ‖ (§ 2) 5 cesellius *QZ* ‖ 6 iudex *Q* (= *codd. CL Ad. Bals. supra l.*) ‖ lectionē *x* letionē *X* ‖ antiquarũm *Z* ‖ 7 ait] = *x:* aut *X* ‖ lituo— autem sit] *om. X* ‖ tibicines *Z* ‖ 8 istud *Z* ‖ quo] *HMagius miscell* I 13 (*Grut. lamp.* II 1293): quod (= *i*) ‖ siticenes *n* ‖

3 tatis scire sese negat. Nos autem in Capitonis Atei coniectaneis invenimus, 'siticines' appellatos, qui apud 'sitos' canere soliti essent, hoc est vita functos et sepultos, eosque habuisse proprium genus tubae, qua canerent, a ceterorum tubicinum differens.

III.

Quam ob causam L. Accius poeta in pragmaticis sicinnistas 'nebuloso nomine' esse, dixerit.

1 Quos 'sicinistas' vulgus dicit, qui rectius locuti sunt, 'sicin-
2 nistas' littera n gemina dixerunt. 'Sicinnium' enim genus veteris saltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quae nunc stantes
3 canunt. Posuit hoc verbum L. Accius poeta in pragmaticis appellarique 'sicinnistas' ait nebuloso nomine, credo propterea nebuloso, quod 'sicinnium' cur diceretur, obscurum esset.

QZXOΠN

9 se *Π* ‖ (§ 3) in libris coniectaneis Atei Capitonis *Nonius* ‖ capitoni (capitonis *q*) satei *Q* ‖ *C. Atei Cap. coniect. fr.* 7 *p.* 117 *Huschk. IA*⁴ ‖ 11 funeratos vel vita functos et sepultos *Nonius* ‖ functos] = *o:* functos et funct(nt *N*)os *OΠnς* (*SGerm.* 643 *Vat.* 3452) functos et finitos ς ‖ 12 quae *O pr.* ‖ tubicinum] = ς (*SGerm. Vat.*)*:* tubicinum proprietate (uarietate *al.*) ς ‖

III: *num. om. N; in QZ* § 1 *et* 2 *cum cap. praec. coniunguntur; ante* Posuit (§ 3 *init.*) III *Q* IIII *Z; cum cap. praec. totum coniungunt* ς ‖ (*lemm.*) *ad lemm.* c. 2 *adnectunt* ς *part., e* ‖ 2 L.] = lucius *OΠ:* lucilius *X* ‖ actius *Z* ‖ pragmaticis] *utraque Colon. a.* 1526 (prag. *Ald.*) *ex* § 3 *lin.* 7: gramaticis *ZX* grammaticis *QOΠN* ‖ sicinnistas] ς: sicinistas *QZΠNx*ς sic inistas *O* sicinista *X pr.* ‖ 3 dixerit] *om. Q* dixit *N* ‖ (§ 1) 4 Qď *Q pr. Z* ‖ sic in istas *QZ* ‖ uulgas (*propter* sicinistas) *X pr.* ‖ retius *X pr.* ‖ sicinistas *O pr.* siccinistas *Q* sic inistas *Z* siininistas *x* simistas *X* ‖ 5 n] *e: om.* ‖ (§ 2) sicinium *Q* sic unum *Z* ‖ 6 salutationis *Z* ‖ ncunc *X pr.* ‖ ∸ antescanunt *QZ* ‖ (§ 3) 7 L. Accius] lati' *QZ* ‖ *L. Acc(tt* μ *Herm.)ii pragm. fr.* μ *opusc. acad. p.* 110; *GHermann opusc.* VIII 391; *lib. inc. fr.* III *LMüller Lucil. p.* 307 ‖ 8 sicinnistas] ς: sicinistas (= ς) ‖ agit inebuloso *QZ* ‖ 9 nebuloso nomine quod *Q* ‖ sicinium *QZ* sinciniū *X* ‖ ei obscurum (*X ex sil. ?*) *Gryph.* 1537 ‖ esse *QZ* ‖

IV.

Artificum scaenicorum studium amoremque inhonestum probrosumque esse; et super ea re verba Aristotelis philosophi adscripta.

Comoedos quispiam et tragoedos et tibicines dives adulescens, 1
Tauri philosophi discipulus, ut liberos homines in deliciis atque in delectamentis habebat. Id genus autem artifices Graece appel- 2
lantur 'οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται'. Eum adulescentem Taurus 3
a sodalitatibus convictuque hominum scaenicorum abducere volens, misit ei verba haec ex Aristotelis libro exscripta, qui προβλήματα ἐγκύκλια inscriptus est, iussitque, uti ea cotidie lectitaret: Διὰ τί οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πονηροί 4
εἰσιν; ἢ ὅτι ἥκιστα λόγου καὶ φιλοσοφίας κοινωνοῦσι διὰ τὸ περὶ τὰς ἀναγκαίας τέχνας τὸ πολὺ μέρος τοῦ βίου εἶναι, καὶ ὅτι ἐν ἀκρασίαις τὸν πολὺν χρόνον εἰσίν, ὁτὲ δὲ ἐν ἀπορίαις; ἀμφότερα δὲ φαυλότητος παρασκευαστικά.

V.

Exempla epistularum Alexandri regis et Aristotelis philosophi, ita uti sunt edita; eaque in linguam Latinam versa.

Commentationum suarum artiumque, quas discipulis tradebat, 1

QZXOΠN

IV: *num. in cap. inscr. om. N* V. *Z* ‖ (*lemm.*) 2 probosumq; *Z* ‖ (§ 1) 5 discipulos *Z* ‖ ut (*excidit post* us) liberos] *Th. Vogel ann. phil.* 111, 576 (*liberos fuisse constat cf. PFoucart de collegiis scen. artificum ap. Gr. p.* 10 *sqq.*): liberos *QXOΠN* libros *Z* ‖ inde liciis *X* ‖ 6 indelecta mentis *Q pr.* ‖ delictamentis *O pr.* lectamentis *X* ‖ (§ 2) ig genus *Z pr.* ‖ 7 *Graeca spat. rel. om. X* ‖ τεχνῖται *etc.* ς: TEXNEITaI *ZOΠN* ‖ (§ 3) Eum] *om. X* ‖ 8 sodalitantib' *Q* ‖ que] *om. Z, quod ferri possit cf. praef.* § 18 *adn.* ‖ 9 libros exscripta. *Z* libro sex scripta. *Q; in his vocc. hoc cap. expl. in QZ* ‖ qui] *om. N* ‖ ΠΡΟΒΛΕΜaTa *X pr.* ‖ problemata enclia *Π* ‖ 10 ἐγκύκλια] ς: ENKYKΛIa *ON* HNKΛIa *X* ποικίλα *et* ποικίλα ἐγκύκλια ς ‖ ut *QZ* ‖ quotidie *QZN* ‖ (§ 4) 11 *Graeca spat. rel. om. X* ‖ *Aristot. problem.* XXX 10 *p.* 956*b*, 11 *Bk.* ‖ TEXNEITaI *ON* ‖ 12 ἢ] *Aristoteles, Oiselius: om.* (*excidit* H *post* N) ‖ EKICTa *Π pr.* ‖ καὶ] *om. Arist.* ‖ ΦΙΛΟCOCOΦIaC *Π* σοφίας *Arist.* ‖ KOINωNOICI *Π* ‖ 13 TEXNaCaYTωNTO *Π Vrb.* ‖ τὸ] *om. Arist. Palat.* 295 ‖ ΠΟΛΙ *OΠN* ‖ BOY *O* ‖ ὅτι ἐν] OTEN *Π* ‖ 14 τὸν πολὺν χρόνον] τὸ πολὺ τοῦ βίου *Arist.* ‖ εἰσὶ *Arist. ed. Bussemak.* ‖ OΘE *Π* ‖ ὁτὲ δὲ] τὰ δὲ καὶ *Arist.* ‖ ;] *Arist.: om.* ‖ 15 ΦaYΛOTHΘOC *Π* ‖ παρασκευαστικά] ς*e cum Arist.*: ΠΕΡΙCΚΕYaTIKa (= ς) ‖

V: *num. om. N; sine num. nota ad cap. praec. adnectunt, num.* V *ad init.* § 13 *adscribunt QZ;* § 6—9 *exstant in T* ‖ (*lemm.*) 2 Epistolarum

Aristoteles philosophus, regis Alexandri magister, duas species habuisse dicitur. Alia erant, quae nominabat 'ἐξωτερικά', alia,
2 quae appellabat 'ἀκροατικά'. ''Εξωτερικὰ' dicebantur, quae ad rhetoricas meditationes facultatemque argutiarum civiliumque
3 rerum notitiam conducebant, 'ἀκροατικὰ' autem vocabantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur quaeque ad naturae contemplationes disceptationesve dialecticas pertinebant.
4 Huic disciplinae, quam dixi, ἀκροατικῇ tempus exercendae dabat in Lycio matutinum nec ad eam quemquam temere admittebat, nisi quorum ante ingenium et eruditionis elementa atque in
5 discendo studium laboremque explorasset. Illas vero exotericas auditiones exercitiumque dicendi eodem in loco vesperi faciebat easque vulgo iuvenibus sine dilectu praebebat, atque eum 'δειλινὸν περίπατον' appellabat, illum alterum supra 'ἑωθινόν'; utroque enim
6 tempore ambulans disserebat. Libros quoque suos, earum omnium rerum conmentarios, seorsum divisit, ut alii exoterici dicerentur, partim acroatici.

QZXOΠNT

Alexandri regis exemplar *Π* ‖ ,ita] greca ita *Z* ‖ 3 editaq. eaq. *X* ‖ Latinam] linguā *iterum* *Π* ‖ (§ 1) 4 Commentationē *X* ‖ discipulus *Q pr. Z* ‖ 5 dua (*sq.* s) *Q pr.* ‖ 6 nominabant *Π* ‖ Nominabat. ǴR. Dicebanturq: ad *Q* ‖ exoterica *Π* e ΕξωΤΕΡΙΚa *X* 'ἐσωτερικὰ *Clem. Alex.* ςρωμ. V 237' σ ‖ 7 appellabant *X* ‖ aΚΡΟ(*X*)aΤΙΚaΕξωΤΕΡΙΚa *QZ* acroattica. Exoterica *Π* ‖ (§ 2) .Dicebantur *Z* (*Q cf. lin.* 6) dicebatur *X pr.* ‖ 8 *in* rhetoricas] *litt.* e *spscr. x* ‖ facultantē (s *in f. spscr. x*) *X* ‖ que] *om. XOΠN* ‖ uiliumque *X* ‖ (§ 3) 9 Acroatica *Π* ‖ uobantur *X pr.* ‖ 10 philosophiare motior q; (subtilior *om.*) *X* ‖ quaeque] neque *Q* ‖ ad naturae] anaturae *Z* ‖ 11 dialeticas *Z* ‖ .] *om. Z* ‖ (§ 4) 12 hinc *Z* ‖ ἀκροατικῇ ς: acroatticę *Π* aΚΡΟaΤΙΚaΙ *ZXON* ἀκροατικὴν ς ‖ 13 licio *X* litio *QZ* ‖ quamquam *Z* ‖ tenere *O* ‖ mittebat *ZXOΠ* ‖ 14 in discendo] *om. O* ‖ (§ 5) 16 discendi (*cf. lin. praec.*) *Π* dicenti *Q* ‖ dicent in eodem loco *Z* ‖ 17 delictu *q* delectu *XN* consolatu. delictu *Q* ‖ prebebant *Z* ‖ ΔΕΛΙΝŌ *X* aΕΙΝΝΟΝ *Z* ‖ 18 περίπατον] *ad mg.* ΠΕΡΙΠaΤΟΝ *ad h. l. adnot. o* (*cf. N*) ‖ ullum *O* ‖ ΕωΤΙΝΟΝ (= N̄ *X*) *XΠ* ‖ 19 disserebat ΠΕΡΙΠaΤ̄. *N* ‖ .] *om. ZO* ‖ (§ 6) Aristoteles phylosophus libros quoq. *inc. T* ‖ li(.Li *Π*)brosque suos *XOΠN* ‖ earum] *om. T* ‖ 20 commendarios *Π* ‖ ut alii—cognovisset] *in mg. add. t* ‖ ex|eo terici *Z* exterici *Q* ex interici *T* ‖ 21 partim] alii *Π* ‖ acroattici *Π* agro atici *QXO* ‖ agroatici eos *Z* agroaticeos *t* ‖

Eos libros generis acroatici cum in vulgus ab eo editos 7
rex Alexander cognovisset atque ea tempestate armis exercitum
omnem prope Asiam teneret regemque ipsum Darium proeliis et
victoriis urgeret, in illis tamen tantis negotiis litteras ad Aristo-
telem misit, non eum recte fecisse, quod disciplinas acroaticas,
quibus ab eo ipse eruditus foret, libris foras editis involgasset:
'Nam qua', inquit, 'alia re praestare ceteris poterimus, si ea, quae 8
ex te accepimus, omnium prosus fient communia? quippe ego
doctrina anteire malim quam copiis atque opulentiis'.

Rescripsit ei Aristoteles ad hanc sententiam: 'Acroaticos 9
libros, quos editos quereris et non proinde ut arcana absconditos,
neque editos scito esse neque non editos, quoniam his solis cogno-
biles erunt, qui nos audiverunt'.

Exempla utrarumque litterarum sumpta ex Andronici philo- 10
sophi libro subdidi. An autem prosus in utriusque epistula bre-
vitatis elegantissimae filum tenuissimum * * *

Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν. 11

Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας, ἐκδοὺς τοὺς ἀκροατικοὺς

QZXOΠNT

§§ 7 *omissis quibusdam*, 10, 11 (*Htz., om. R.*), 12 = *Aristot. epp. fr.* 8 *p.* 603 *VR. Ar.* ψευδεπίγρ.; *fr.* 612 *p.* 1581 *ed. acad.; fr.* 9 (648) *p.* 325 *sq. Htz.* ‖ (§ 7) 22 Eos—acroatici] *post* acroatici *om. QXOΠNς* ‖ agroatici *Zt* ‖ 23 tempestatē *X* ‖ exercitum] *gen. sc. plur.* (*h*^ra 87) = ς: exercituq; ς*e* ,exercitu *Gryph.* 1556 exercitam x et exercitu μ ‖ 24 Darium] *om. Π* ‖ 25 uictorii surgeret *Z* ‖ uictorie urgeret. In (urgeret in *q*) *Q* ‖ litteris *X pr.* ‖ 26 acroatticas *XΠ* agroaticas *QZT* ‖ 27 ab] 7 *Z* ‖ ipse] *om. T* ‖ (§ 8) 28 re prestare *x* reſ restare *ut vid. X* ‖ eaq; ex *X* ‖ 29 ex] a *ΠT* ‖ prorsus *QXOΠ* ‖ ꝑsufficient *Z* ‖ fi**ent (er) *Q* ‖ 30 ante ire *Q* ‖ copiis his (hiis *Z*) solis (atque—quoniam *lin.* 33 *om.*) *QZ* ‖ (§ 9) 31 Re scripsit *X* ‖ agroaticos *t* ‖ 32 quereris] = q;|reris *X:* q̃;|reris *x* ‖ ut ut *X* ‖ archana *XΠT* ‖ 33 adytos (*ad utrumque* editos *certe pertinens*) σ ‖ solis, qui nos audiunt, cognobiles *e vg.* ‖ cognoscibiles *T* ‖ qđ nobile ferunt *q* ‖ cognobile ferunt (= *Q*) exempla aut rarūq; *Z* ‖ 34 ,qui nos audiverunt] *post* erunt *add. h* ‖ (§ 10) 36 libros (*sq.* s) *X pr.* ‖ .An] ς: an *QZXONς* .Amavi *e, vg.* .en *VRose; erat cum de* .Animadvertendum *cogitarem* ‖ .ānaū *Π* . amavi enim *g* ‖ prorsus *QΠx* ‖ 37 elegantissimum (*sq.* filum) *XΠ* ‖ filium *Q* ‖ *lacunam statuit h, sic fere explendam ratus* assecutus sim, nescio. ‖ (§ 11 *sq.*) *Graeca sine ullo indicio om. QZ,* 15 *lin. spat. rel. om. X; Alexandri epistula etiam ap. Plutarchum v. Alex. c.* 7 *atque inde usque ad* κοινοί; *ap. Zonar. ann.* IV 8 *exstat* ‖ (§ 11) 39 ΟΡΘΟϹ π

τῶν λόγων· τίνι γὰρ δὴ διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί; Ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις ἢ ταῖς δυνάμεσιν διαφέρειν. Ἔρρωσο.

12 Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν.

Ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροατικῶν λόγων, οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. Ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους· ξυνετοὶ γάρ εἰσιν μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. Ἔρρωσο Ἀλέξανδρε βασιλεῦ.

13 Hoc ego verbum: ξυνετοὶ γάρ εἰσιν quaerens uno itidem verbo dicere, aliud non repperi, quam quod est scriptum a M. Catone in sexta origine: Itaque ego, inquit, cognobiliorem cognitionem esse arbitror.

VI.

Quaesitum atque tractatum, utrum siet rectius dicere 'habeo curam vestri', an 'vestrum'.

1 Percontabar Apollinarem Sulpicium, cum eum Romae adulescentulus sectarer, qua ratione diceretur 'habeo curam vestri'

QZXOΠN

OPTOC *Π* || ἀκροαματικοὺς *Plutarchus, atque inde et SGerm.* 643 *in schedula codici adiecta cum hac adn.* 'apud Plutarchum in uita Alexandri Epistola hęc ad Aristotelem (*in cod. sc. praeter inscr. om.*) extat' *et Zonaras = Heitzius* || 40 δὴ] = ς, *Plut.: om.* ς, *Plut. Par.* 1673, *Zon.* AN *Vrb.* ἔτι *e* || τῶν ἄλλων διοίσομεν *Zonaras* || TON *N pr.* || aΛΛON *O pr.* || 41 EΠaIΔEΓΘωMEN *Π pr.* || ΠaTωN *N* || 43 EMΠΙΡΙaC *OΠN* || ἢ ταῖς] *om. Π* || δυνάμεσιν] = ς: δυνάμεσι ς *Plut.* || ΔΓNaMECINaI aΦEPEIN *Π* || (§ 12) 44 AΛEΞaNΔPOEIΠPaTTEI . NEΓPaΨaC *Π* || 45 ἀκροαματικῶν *Plut. l. l., SGerm. litt.* μα *sup. lin. add.* (*Heitzius*) || 46 ΦIΛaTTEIN *OΠN* || aΠOPPHCTOIC *O* aΠOPPETOIC *Π* || 47 EKΔE-ΔOMENOIC *utrobique Π* || 48 εἰσιν] = ς: EICI *Π*ς || ā. B̄. *OΠN*ς; *om.* ς *al., e, vg.* || (§ 13) 50 ΞΓNETOΓ *Z* || ΞΓNETOE(OI *x*)ΓPEICIN *X* || .Querens *Z* || 51 uersu aliud dicere non repiri *Q* || 52 M.] *om. X* || quinto originī *Π* || *Cat. orig. lib.* VI *fr. un. p.* 26 *I.;* 105 *p.* 86, *p.* 62 *ed. min. P. cf. WFröhner philol.* 15, 351 ||

VI: *num. in inscr. cap. om. N; inde a vocc.* qui rectissime § 13 *lin.* 57 *exstat in T* || (*lemm.*) 2 uerum 7 si *Z* || si et *O* sit *Π* || retius *X* || vestri an] *Z ex sil. e: om.* || 3 uestram *O* || (§ 1) 4 Percuntabam *Z* || 5 adolestulus *Q* || habere casum (. *Q*) habeo curam (*cf. lin.* 7) *QZ* ||

aut 'misereor vestri' et iste casus 'vestri' eo in loco quem vide-
retur habere casum rectum. Is hic mihi ita respondit: 'Quaeris', 2
inquit, 'ex me, quod mihi quoque est iamdiu in perpetua quae-
stione. Videtur enim non 'vestri' oportere dici, sed 'vestrum',
sicuti Graeci locuntur: 'ἐπιμελοῦμαι ὑμῶν', 'κήδομαι ὑμῶν', in
quo loco 'ὑμῶν' aptius 'vestrum' dicitur quam 'vestri' et habet
casum nominandi, quem tu 'rectum' appellasti, 'vos'. Invenio 3
tamen', inquit, 'non paucis in locis 'nostri' atque 'vestri' dictum,
non 'nostrum' aut 'vestrum'. L. Sulla rerum gestarum libro
secundo: Quod si fieri potest, ut etiam nunc nostri vobis in mentem veniat, nosque magis dignos creditis, quibus civibus quam hostibus utamini quique pro vobis potius quam contra vos pugnemus, neque nostro neque maiorum nostrorum immerito nobis id continget.
Terentius in Phormione: 4

Ita plérique ingenió sumus omnes, nóstri nosmet paénitet.

Afranius in togata: 5

Nescio qui nostri miseritust tandém deus.

QZXOΠN

6 miseroor *X pr.* ‖ et iste casus vestri] *post* vestri *om. O, in mg. add. o* ‖ isti *Z* ‖ 7 ca*sū (u) *X* ‖ *distinguendi not. om. Z* ‖ (§ 2) hiis *Z* ‖ hic] *om. Π* hiṣc *X* ‖ 8 tam diu *X* ‖ 9 vestrum] = uestrū *X ut vid., litt. extr. lac. partim hausta* ‖ 10 ἐπιμελοῦμαι—loco ὑμῶν] *lin. dim. spat. rel. om. X* ‖ ΕΠΙΜΕΛΟΥΜΩΥΜΩΝ *Z* ‖ ΚΗΔaΙ *ΠN* ΚΗaΙ *O* ‖ ΥΜΟΝ *Z* ‖ quo (*om.?*) .In *Π* quo in *X* ‖ 11 Aptius *X* altius *Π* ‖ et habet—misertus est] *lin.* 28 *om. QZ* ‖ ⊦ab et *X* ‖ 12 nominandi vos, quem *Ascens.* 1536 ‖ quentu *X* ‖ vos] *h: om.* ‖ (§ 3) 13 dictum nr̄um (*om.* non) *X* ‖ *L. Cornelii Sullae rer. gest. comm. lib.* II *fr.* 3 *p.* 195 *sq., p.* 127 *sq. ed. min. HP.* ‖ 15 Quod] *x*, λ *adn.*, μ: quo *XOΠNς* Quaeso *Oiselius* ‖ 16 'credatis ?' λ, *rec. Peterus in ed. mai., dubitanter iterum proposuit id. in ed. min.*, μ ‖ 17 aut auimi *X* ‖ 19 immerito] μ: merito ‖ (§ 4) *Ter. Phorm.* I 3, 20 *v.* 172 *Fl.* ‖ 21 ingenio sumus omnes] = *Ter. codd. fere omnes: om. Ter. Bemb.* ingenio sumus omnis *m. rec. in eod.* omnes sumus ingenio *Bentleii cod. C. C., Bentleius* (*cf. Fleckeisenus z. Krit. etc. p.* 47) ‖ (§ 5) *Afran. inc. fab. fr.* XI *p.* 218 (*cf. p.* LXXI) *Ribb.*[2] ‖ 23 togata] *cf. Neukirch de fab. tog. Rom. p.* 279: Togata *utraque Colon.* 1526 (= *INFunccius de adolesc. L. l. p.* 98) togata * (*nom. sc. om.*) *Rutgersius VL* IV 19 *p.* 440 ‖ 24 miseritust] *Ribbeckius coni. et facillima sq.* t *et ab ipso G.* § 11 *monstrata:* miseritus (= *Bergkius ann. phil.* 101, 846: *opusc.* I 410) ‖

6 Et Laberius in Necyomantia:

Dum diútius retinétur, nostri oblitus est.

7 'Dubium porro', inquit, 'non est, quin eodem haec omnia casu dicantur: 'nostri oblitus est', 'nostri misertus est', quo 8 dicitur: 'mei paenitet', 'mei misertus est', 'mei oblitus est'. 'Mei' autem casus interrogandi est, quem 'genetivum' grammatici vocant, et ab eo declinatur, quod est 'ego'; huius deinde plurativum est 'nos'. 'Tui' aeque declinatur ab eo, quod est 'tu'; huius itidem 9 plurativum est 'vos'. Sic namque Plautus declinavit in Pseudulo in hisce versibus:

Si ex té tacente fieri possem cértior,
Ere, quaé miseriae té tam misere mácerent,
Duorúm labori ego hóminum parsissém lubens:
Mei té rogandi et tís respondendí mihi.

Mei enim Plautus hoc in loco non ab eo dixit, quod est 'meus', 10 sed ab eo, quod est 'ego'. Itaque si dicere velis 'patrem mei' pro 'patrem meum', quo Graeci modo 'τὸν πατέρα μου' dicunt, inusitate quidem, sed recte profecto eaque ratione dices, qua 11 Plautus dixit 'labori mei' pro 'labori meo'. Haec autem ipsa

---

QZXOΠN

(§ 6) 25 Labeus *Π* ‖ *necyomantia (m) *X* necromantia *Nς* ‖ *Laber. Necyomant. fr.* I *p.* 289 *Ribb.*[3] ‖ 26 retinetur] = σ: detinetur *ON* ‖ (§ 7) 27 inquit porro *Π pr.* ‖ que in *X* ‖ 28 miseritus *ON* ‖ quo] *X ex sil. e:* quod ‖ *a* quod (*sic*) dicitur *rursus inc. QZ cf. lin.* 11 ‖ 29 penitet et mei *O* ‖ (§ 8) 30 caus' *Q* ‖ grammaticuocant *X pr.* ‖ 31 ego hui' *Q* ‖ pluratiuoē (. *Q*) nos tui (. *Q*) ego declinatur *QZ* ‖ est***nos (est *ut vid.*) *X* ‖ 32 Tuụi *X* ‖ declinaṇtur *X* ‖ (§ 9) 33 plaust' declinatur *Q* ‖ *Plaut. Pseud.* I 1, 1 *sqq.* (*v.* 3 *sqq.*) ‖ psedulo *Q* ‖ 34 in] *om. Π* ‖ 35 exerciciori ere que (que = *Plaut. C*) *Z* ‖ 36 oro *Π pr.* ‖ ereq; *QX* ‖ miserie ⁊ āmisere *Q* miserie ⁊aminiserae *Z* miseria & etam misere *Plaut. B* misera eam misere *Plaut. C* ‖ macerant *Plaut. BC* ‖ 37 liberi *ΠN* ‖ hominem *libri Non. s. v.* genetivus pro dativo *p.* 501, 3 *M. et Diom.* I *p.* 368, 6 *K.* ‖ pars issem *Z* pasissem *Plaut. B pr.* ‖ 38 Me interrogandi *libri Non.* ‖ ter rogandi *Q* terrogandi *Z* ‖ et tis] ϰ *cf. GIVossius Aristarch.* VI 4 *init.* (*t.* III *p.* 912 *ed. non absolutae Eckst.-F.*): et tui tis *cum perspicuo glossemate ΠN* et tuitis *XOς* et uitis (*vel* uttis) *Z* et intis *Q* et te *Plaut. BC* et tui *Plaut. dett.*, *Nonius* (*ubi* etui *Par.* 7667), *AOFLorenz philol.* 35, 154 *sqq.* exin tis *q* ‖ responde *X* ‖ respondendim ibim enim *Q* respondendū ibim .H. (= enim) *Z* ‖ (§ 10) 41 quod *XOΠN* ‖ 42 inusitate—auctoritas] § 12 *lin.* 51 *om. QZ* ‖

ratio est in numero plurativo, qua Gracchus 'misereri vestrum' dixit et qua M. Cicero 'contentio vestrum' et 'contentione nostrum' dixit quaque item ratione Quadrigarius in annali undevicesimo verba haec posuit: C. Mari, ecquando te nostrum et reipublicae miserebitur! Cur igitur Terentius 'paenitet nostri', non 'nostrum', et Afranius 'nostri miseritus est', non 'nostrum'? Nihil hercle', inquit, 'mihi de ista re in **12** mentem venit, nisi auctoritas quaedam vetustatis non nimis anxie neque superstitiose loquentis. Nam sicuti multifariam scriptum est 'vestrorum' pro 'vestrum', ut in Plauti Mustellaria in hoc versu:

Vérum illud esse máxima .. párs vestrorum intéllegit,

cum vellet 'maxima pars' dicere 'vestrum', ita nonnumquam 'vestri' quoque dictum est pro 'vestrum'. Sed procul dubio, qui rectis- **13**

QZXOΠNT

(§ 11) *C. Gracchi inc. fr.* 6 *p.* 248 *HM.*² ‖ 45 et qua] = *o:* aqua *O* et quã *X* ‖ *Apud Ciceronem in libris superstitibus bis* (*or. p. Planc.* § 16 *et* 17) contentionem vestrum (uostrum *utrobique Tegerns.*, uestram § 17 *Erf.*) *legitur;* contentione nostrum (*nisi innuitur div. in Caec.* § 10, *ubi hodie libri exhibent* dicendum necessario de contentione nostra) *videtur inter fragmenta recipiendum esse* ‖ contention*e (˜ *ut vid.*) *X* ‖ 46 *Q. Claudii Quadr. ann. lib.* XVIIII *fr.* 83 *p.* 234, *p.* 150 *ed. min. HP.* ‖ 47 e mari *X* ‖ marii *ON* ‖ & (*s.* 7) quando *XOΠN* ‖ 48 t̄rentius *X* ‖ 49 et non *XN* ‖ et—non nostrum] *post* non nostrum *om. X, in mg. add. x* ‖ affricanus *Π* ‖ misert' *x* ‖ 50 est] *om. O* ‖ (§ 12) ercl̄e *X* ‖ 51 ñ**** |te (ente) *X* ‖ *post* auctoritas *iterum inc. QZ* ‖ . Quedam *Z* ‖ non nimis] nominis *X* ‖ 52 supsitiose *Z* ‖ multi fariam *X* ‖ 53 plau*ti (i) *X* ‖ Mustellaria] = *Plaut. B per totius fabulae inscr.* (mustell. *in inscr. argum. C*); *debebant sane* Mostellaria *cf. modo Lorenzii introd.* § 1 *adn.* 1 ‖ 54 hoc su *X pr.* ‖ *Plauti Mostell.* I 3, 23 (*v.* 280 *R.* 270 *L.*) ‖ 55 illud] *Q* (*ex sil.*) = *libri Plaut.:* illuc *ZXOΠNς* illic *ς* ‖ *f.* esse illuc *Ritschelius* ‖ maxime *O pr.* maxima (*'cum spatio post rasuram'*) adeo *Plaut. B* maximũ adeo *Plauti rell.; num ipse G.* adeo *adscripserit, dubito* ‖ n̄roꝝ *Z* = nostrorum *Plaut. ed. princ.* ‖ intelligit *QZΠ* ‖ *in* intellegit *expl. cod. O fol. paenult.* 199; *folii* 200 *laceri parva tantum pars servata est praeter singulares quasdam litterulas continens huius cap. inde a voc.* exemplaribus § 14 *aliquot particulas sq. nota cap. proximi* VII. *eiusque litt. initialis vestigiis, quae* V *potius quam* M *litt. indicare videntur, et 'magnam partem c.* 10 § 4 ‖ 56 numnumquam *Q* ‖ N̄ri *X* ‖ 57 pro] *om. XΠς* ‖ ũro (*a* pro *sc. pendens*) *Q* uro *Z* ‖ (§ 13) proculdubio *Z* ‖ *a* Qui rectissime *h. l. inc. T* ‖

14 sime loqui volet, 'vestrum' potius dixerit quam 'vestri'. Et idcirco inportunissime', inquit, 'fecerunt, qui in plerisque Sallusti exemplaribus scripturam istam sincerissimam corruperunt. Nam cum ita in Catilina scriptum esset: Saepe maiores vestrum miseriti plebis Romanae, vestrum obleverunt et 'vestri' superscripserunt. Ex quo in pluris libros mendae istius indoles manavit'.

15 Haec memini mihi Apollinarem dicere, eaque tunc ipsa, ita ut dicta fuerant, notavi.

VII.

[Quam diversae Graecorum sententiae super numero Niobae filiorum.]

1 Mira et prope adeo ridicula diversitas fabulae apud Graecos
2 poetas deprenditur super numero Niobae filiorum. Nam Homerus pueros puellasque eius bis senos dicit fuisse, Euripides bis septenos, Sappho bis novenos, Bacchylides et Pindarus bis denos, quidam alii scriptores tres fuisse solos dixerunt.

QZX(O)ΠNT

